suæ conscientiæ discussionem: ut ex Concil. in appen. parebit. Negligenti enim suam conscientiam discutere imputabitur, si hæc peccata, quæ habebat, ex crassa negligentia facta confessio iudicabitur per se dimidiata. Quare, Quia ille non dixit omnia peccata, quæ fuerit in memoria habuit, idest q̃ in memoria, diligenti discussione præsupposita, habuisset. Vnde sic erasse negligens, si aliquorũ peccatorũ obliuisceretur, & propterea ipsa nõ cõfiteretur, obligatus esset ad reiterãda illã confessionem. Vide q. 2. ar. 3. ad 2m. Nã simile est iudicium de integritate cõfessionis, & cõfessione. Ex his patere pot: q̃ si sacerdos absoluit dicit, & quorũ memoriã non hẽt, intelligit solũ de his peccatis, quorum post iustã discussionẽ conscientiæ memoriã nõ habet. Nec ex hoc intellectu aliquod inconueniens pijs Christi fidelibus sequitur, ut per Concilium Tridentin. in appen. videbimus.

De peccatis in memoria habitis confessio, quomodo intelligitur.

PROB. 1. Quia nisi homo cõfiteretur ea

In lib. de pœnit., confessarius &c. uer. pœnam. c. 14 & 4. med. tu. 4. lit. 4. Sẽt. d. 15. §. fi.

non cognosceret grauem. c. 14 uitatem peccatorum a med. tu. tem unum aggraue. 4. lit. 4. Sẽt. ri ex adiunctione al. d. 15. §. fi. terius) neq; posset salubriter mederi confitẽti (cum id, quod est conueniens medicinæ uni peccato, fit quandoq; incõueniens alteri⁹, * Et de necessitate est, q̃ confessarius cognoscat totam conditionem habitudinem, peccatorum ipsius grauitatem, ac ipsius infirmitatem salubriter medeat (patet, a simili in mortui & fortiori, de medicina corporali) 2. Quia nisi homo ita peccata confiteatur, non est cõfessio, sed confessionis simulatio.

Examen. Per ly omnia peccata, intelligo mortalia, tam certa, quàm dubia (supra quæst. 6. artic. 4. ad 1m. & 4m, eorumque circonstantias necessarias. quæst. 6. artic. 2. ad 1m. & quæst. 7. artic. 2. ad 1m, quæ nisi quis non fuit aliàs confessus. Ly nam est cõfessio. 5. quæ est materia sacramenti pœnitentiæ. Ly cõfessionis simulatio. ex propria ratione rei pugnans formæ confessionis, hoc est absolutionis. Nam impium est dimidiam à Deo sperare ut iam ide pœna. d. 3. e. pœnitentiæ, circa principium pœnitentes.

1 Vid. p. 5. Eccl. &c.

1m de minori. Maiorem &. Extensiue non, intensiue §. Tunc &c. Quando n. dicitur, q̃ erubescentia facit ad diminutionem pœnæ, intelligitur principaliter de erubescentia intensiua; maxime uero in casu nostro, in quo extensiua, i. multiplicior, nõ cauisant ex sufficienti demõstratione malæ dispositionis peccatoris, & intensiua cauitatur ex demonstratione sufficienti talis dispositionis illius (vt in litera declaratur.

Cardinarium. Ergo ex amore propitio, quo quis malam suam dispositionem ita, ut oporteat à confessario cognosci recusat. Amor oritur dimidiata cõfessio. i. fit, q̃ quis nolit, omnia peccata sua prius erũ unt aperta. Ergo amor proprius suam posthuc ad peccatum nos prius traxit, nostram salutem, quæ in confessione foret spe rauita, impedit: ac nouorum peccatorum, atque pejorum, causa extitit. Quando enim ex intentione seu uoluntate dimidiatur confessio, nouum peccatum, & sacrilegij quidem (quod prius est prio re) contra sacramentum pœnitentiæ, incurritur: & toties, quoties: adeo quòd unum peccatum in confessionibus ducentis uoluntarie suppressum generat ducenta peccata mortalia, in specie sacrilegij sacramentalis. Vnde non tantum damnatio quasi incomparabiliter maior peccatori illi prouenit: sed etiam erubescentia, ad glaudendum os in confessione, mirum in modum augetur: & (quod deterius est) præsumptio quandoque, uel desperatio simul paulatim nascitur. Præsumptio, quia sine confessione dimittenda sibi peccata, propter multa opera de genere bonorum facta, sperat, contra quæst. 6. artic. 1. & 3. & 6. desperatio, quia tanta peccatorum mole præsti mat maiorẽ suam esse iniquitatem putat, quam ut inde emergere possit.

Concil. ut

Quomodo unum peccatũ innumerata ferè pa riat, & deteriora.

Examen. Ly malitiam peccantis. Per malitiam, latet igitur etiam hic potest id, quod dicimus, peccatis ipsa ignorãtiæ, seu impunitionis. Quod quantum sit in comparatione ad peccata ignorantiæ, & infirmitatis maxime, ad damni remittendum q̃, difficile: manifestat Concilium Cabilonense 1m. cap. 6. sed nos hoc præterendum

Per malitiam peccatũ

putamus: quòd quidam ex industria peccantes, propter elecmolynarum largitionem, ibi quandam promittunt impunitatem. Elecmolyna enim extinguit peccata, sicut illuds ignem ardentem extinguit aqua, & elecmolyna extinguit peccata. Sed ea, quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet humanæ fragilitate, ea uero, quæ ex industria, aut cuiuscunque libidinis explendæ causa iccirco sunt: ut elecmolyna redimantur, nequaquam ea redimi possunt: quia, qui hoc perpetrant, sibidem Deum mercede conducere, in ea impune peccare relinquit. Non ergo quis iccirco peccare debet, ut elecmolynam faciat: sed ideo elecmolynam facere debet, quia peccauit. Hactẽn. Ex his patet, quòd multum refert cognoscere: an quis per ignorantiam, infirmitatem, uel per malitiam, ideo ea indulta sit ipsi fortè.

Concil. Lod. 1.

2m de maiori. Vt pœna. v. Sufficiens: non, qualificatiue §. Tunc &c. Nam pœna à diuersis, secundũ locum

Universidad de Deusto
Biblioteca

facerdotibus imposita, &c. ut in litera. Ex qua dicito, q̃ tertia ratio adducta, (f. sacerdos confessionem audiens, vicem Dei gerit, & ideo debet fieri hoc modo confessio, sicut fit Deo in contritione, dicito, inquam, q̃ illa ratio est quædam probatio conclusionis articuli, & quidem satis clara. Vt. De necessitate confessionis.

Conclusio cui sio debet esse integra, idest homo, tenetur confiteri omnia peccata, quæ in memoria habet. Quare? Quia sacerdos confessionem audiens vicem Dei gerit: & vicem Dei sic gerenti debet confessio fieri hoc modo, sicut fit Deo in contritione.

3m de conclusione.

Confiteri. ℟. Explicite, confitendo simul implicite, i. in generali, alia dicendo, quòd &c. ut in litera. ¶ Tũc nihil, etc. Nam per talem confessionem explicitam & implicitam confessario ultimo factam innotescit gravitas peccatorum ex se, & ex adiunctione. Ex litera ly non est necessarium: dic, q̃ illa opinio quorundam prænarrata non reprobatur, ut falsa, sed ut non necessaria. Non enim est necessarium confiteri; tunc modo, quo illi dicunt: licet, absque erronea conscientia, sic confiteri sit bonum.

†NOT. Quomodo in casu oblivionis procedendum sibi sit ad acquirendam memoriam, & de multitudine horum pertinentibus, vide quæst. 1. artic. 3. ad secundum, observabis quoque semper in tali materia discrimen inter oblivionem peccatorum post diligentiam iustam, & sine illa; ut supra in not. post concl. immaculata diate. Et isto, q̃ D. Thomæ respondeo loquitur de oblivione post duarũqui diligentiam, non de oblivione post examinandæ propriæ nionũ in conscientiæ, vel negligentiam, vel crassam diligentiam. In hoc textu dictarum. enim casu, prima opinio non tantum bona, sed etiam necessaria esset. Tunc autem diligentia in conscientiæ examine ponenda videtur iusta, quando tanta est, quanta poneretur in re, quæ maximè esset cordi (præsertim cum cura animæ propriæ omnibus aliis curis præponderet.) servatis conditionibus personarũ, negotiorum, prorogationis inter confessiones temporum & similiumitta ut, omnibus his concurrẽbus credat quis ueré omni dolo remoto, diligenti sufficientia propriam conscientiam examinasse. Hinc fiunt diligentia, quæ sufficiès iudicatur huic Diligẽtia examinis conscientiæ sufficiens, quę est. per mensem tantũ iã confessio, non iudicetur sufficiens ei, qui semel tantum in anno confessus est: & ut illa, quæ sufficit mercatori mediocri, non sufficiat mercatori admodum magno: & ut sufficiens parumper inter homines difficiles conuersanti existat insufficiens frequenter, uel semper in talibus in hominum uariis tentationibus, peccandique occasionibus conuersanti: & ut magnam memoriam habenti (siue per naturam, siue per artem, aut de peccatis suis quotidianam scripturam) reputata sufficiens non sit sufficiens ei, qui parum memoriæ existit.

4m de maiori.

Propter absolutionem. ℟. Vel cognitionem quantitatis totius culpæ. Habendam fidelem à confessario uno. ¶ Tunc, etc. Nam etiam si sacerdos, qui confessionem audit, non de omnibus possit absolvere; tamen pœnitens tenetur sibi omnia, &c. ut in tex. Ex quo & formaliter applices ad argumentum sic. Illi sacerdoti, qui de omnibus potest absolvere, si confessio de omnibus peccatis, & propter universalem absolutionem, & propter cognitionem, id est & ut cognoscat quantitatem totius culpæ, & ut de omnibus absoluat: illi uero sacerdoti, qui non potest de omnibus absoluere, fit de omnibus peccatis confessio propter particularem absolutionem, & propter universalem cognitionem, idest ut cognoscat quantitatem totius culpæ, et ut absoluat de non reservatis, remittendo ad tribunal superius pro absolutione reservatorum.

APPENDIX.

1 Vid. p. 5. Eccle &c. EX articulo habet primò; quomodo per rationẽ interimas hæreses Lutheri (Prat. Luther.) dicentis: confitenda nõ esse omnia peccata mortalia, quia impossibile est omnia peccata mortalia cognoscere: nec necessarium esse omnium peccatorũ examen. Item dicentis confiteri, dum volumus purè omnia peccata, nihil aliud facimus, quàm quòd misericordiæ Dei nihil uolumus relinquere ignoscendum. Item hæresim sectariorum (Prat. Sectarij) dicentium: confiteri peccata, & enumerare, est papistica uarnificina, & impietas.

Secũdò habes, quo modo per rationem ostendas: omnes hos errores fuisse merito damnatos à concilio Tridentino, sessio. 14. cap. 5, sic. Ex institutione sacramenti pœnitentiæ iam explicata, uniuersa ecclesia semper intellexit, institutum etiam esse à Domino integrã peccatorum confessionẽ, & omnibus post baptismum lapsis iure diuino necessariã existere. & infrà. Ex his colligitur: oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione reconferi. & infra. Itaque dum omnia, quæ memoriæ occurrunt peccata Christi fideles confiteri studeant, procul dubio omnia diuinæ misericordiæ ignoscẽda exponunt: qui uerò secus facidt, & scienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per sacerdotẽ remittendum proponunt. Hæc ibi. Vnde liquidò constat, quòd totum oppositum est eius, quod Lutherus asebat. Tantum enim abest a uero, quòd confiteri uolens purè omnia nihil ignoscentem dum diuinæ misericordiæ relinquere uelimur per hoc, q̃ confiteatur omnia, parat sibi uiam percipiendi ueniam de omnibus; & per hoc, q̃ non confiteatur omnia, nullius sibi à diuina largitate indulgentiam procuret. Post præmissa, adhuc errores illos impugnando, subinfert ibidem concilium. Colligitur præterea, etiam eas circunstantias in confessione explicandas, quæ speciem peccati mutãt. & infra. Sed & impium est: confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibile dicere, aut carnificinam illam conscientiarũ appellare. Constat enim nihil aliud in ecclesia à pœnitentibus exigi, quam ut postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in uniuersum eadem confessione inclusa esse intelligunturi pro quibus fideliter cum prophera dicimus, Ab occultis meis munda me Domine. Ipsa uerò huiusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi uerecundia, graues quidem uideri possent nisi tot, tantis, commodis, & consolationibus leuarentur, quæ omnibus digniè ad hoc sacramentum accedentibus per absolutionem certissimè conferuntur. Hæc ibi. Item à Concilio Cabilonensi. 2. cap. 32. sic. Hoc emendatione egere perspeximus, quòd quidam, dum confitentur peccata sua sacerdotibus, non plenè id faciẽt. Quia ergo constat, hominem ex duabus esse substantijs, anima uidelicet & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatum foleriti indagatione inquiri debent ipsa peccata, ut ex utrisque plena fit confessio. Hæc ibi. Ecce. Detestatur illos, qui non plenè, integrè confitentur: & non solum indagatione, sed etiam solerti, inquirenda esse peccata, per examẽ utique conscientiæ, synodus ista pronunciat. Item à Papa Eugen. 4. in decreto Armenis dato, facro approbante Concil. Florent. sic. secunda est oris confessio: ad quàm pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti cõfiteatur integraliter. Hæc ibi: & per ly secunda, intelligis secundam partem pœnitentiæ. Item à Leone X. in bulla contra errorem Lutheri. Vide citata hoc supra quæst. 1. artic. 3. & 3. par. quæstio. 68. artic. 5. Item à Concil. Trident. sess. 14. can. 8. si quis dixerit Cõfessionem omnium peccatorum, qualem ecclesia seruat esse impossibilem, & traditionem humanam, etc. Anathema sit. Hæc ibi. Quæ autem sit confessio, qualem ecclesia seruat, prædecessores eadem concilium canon. 7. sic. si quis dixerit in sacramento pœnitentiæ ad remissionem peccatorum, necessariũ non esse iure diuino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorũ memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, & occulta, & quæ sunt contra duo ultima decalogi præcepta: & circun-

Sensus Lutheri.

Diligẽtia faciendæ ante confessionem in examine suæ cõscientiæ quantæ.

Confessio non est grauis.

Confessio qualem ecclesia seruat.

circunstantias, quæ peccati speciem mutant: sed eam confessio A nem tantum esse utilem ad eruditendum & consolandum pœnitentem: & olim obseruatam fuisse tãtum ad satisfactionem canoniçam imponendam: aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri studeant, nihil relinquere uelle diuinæ misericordiæ ignoscẽdum: aut demum, non licere cõfiteri peccata uenialia; Anathema sit. Hęc ibi item à &c. ut sup. q. 6. ar. 2. & 3. Item ab Innoc. 3. in concilio Lateran. cap. 21. omnis utriusque sexus fidelis, cũ ad antecedens discussionis puenerit omnia sua peccata confiteatur fideliter. Hæc ibi? Nota ly omnia. Ergo confiteatur integraliter. Nota ly fideliter. Ergo, diligenti examine præmio, uel saltem concomitante. De qualitate huius examinis uide supra in not. post ad tertium, & hic in append. Vide Rossensem contra Lutherũ articulo 8. & 9. Tertio habes: quomodo per rationem præmissa sanctorum Patrũ documenta, q̃ quando confessionẽ oportere esse integram dicunt, & probes & declares, & defendas. Quarto uides: quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

SVPER QV. IX. ART. III.

¶ 3 pro. 1

CONCL. In actu sacramenti cõfessionis ad manifestandum ordinariè assumitur ille actus, quo maximè consuescimus manifestare, sciliçet proprium uerbum.

Examen. Dicitur ly ordinariè, quia in casu potest aliter fieri, ut in responsione ad secundum patet. Ergo ad utrumlum directè dic. Confessio sacramentum non potest fieri ordinariè p alium, neque p scriptum; nisi in casu, ut dicetur ad arg. 2m.

PROB. Quia in baptismo ad significandam interiorem ablutionem assumitur illud elementum, cuius est maxima uis in abluendo: & baptismo debet confessio in suo esse. i. in manifestando pœnitentis cõceptum, assimilari (cũ utrunque sit sacramentum).

1m de maiori. Pandatur. ℟. per actum determinatũ non, qualitercunque. ¶. Tunc &c. Inter enim per scriptum, uel per alium, potest quis conscientiam propriam sacerdoti manifestare: tamen illam tunc non manifestat per actum determinatum, de quo conclusio, i. per prolitentis, & non dare in libertatem confessarij, ut iis confessio-

ARTICVLVS III.

Vtrum quis possit per alium, uel per scriptum confiteri.

AD TERTIVM sic procedi- B tur. Videtur quòd possit p alium quis confiteri, uel per scriptum, quia confessione necessaria est ad hoc ut conscientia pœnitentis sacerdoti b pandatur, sed homo potest per aliũ uel per scriptum suam conscientiam sacerdoti manifestare, ergo sufficit per alium, uel p scriptum confiteri.

¶ 2 Præterea, quidam non intelliguntur à proprijs sacerdotibus propter linguæ diuersitatem, & tales non possunt, nisi per alios confiteri, ergo non c C est de necessitate sacramenti, quòd per seipsum quis confiteatur, & ita uidetur quòd si per alium quis confessus fuerit qualitercunque, sufficiat ei ad salutem.

¶ 3 Præterea, De necessitate sacramenti est, quod homo proprio sacerdoti confiteatur, ut ex dictis patet, † sed aliquando proprius sacerdos est absens, D cui non potest pœnitens propria uoce loqui, posset autem per scriptum ei suam conscientiam manifestare, d ergo uidetur quòd per scriptum ei suam conscientiam transmittere debeat.

SED CONTRA, Homo ad confessionem peccatorum, sicut ad confessionem fidei obligatur, sed cõfessio fidei ore est facienda, ut patet Rom. x. ergo, & E confessio peccatorum.

Præterea. Qui per seipsum peccauit, per seipsum debet pœnitere, sed confessio est pœnitentiæ pars, ergo pœnitens debet confiteri propria uoce.

RESPONDEO, Dicendum, q̃ confessio non solum est actus uirtutis, sed etiam pars sacramenti, quàmuis autem ad eam secundum quòd est actus uirtutis, sufficeret qualitercũque fieret, etsi non esset tanta difficultas in uno modo sicut in alio: tamen secundum quòd est pars sacramenti, habet determinatũ actum, sicut & alia sacramenta habent determinatam materiam; & sicut in baptismo ad significandam interiorem ablutionem, assumitur illud elementum, cuius est maxima uis in abluendo e ita in actu sacramenti ad manifestandum ordinariè assumitur ille actus, quo maximè consuemus manifestare, scilicet proprium uerbum. f Alij enim modi sunt inducti in supplementum illius.

AD PRIMVM dicendum, quod sicut in baptismo non sufficit qualitercunque abluere, sed per elementum determinatum: ita nec in pœnitentia sufficit qualitercunque peccata manifestare, sed oportet quòd per actum determinatum manifestentur.

AD 2m dicendum, q̃ in eo, q̃ usum linguę non habet, sufficit quod per scriptum, aut per nutum, aut interpretem confiteatur: quia non exigitur ab homine plus quàm possit, quàmuis homo no possit, vel debeat baptismum accipere, nisi in aqua, quia aqua est omnino ab exteriori. & nobis ab alio exhibet, sed actus confessionis est a nobis, & ideo quando non possumus uno modo, debemus secundum quòd possumus confiteri.

2m de consequenter a. Nõ est de necessitate sacramenti, quòd p seipsum ex confitentur. & quando non pot hoc modo, idest per seipsum confiteri. ℟. Tũc &c. Nõ enim exigitur ab homine, quàtum ad actum a seipso existentes, plusquàm possint & ideo appositum in conclusione fuit ly ordinarie. Quasi per hoc appositum dicetur. Quandocũq; potest homo per seipsum, idest per proprium uerbum, confiteri; tenetur ad sic confiteri, nec potest aliter: quando autem non potest, non tenetur, sed tunc debet se eũdum, quòd potest confiteri.

Conclu. 2m

¶ NOT. Aduertas diligenterid, quod de baptismo ad differentiam confessionis in textu dicitur: nisi la propositio, Nõ exigitur ab homine p3m, quàm possit, male intellecta fiat: ibi f sui nam. Hinc dicens & eucharistiam nõ potest se confici, nisi in vino uitis, & pane tritico; eam si quantacunque necessitas adesset, puta solũ vinum malogranatorum, uel panis castanearum. Quod de eucharistia dicitur, ad alia similia applicanda deficiente gressus oleo oliuarum p inunguendo infirmo non possum uti loco illius oleo nucis, amigdalarũ &c. Hic recto intellectu præmissa propositionis ductus ab errore pręseruaberis dicendi quòd paruuli, quando in casu necessitatis extremæ (siue obdefectum aquæ, siue obaliquid aliud, præuenit illa necessitas) non possunt baptizari, saluantur in uoto parentum, illos uidelicet baptizare intendentium. Ratio quare de huiusmodi & de confessione non debeat in hoc fieri idem iudicium, assignatur in textu quamobrem illam uigilanter intelliges, unde & circa propositionem hanc. Non exigitur ab homine &c. esto casus (ut in eloci. glossatur in ad secundum.

Quomodo intelligatur hęc propositio vulgarissima. Non exigitur ab &c.

¶ Examen ly per scriptum. Hoc intelligitur sic quòd pœnitẽs ille personaliter pręsens debet scripturam in manibus proprijs quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ eis autem sua est secreta, ex scriptura ipsa minus habeat de publico. Quæ etiam, ut secretior sit semper sit scriptura, & consequenter confessio, talis non habens usum linguæ & sciens ledere confitenti, nō frequenti. Habeat cartam unā, in qua scripta sint nomina specierū omniū peccatorū mortaliū, necessariarumq; circumstantiarum & cartę unā, in qua sint numeri. Habeat & alias cartas: i quarū una scripta sit ea, in alia credo, in alia cōtra illum, in alia nō recordor. Deinde prinalter ad confessionē accedēs sacerdoti ostēdat digito in vna p̄dictarum cartarū peccatū proprium cū circūstantia eius necessaria, ita ut alia numerū peccatorū, si nō certus, vel de peccato, vel de circumstantia, vel de numero, sed dubitans aut certus aut non resolutus, p̄r ostendēdo p̄dictū vel circūstātiā vel numerum simul ūdere cartā illā, in qua est dubium, aut certissimo, aut credo, aut nō recordor; si nō sic certus, simul ostendat illā, in qua continetur, cōmissa. Secretior, (dixi) ideo modus sit quia, si q cartæ ipsæ in medio plateaꝝ deciderent, nō p̄r inde seq ulla cuiuscunque peccati manifestatio; ut aptissimē patet. Hinc sit q̄ non excusatur à p̄cepto confitēdi usum linguæ nō hās, si negligat sic, vel alio mō cōfiteri quod denotatum litera p̄dicta nō possumus anno m6, debemus secūdō q̄ possumus confiteri.

3m illatio conclusionis.

Ergo vi, q̄ per scripturā &c. Negatur illatio. Nā ipsa propositio maior limitatur sic. q̄ h.d. propositus sacerdos est p̄s, si absentia n. proprij sacerdotis &c. ut in littera.

NOT. Maior illa, de necessitate sacramenti &c. accepe ly proprios sacerdotes, Proprios sacerdotes in fidēlitate vel ordinariam vel delegatā hāte. Nō n. de necessitate sacri est, q̄ q̄s cōfiteatur curatus vel tenetur facere, si fi confiteatur alij vel ex priuilegio vel mādato superioris authoritatē habentis, similiter facere non tenetur, si secundo vel tertio sine ore careat fieri confessio. vñ Concil. Trid. sess. 14. Conci. de c. 7. inquit. Quū natura, & rō iudicij illud exposcit, ut vltra i subditos diuturnæ feræ p̄scriptum sp in ecclesia Dei fuit, & vtile mū esse synodus hæc cōfirmat, nullum mortēli absolutionē eā esse dixerit, quā sacerdos in eā profert, a quē ordinarij aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Hæc ibi. Videq. 8. ar. 4. & 5.

Modꝰ vel de secuꝰ pro confessione nō habentiū

3m

ARTICVLVS IIII.

Virtus condiciones assignatæ requirantur ad confessionem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd illæ conditiones, quæ à magistris assignantur, his uersibus contentæ, non requirantur ad confessionem.

Sit simplex, humilis confessio,
pura, fidelis.
Atque frequens, nuda, discreta,
libens, uerecunda,
Integra, secreta, lachrymabilis,
accelerata,
Foreis, & accusans, & fit parere
parata.

Fides enim, & simplicitas, & fortitudo sunt per se uirtutes: [b] ergo non debent poni per se cōditiones confessionis.

¶ 3 Præterea, purum est quod non habet [b] per mixtionem: similiter simplex compositionē, & permixtionem aufert, ergo superflue utrunque ponitur.

¶ 3 Præterea, Peccatum semel cōmissum nullus tenetur confiteri nisi semel, ergo si homo peccatum non iterat, non [b] oportet quòd sit frequens.

¶ 4 Præterea, Confessio ad satisfactionem ordinatur, sed satisfactio quandoque est publica, [b] ergo & confessio non semper debet esse secreta.

¶ 5 Præterea, Illud, quod [b] non est in potestate nostra, non requiritur à nobis, sed lachrymas emittere, nō est in potestate nostra, ergo non requiritur ad cōfitentem.

RESPONDEO, Dicendum, q̄m dictarum † conditionum quæ-

Fides

Conclu.m

rentur prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Hæc ibi. Ita a Concilio Trideſ. sess. 14. cap. 5. Sic cæterū, quo ad modū confitendi secretō apud solum sacerdotē. etsi Christus non iusserit, quin aliquis in iunctum suorum secūdū, & sui humiliationē, cū ob aliorum exemplū, tum ob ecclesiæ offensæ ędificationē, delicta sua publicè confiteri possit, non est in hoc diuino præcepto mandatum, nec satis cōsuliē humana aliqua lege præciperetur ut delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda. Vñ ecclesia sanctissima & antiqſ simus patribus magno unanimiq; consensu secreta cōfessio sacramentalis, qua ab initio ecclesia sancta usa est, & mō ēt unc, fuerit sp cōmendata, manifestē refellitur inanis eorū calūnia q̄m a diuino mandato aliena, & inuentū humanū esse aut a patribus in concilio Lateranensi congregatis initium habuisse, docent non uerentur. Hæc ibi. Ante Hieronymi ergo tempora secreta confessio fuit in usu, q̄n ab initio illa, ecclesia sancta usa est. & cum non sit inuentum humanum, nō est nata ex priuatis consultationibus ab Eraſmo dictis. Nota concilij uerba ly secretō apud solū sacerdotē: q̄ per hoc innuere vi, confessionē fieri non posse p aliū neq; p̄ scriptū. Si n. solummō p hoc fuit dictū significare voluisset quod confessio fieret in præsentia sacerdotis, sufficiēs uideretur ly apud solū sacerdotē. cū uerō ad dat ly secreto, uidetur excludere per hoc & interpretum & scriptum, (ut in articulo præsenti Sanctus Thomas determinauit.) Tertio habes quomodo per rationem sanctorum patrum prædicta decreta, pro quanto confessionem dicunt secretam, desit non per alium neque per scriptum esse debere, & declarata & probes, & defendas. Quarto uides quomodo unusquis ex ipsis angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

Conclu.m

APPENDIX.

EX articulo hīs primo quō p rōnem explodas erroneas propositiones Eraſmi (Hæc recēſet Iacob. Lep. Iurisca poſt sui ministrationē fieri proposit. quas unq; suspectas ipse excerpſit ex lib. Eraſmi dicentis confessiō elenchticam, quæ nunc recepta est, & in ruīē fit, vel ex consultationib. priuatis esse nocā; si foret apud Epos fieri, si quis scrupulos urgeret animū. Iterū dicentis: confessionē admissorū secretā apparet, Hieronymi ipe nondū fuisse institutam. Si n. confessio p interpretū, scriptū, tellem, vel epistolā non potuit fieri, secundū arbitriū hanc unq; sanctū doctoris tō plus prædictas propositiones exterminas. Nam hinc discernemus patenter, esse secreto faciēdā confessionem cōfessioni alicui de, q̄ ex illius diuturnationibus privatis apud Episcopum fieri solitis, & consequenter, q̄ ante Hieronymi tempora talis, secreta confessio fuit instituta. Vt quid. n. scripturæ, interpretes, testis, excludunt a confessione? Ad significandum: q̄ confessio debet esse nō

Vtil. p 8. Eccle. &c.

1

2

3

4

quòd est pars sacramenti (sic ex uoluntate accusantis portare possit, secreta) uel secūdū q̄ actus delictorū manifestatiū (quatuor. s. fidelis nuda, simplex, integra, uel secūm q̄ actus uirtutis (quatuor. s. discreta libens, pura, fortis,) uel secūm q̄ actus uirtutis p̄sequentes. s. uerecūda lachrymabilis, humilis.) Quarto q̄d

de hīs &c. ly frequēs & ly accelerata, sūt ō bene esse cōfessionis.

¶ NOT. Pro meliori captu de ly lachrymabilis, uide q. 1. ar. 1. exam. 1.* diffuse dicitur, quòd hæc ēditio frequens est de bene esse confessionis, intelligēdum est per se, non per accidens, & de frequentia ex deuotione, nō ex erronea conscientia, nascēte. Per se. n. loquendo, non inest

*Ii. 2. c. 4.

Autem nō dūm de frequētia confessionis debita.

præceptum de frequentia maiore, quam semel in anno. Tamen frequentia nocari possit. Per accidēs autem, fieri potest: q̄ quis debeat, uel fortē etiam senex sit, frequentius confiteri. Interroget ergo seipsum unusquisque, & uideat, quantum detrimenti in anima patiatur ex tali tarda confessione, q̄d euitaret, si frequentius confiteretur: & inde cognosceat, si p accidens (i. desit propter tollendas occasiones uel obliuionē peccatorum, uel infirmitatum suarum uel consuetudinum in peccando, uel omnium (illorū simul) teneatur, an quasi ad hoc, ut frequentius; & saltem frequētius, confiteatur. Rursus. Confessionis frequentia ex deuotione nascens est igit q̄ eadē p̄dā septus cōtentur cū conscientia quieta, sine molestia confessariorum, non conscendo in hoc tempus in alijs pijs magis aut utilibus exspendendum, & (ut uno uerbo dicatur) seruatis prudentiæ conditionibus. Confessionis uerō frequentia ex erronea cōscientia nascens aliquando quis ex scrupulosa & inquieta phantasia cadit in conscientiam hanc, quòd scilicet debeat iterare, uel reiterare pluries confessionem. Secundam hanc confessionis frequentiam non dicit D. Thomas esse bonam: quam nimpera bile hoc est, quòd quis non procurer pacem animæ & conscientiæ suæ. Hæc autem pax cum huiusmodi scrupulosis iterationibus non solum non stat, sed etiam ab eis impeditur: ut experientia docet. Medicinam igitur pro similibus accipe: licet ab illustrissimo nostro suecinēte declarandi nodum rectum digredi, p animarum salute, parum uideamur. Quando huiusmodi iterationes phantasiæ accidit in ueritate debet recta talis phantasia agitatus, pollicitam semel cōfessus est, & absolutus ita, ut iam ipse, q̄ confessarius doctus sufficientem iudicet confessionē, quiescere:

Scrupulosa confessionis iteratio inc dicitur.

dam sunt de necessitate confessionis, quædam de bene esse ipsius. Ea autem, quæ sunt de necessitate confessionis, vel competunt ei secundum q̄ est actus uirtutis, uel secundum quòd est pars sacramenti. Si primo modo, aut ratione uirtutis in genere, aut ratione specialis uirtutis cuius est actus; aut ex ipsa ratione actus. Virtutis autem in genere sunt quatuor conditiones: ut in 2. Ethi.* dicitur. Prima est, ut aliquis sit sciens, & quātum ad hoc confessio dicitur esse discreta, secundum quod in actu omnis uirtutis prudentia requiritur. est autem hæc discretio, ut maiora cum maiori pondere confiteantur. Secunda conditio est, ut sit eligens, quia actus uirtutum debent esse uoluntarij, & quantum ad hoc dicit, libēs. Tertia conditio est, ut propter hoc, scilicet debitum finē, operetur: & quantum ad hoc dicit, quòd debet esse pura, ut scilicet recta sit intentio. Quarta est, ut immobiliter operetur: & quantum ad hoc dicit, quòd debet esse fortis: ut scilicet propter uerecundiam non dimittat. Est autem confessio actus uirtutis pœnitentiæ: quæ quidem primo initiū sumit in horrore turpitudinis peccati, & quantum ad hoc confessio debet esse uerecunda, ut scilicet non se iactet de peccatis propter aliquam sæculi uanitatem admixtam. Secundo progreditur ad dolorem de peccato cōmisso: & quantum ad hoc dicitur esse lachrymabilis. Tertio, in abiectione sui terminatur, & quantum ad hoc debet esse humilis, ut se miserum cōfiteatur, & infirmum. Sed ex propria ratione huiusmodi actus, qui est confessio, habet quòd sit manifestatiua, quæ quidem manifestatio per quatuor impediri potest. Primo, per falsitatem, & quantum ad hoc dicit, fidelis, ideſt, uera. Secundo per obscuritatem uerborū, & contra hoc dicit nuda, ut non inuoluat obscuritate uerborum. Tertio, p uerborū multiplicationem, & propter hoc dicit, simplex, ut non recitet in confessione, nisi quod ad quantitatem peccati pertinet. Quarto, ut non subtrahatur aliquid de his, quæ manifestanda sunt, & contra hoc dicit, integra. Secundum autem quòd confessio est pars sacramenti, sic concernit iudicium sacerdotis, qui est minister sacramenti. Vnde oportet quòd sit accusans ex parte confitentis, parere parata per comparationem ad sacerdotem. Secreta quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientiæ agitur. Sed de bene esse confessionis est, quòd sit frequens, & quòd sit accelerata, ut scilicet statim confiteatur.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd non est inconueniens, q̄ conditio unius uirtutis in actu alterius inueniatur, qui ab ipsa imperatur; uel quia medium, quod est unius uirtutis principaliter, etiam aliæ uirtutes per participationem habent.

AD 2m dicendum, quòd hæc conditio, pura, intentionis excludit peruersitatem, a qua homo mūdatur, si simpliciter alieni admixtionem excludit.

Scrupulosus nimia ē passimitas eorporalis, q̄ dam.

1m consequēt.a.

Sic. n. &c. Negat cōsequētia. §. Nō. n. ē inconueniēs q̄ cōditio &c. ut ibi. Ex qua dicitur q̄ fides implicitas formalis sumit nōe, attingit obiectum uirtutis; nō ut sunt præcise illæ uirtutes puta, fumitur fides non ut est uirtus theologalis, sed ut est condō q̄dā ipsius uirtutis. Et est uera, & sic de aliis (ut ex corpore colligitur).

¶ *Corollarium.* Ergo ut credēs illud ly sūt p se uirtutes, intelligitur fides. sunt cōdōes illarū uirtutū, uel illarū uerū, q̄ dā p se uirtutes. Quia uero operat cōfessio pōtū ab illis uirtutib. ibi cōdōes uirtutū illarū p extēsionē sūi cōdōnes cōfessionis. Imperat, inq̄: q̄a ex eo q̄ aliquis p fidē apphēdit remissionē pōtōrū sibi dātā ex cōfessione, tūc & ad cōfessionē iterat, & ad fortiter resistēdū cōfessionē, tūc & ad cōfessionē iterat, & ad fortiter resistēdū ex cōfessione

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem, & simplex excludunt p mixtionē difformiter sumptā, nō sequitur, quōd aliquid illorum ibi superfluè ponatur. Vide in corpore de puro & simplici.

3m de consequentia. Non oportet. &c. Tamē bonum est §. Tunc &c. Nam confessionis fieri frequenter de eisdē peccatis non esse necessarium, sed ad bene esse: prædixit cōclusio. Quæ tamen notanda non probant nem consiuntionis nec ertes.

4m illatio conclusionis Ergo & confessio, &c. &. Negatur illatio. §. Non enim idem est iudicium de confessione, & satisfactione, tactis in publico: ut patet in litera. Vide ar. 5. appen.

5m de materiali. Quod nō est in potestate nostra. &. Secundum q̄ nō est in potestate nra: nō aliter. § Tunc &c. Licet enim emittere lacrimis corporis nō sit in potestate nostra: tamen emittere lacrimas mentis est in potestate nostra; & de his intelligit conclusio. Vide not. post prob. conclusionis, quod locum habeat ibi de lacrimabilis.

AD 3m dicendum, q̄ hoc nō est de necessitate confessionis, sed de bene esse.

AD 4m dicendum, quòd propter scandalum aliorum q̄ possunt ex peccatis auditis ad malum inclinari, non debet confessio fieri in publico, sed in occulto; ex pœna autem satisfactoria non scandalizatur ita aliquis, quia quandoque pro paruo, uel nullo similia opera satisfactoria fiunt.

AD 5m dicendum, quod intelligendum est de lachrymis mentis.

APPENDIX.

1 Vtil. p. S. Eccle. &c. EX articulo habes. Primò quomodo per rationem, de ly fertia, intermixas erroneas propositiones Erasmi (Has recenset Iacobus Lep. stunica, post suum itinerarium, inter propositiones suspectas Erasmi dicens: confessionē nullam fuisse antiquitus secretam male actæ vitæ: sed apertam (ut opinor) quæ nec legimus exactam a quoquam. Item: confessionē administrorū secretam, apparet, tempore Hieronymi nondum fuisse institutam. Item: erroneū clancularia, quæ nunc secreta est, & in autem fit, uidetur ex consuetudine primitus esse nata; quæ solent apud Episcopos, fieri, si quis seruus vigeret animū. Item errorem Caluini (ut habetur ex Caluini libello contra acta cōcilij Trid.) qui articulum hunc, confessio auricularis exigit ab omni Christiano, tanquam falsum detestabilemque impingit papistis: Nos catholicos, sic irrisorie uocitans; non attendentes illud ps. 108. Maledicent illi, & tu domine, benedices). Si Nāq; confessio sacramentalis est, quantum ad conditionem fori, secreta (ut in textu dicitur, & uerum est) unquæ antiquitus, & tempore Hieronymi fuit facta secretò, nec hoc ex consuetudinibus illis natum est, sed ex conditione fori; nec falsum est, uel detestabile. Nam conditio fori semper fuit eadem, fuit uera, fuit laudabilissima & sacramentalis fori. Secundo habes: quomodo per rationem offendas, errores illos omnes meritò fuisse damnatos a Papa Leone primo, & cone. Trid. ut sup. ar. 5. appen. hē & &c. ut q. 6 ar. 1 & 2. & q. 8. ar. 2. Quanum uerò ad Caluinum attinet, ultra hoc, respondendum etiam est: atque, ut obmutescat impiorum hominum ignorantia eidem dicendū, Si contra acta sacrosancti Concil. Tridentini multa molitabatur: quare in, cum tui similibus, ad synodum ipiam non accessisti: & in faciem ei si reprehensibilis erat, non refutasti: Etenim, præterea q̄ in foribus aduersariorum celebrata est, saluos conductus (ut uocant) illis ipsis multoties fuit impertita, atque omnino consistit quo ad eundem Tridentinam libere uenirent, ibidē narrarent, proponerent, loquerentur, unà cum ipsa synodo de quibuscunque negotijs tractarent, examinarent, discuterent, & omnia quæcunque ejs libuisset, ac articulos quoslibet tā scripto, q̄ uerbo libere offerrēt, propalarent, ipsosq; scripturis sacris & beatorum Patrum uerbis, sententijs, & rationibus declarent, alligarent, persuaderent, & (si opus esset) enam ad obiecta contra generalis responderent; & cum ijs, qui a concilio deleti fuissent, Christiane aut charitatiuè, abiq; omni impedimento disputarent, conferrent, opponerent, concurrerent, ac contumelijs penitus remotis, & signanter, q. causæ controuersæ fecundū sacram scripturam Apostolorum traditiones, probata cōciliaq; Catholicę ecclesiæ consentium, & sanctorum Patrum authoritates, in prædicto Concilio Tridentino tractarentur: illo etiam addito, ut religiosis præterea, aut delictorum erga eam cōmissorum, aut committendorum minimè puniretur. Nunqd nō & in eisdem salui cōductibus concessum adnectari: omnino voluit, ut, his antedictis peractis, uel non peractis, quandocūq; eis libuisset, aut superiorum suorum mandato & assensu ad propria reuerti oppassent, aut aliquin eorū optassent, mox absq; ulla tergiuersatione, & occasione, aut mora, salua rebus eorū & honore suo pariter honore, & personis possent iuxta beneplacitum liberè, & securè, redire? Nonne uoluit etiam sancta ipsa synodus in sua illa publica fide, uerissimaque securitate, saluoque conductu omnes concessio, omnes quascunque clausulas continere, ac pro inclusis haberi; quæ pro plena efficaces, & sufficienti securitate in eundo, stando, & redeundo necessarię, & opportunæ fuissent? Vtique immo pluribus pro plenissimo saluo cōductu, specialiter adhuc expressis (q̄ rectē admirationem legētes facilè percrabant) seipsam pœnis, si dicto non staret, addixit inquiens. Quòd si sancta synodus, aut aliquis ex ea, uel suis, cuiuscunque cōditionis, uel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis, & salui conductus formam, & modum in quocunque puncto, uel clausula violauerit (quod tamen auertere dignetur omnipotens) & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta ex ipsorum arbitrio merito approbanda, & laudanda: habeāt ipsam synodum, & habere possint, incidisse in omnes pœnas, quas iure diuino, & humano, aut consuetudine, huiusmodi salutum conductum violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quauis in hac parte contradictione. Hęc ibi. Proh Deum immortalem, quid non fecit pia mater ecclesia: ut illos ad ueritatis viam inducere, uel saltem, ut si quid tōtis oppositæ dogmatibus Romanæ fidei sibi ipsis uiderentur hic, ad lucem coram libere afferrent, proponerent, disputarēt: quo uel sic tutò inde uarijs disputationibus adducta ueritas, quam nobiscum sequerentur, errorum pulso nubilo, ijsdem eluceret? Nullo. n. modo (inquit Sanctus Thomas, opusculo. 18. in fine) melius, quàm contradictionibus resistendo, aperitur ueritas & falsitas confutatur; secūdum illud Salomonis, ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui. Quid inquam pia iure suorum hostium synodus ipsa tridentina nō fecit? Semel de mente nouembris 1551. sess. 13. ac iterum de Ianuarij 1552. sess. 14. necnon tertiò de Martij. 1551. sess. 18. saluis conductibus amplis amplioribus amplissimis fideliter datis, eos dulciter ad uocalum, longanimiter expectauit; eorum expectationi sed, dentionem multarum rerum (ut patet sess. 14. & 15.) mihi posfica? Deus aspirante.) deesarum humanissimè dilulit. Sed furiè dicat Calumus. Prædictis saluiconductus Germanis datis sunt, non Picardis, ego uerò eram natione Picardus. Esto. Fuisti Picardus nouimus, Basileæ post delituisti, nouimus tum argētorati exulans, profulgorum ibidem concionator exuisti; deinde Genevensis cultaris (pulso, contra Dei legem, Episcopo) gubernationem arripuisti, illam eum Sabaudia & Gallia tuis blasphemijs infecisti, euersti, perdidisti: scimus hæc Caluine, scimus ex lindano, dubitantij dialogo 2. Sed illud, te non fuisse nationē Germanum, nullius excusationis hac in re, de qua tractatur, uel umbram tibi obtendit. Concilium siquidē ipsum quasi tua tibiq; simili, uerba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis præuidens, eaque, ceu dētes caninos, in ore omnium uestrum uiriliter conterere uolens, saluos illos cōductus ad alias totius orbis nationes in hęc uerba olim extendit. Eadē sacrosancta synodus in spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem apostolicę sedis de latere legatis, omnibus & singulis alijs, qui nobiscum in ijs quę sunt fidei communionem non habent, ex quibuscunque regnis, nationibus, provincijs, ciuitatibus, ac locis in quibus publicè, & impune prædicatur, uel docetur, siue creditur contrarium eius, quod sancta Romana sentit Ecclesia, dat fidem publicam, siue saluum conductum sub eadem forma, & eisdem uerbis, quibus datur Germanis. Hęc Concilium in sess. 18. fin. Si ergo tanus te, ō Caluine, prędictis communium Ecclesia, ut ad liberè dicendū omnia, quę tibi pro ueritate uidebantur, accederes: quare instar aspidis surdæ, & obturanns aures suas, te habuisti? Quare ad locum disputationum pro ueritate non uenisti; & in palæstra apertam, quo uocabaris, non descendisti? Cur sic in angulis tos, & conuenticulis, falsitates tuas plebeculæ pro ueris uendidare elegisti, & non prius in medio magnatorum (Concilij dico) examinandas una tecum apponere malisti? Cæterum, hoc illud est, quod de te, tuisque similibus, iamdudum beprophe auerat Christus dicens: Qui malè agit, odit lucem & non uenit ad lucem. Quare? Vt non arguantur opera eius. Quo contra de bonis doctoribus ait: Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut rideantur opera eius, quia in Deo sunt facta. ò quam bene de te prædixerat Spiritus Sanctus; sapientior

tior sibi stultus uideretur, septem uiris loquentibus sententias. Quare? Quia prænouerat eā ad ueritatem inquirendam charitatiuè a Patribus tridentinis accersiendum; & non uenturum: insuper & tantorum senatorum decretis obnixè, manibus, pedibusq; contraiturum; quasi cum te uno nata sit, unaq; commoreturus, sapientia ipsa. Et quidem iuxta fabellas tuas.

Nam (teste Lindano, ubi supra) urbs Genoua occupata, summaque sacerdotij potestate à tuis impetrata, memor consiliorum, quibus seditiosi in Athenienfium, & Romanorum imperijs ciues ungerant, continuò exclamare, profiteri, denunciare cœpisti uerum pietatem hactenus ignoratam, ubi esse patefacta, te unum esse, qui, plusquam maiores, & quotquot mille, & quingentis annis uixerunt, sciat, uideat, intelligat, lucque Patres nostros idolorum cultores, delusos, obcæcatosque fuisse. te autem uerum Christi cultum quodam diuino spiritu cognouisse, nostros episcopos, impostores, Antichristos, & scelerarorum doctores hactenus extitisse, uos uerò, Christi nuncios, Apostolos, & doctores esse. Te te insuper, tanquam è regione Concilij, Asylū in proximis Galliæ finibus constituisse, ac munuisse; ad quod exules, damnati ab originis, & omnium ordinum, gentiumq; perditi, ac deplorati greges, suis finibus abiegati confugiant, & in quo celutin tutissimo porto placidè conquiescant; significa stinecnon ceu lucifer super astra confendere uolens, fictitiam tuam doctrinam fictius confirmare miraculo impudentissimè aggressus fuisti. Tide digni quidam narrant ex Burgundis (inquit Lindanus) Caluinum pro concione publica quendam stipendiolo, ut se se mortuum simularet, cōductum uoluisse quasi in uitam reuocare: qui, ubi se sein ferxito imponi passus fuisset, in templum per latus diuina ulcione ueré mortuus est repertus, frustra Caluino inclamante) surge, surge in Christi nomine, nihi deo surge.) Et de hac mortui inuria uxorem fuisse apud Magistratum Genevensem grauiter conquestam, collectaq; informatione, tem fuisse ueram deprehensam, sed, in gratiā sui Euangelistæ, suppressam. Audisne, Caluine, mirabilia quæ in facis? Deo autem gratias; cuius suppetit uirtus, & nescit, patrocinij in date criminibus. Et nouis conforme tuis miraculum præstare sophistimanibus. Huiusmodi demonstrationibus suam minitiam doctrinam si tu nobis quando & stupendorum uorum operum emulator quidam discipulus tuus tale quid præsumeret efficere. Nam in Polonia non longè à Cracouia Pago Biethzarè (narrat D. Franc. seus Turnanus, lib. dogm. Charact. V. D.) concionator Caluinista, euangelij in cōfirmandi gratia, Manibzum quendam certo conduxit Iudeo, qui se mortuum simularet, & ad clamantis uocem ceu mortuus resurgeret, at contrarium euenit. Vbi enim ille pseudo Euangelista clamauit (surge Matthæe in nomine Christi, cuius Euangelium prædico) uiuus factus est mortuus. Et uxor, quæ nuper finxerat lachrymas, nunc uerè lachrymans in concionatorem illum, non pastorem, sed impostorem inuecta, suo malo, nouo fidem habuit Euangelio. Non mirum igitur si quòd ad Concilium Tridentinum accersitus non uenisti, quòd ei tuam doctrinam examinandam, uel una tecum non attulisti, immo quòd & contra eius decreta adeo rabidis moribus effrebuisti, desæuisti, uotor (ut latius patet in tabula articulorum, ex uno libello contra acta Concil. Tridentini) nerinos tuos intendisti. Quid enim, ō & tu cum Apostolo Paulo Euangelium tuum secundum reuelationem eius his, qui in debantur columnæ esse, Hierosolymis conferente, euangelium tuum nouum cum ecclesia sancta, quam synodus Tridentina repræsentatur, contubilles? Professio si ubi tabitet conferenti. Et ad lucem reuocanda dextras societatis ipsa dedisse non ubi tabi monstruosa miracula obrigisse. Nunquam siquidem talia Paulo miracula, in fure doctrinæ euangelicæ fauorem, obtigerint qualia de tuo nouo euangelio supra narrauimus. Esto igitur Caluine, de tua doctrina secutus hāc inter pueros, mulierculas, homines illos, quorum (ut supra) Asylum (e prætuisti, commendare, dilata- E re, extendere, ne pigritiei ex quo de illa, iam mirisi modis cerebratus es. Eya miser? quis unquam talia de aliquo uero Christi discipulo, uero que prædicatore legit? Quis talia uidit? A seculo non est auditum: quod uolens quis in professationem uerę fidei quempiam fuscitare, ipsum de uno mortuum fecerit. Soli Caluino, simili que fatuæ declamatoribus, hoc fer- uabatur: ut uel hinc omnes discere cogerentur de doctrina sua, utrum ex Deo sit, an ex diabolo, qui mendax est. Quale miraculum, talis & doctrina. Miraculum mendax, mendax & doctrina. Inuersum miraculum doctrina & inuersa. ò bone Deus, in cuius nomine facere tales miracula ifudens, quàm uerax es? Numquid incredulitas illorum hdem tuam enacuauit? Absit. Quarer? Quia tu, qui solus mirabilia facis, dignum satis profecto, permisisque concordans, nocis his euangelistis miraculum condonasti. Signum suam doctrinam comprobans exigebant: & tu, qui bonus es, de cœlo exaudisti eos. Mendaciter suam do-

Deus semper in omnibus operibus uerax est.

Supersticiam detestandā Caluini.

Asylum.

Miraculosa ficta Caluinistarum fuit doctrinā confirmare.

Nouum miraculū Nouatianum.

Psal. 27.

1. Thes. 1.

Scripturæ facræ pro conditionibus cōfessionis. Vide usq; circa finē appen.

Cal 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solum loquitur. Quasi dixerit, si confiteamur integrè, Deus fidelis est nobis remittere. Item in ly ab omni iniquitate, unde idipsum. Nam emundatio ab omni iniquitate præsupponit, non omnem iniquitatem per confessionem expuisse. Item meritò scripturam insinuasse, quòd confessio debet esse fortis, fidelis, nuda, simplex: ut Eccles. 4. Non confundaris cõfiteri peccata tua. In ly ne confundaris, ut-

[1] Conclu. de iis omnia. Qui enim non confunditur, non impeditur a confitendo peccata per erubescentiam (ergo est fortis) neque per falsitatem (ergo est fidelis) neque per hoc, quòd involuat peccata obscuritate verborum (ergo est nuda eius confessio) neque per ueterum ad gratiam peccati detegendam non facientium (ergo est simplex)

4 4° habes: quomodo per rationem omnia tum patrum, tum scripturarum prædicta, pro quanto conditiones illæ confessionis insinuarent, & probet, & declarat, & defendat. 5° uides quo uiolum ex his Angelici doctoris sapientia profens consolidetur, & declaretur.

QVÆST. X. ART. I.

[59] Tho. ubi supra art. 5. & q. 1. & sequ.

CONCLVS. Eo modo confessio, ex ui absolutionis cõiuncta, remittit culpam; sicut & baptismus.

Corollarium. Ergo confessio liberat à morte peccati, cum remittat culpam: idem sit, quod a morte peccati liberare.

PROB. Quia sicut baptismus a mortis peccati liberat, id est remittit culpam, non solum secundũ quod actu percipitur, sed etiam secundum quod in uoto habetur (sicut patet &c. ut in littera:) ita confessio ubicunque ab solutionem secundum quòd in uoto habetur, & secundum quod actu percipitur, liberat a morte peccati.

[11] 4. sen. d. 17. q. 3. a. medio.

Vulgatissimũ dictum, & uerum si recte intelligat.

¶ NOT. Ex uerbis lineæ, ly remissio peccatorum in uoto confessionis daretur, si præcedens dolor de peccatis non sufficiens ad contritionem fuisset, & ipse tunc obicem gratiæ non præberet; ex uerbis, inquam, istis elice ex plano textu uulgatissimum dictum illud, quòd sub manu confessoris pœnitens uertute clauium de sacramento fit contritus & simul exhis sanum huius dicti intellectum percipe: ne decipiaris.

QVAESTIO X.

De effectu † confessionis, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu confessionis.

CIRCA quod quæruntur quinque.

¶ Primo, utrum confessio liberet a morte peccati.

¶ Secundo, utrum confessio liberet aliquo modo à pœna.

¶ Tertio, utrum confessio aperiat paradisum.

¶ Quarto, utrum confessio tribuat spem salutis.

¶ Quinto, utrum confessio generalis deleat peccata mortalia præterita.

ARTICVLVS I.

Utrum confessio liberet à morte peccati.

AD PRIMVM sic procedi-

[a] Videtur quòd confessio non liberet à morte peccati. Confessio enim contritionem sequitur, [b] sed contritio sufficienter delet culpam, ergo confessio non liberat à morte peccati.

¶ 2 Præterea, Sicut mortale est culpa, ita etiam [c] venale, sed per confessionem fit ueniale, quod prius fuit mortale, ut in littera dicitur, ergo per confessionem non remittitur culpa, sed culpa in culpam mutatur.

SED CONTRA est. Confessio est pars pœnitentiæ sacramenti, sed pœnitentia a culpa liberat, ergo, & confessio.

¶ NOT. Hoc rationis lumine declarāt & Psalmus, & Euangelium, & Ecclesia. Psalmus quidem 15. de quibusdā tēpus amissum recuperantibus dicēs. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Hoc est, i. peccatis tempus diu contriuerant: postea ad se reuersi feruentius bonam uiam cucurrerunt. Euangelium autem Matth. 20. narrat operarios, quibus reddita est merces æqualis primis portantibus pondus diei & æstus, fuisse primos & otiosos & tota die otiosos. Ecce quod plurimum temporis amisserant; & tamen mercedem copiosam receperunt: quam utique non receperissent, nisi tempus amissum recuperassent. Non enim satisfactio illa p tanta merenda iuste recipienda, quòd bonum laborem exercuissent; sed requirebatur ut una hora pro reliquis etiam præcedentibus æquivalenter operaretur. Tempus ergo amissum eos recuperasse, intelligas inde: quando pro mercede laboris æqualiter ad alios priores operarios remunerari legūtur. Vltimo ecclesia idipsum, quòd. i. tempus amissum recuperetur, declarat: quando in festo confessorum plurimorum illud Eccles. 39. addatur, fusus est cor suum tradere ad vigilandum diluculo ad Deum. Fortunè enim (ipsa inquit) nonnulli ex dictis confessoribus, qui aliquos inuenerunt suæ annos malè expēdidere unus & tamen hi etiam, secundum ipsam Ecclesiam, tradiderunt cor suum ad vigilandum diluculo ad Deum. Hoc ergo fuit: quia tempus amissum inuenimus prædictæ posse recuperarunt non tantum bonis operibus; sed & adeò copiosis, ut nunquam ante facta, ut non immerito inde iudicarentur, ac si in tota iuuentute sua Deo seruissent, eorque suum tradidisse cor ad vigilandum diluculo ad Deum.

5m de maiori. Gratiam &c. Ratione peccati non, ratione extentionis nocumenti. §. Tunc &c. Nam satisfactum nouus homini quamuis ad nocumentum nouus mundi reparandum non sufficiat (ut arguitur) tamen ad nocumentum personale, omnimodo est peccatum actuale, occurrere potest, seruata quæ dicta est, proportione quantitatis, & additis gratia.

APPENDIX.

EX articulo habes. «Primò quomodo per rationem inimicitiæ ejicerem quorundam (ut habetur ex Concil. in fra alleguando) dicentium: hominem Deo offenso satisfacere non posse. Et est Lutheri (ut elicitur ex Rossensem contra illum articulum quinto) dicentis, hoc nouabrum satisfactio, quod odi, per colosium habes sensum; quasi Deo quisquam possit pro ullo peccato satisfacere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Secundo habes: quomodo per rationem ostendas, meritò il- lum errorem damnatum fuisse à Concil. Trid. sess. 14. cap. 8. sic. Dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur; certissimam quoque inde arrham habe- mur quod si compatimur & conglorificabimur. Neque verò ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exoluimus; ut non sit per Christū Iesum. Nam, ut ex nobis, tanquam ex nobis, nihil possumus; eo autem cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo unde glorietur, sed omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur patri, & per illum acceptantur à patre. Hæc ibi. Ecce quòd sufficiens est nostra satisfactio, secundum Concil. & consequenter, secundum illud, damnantur hi, q̄ hominem Deo satisfacere nō posse dicunt. Ex his concilii dictis grauissimis sumas articuli declarationem; ut supra ¶ not. post ad primum monitus es. Rursus Canon. 13. cōtra errorem illum. Si quis dixerit pro peccatis, quoad pœnam temporalē, minimè Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis: vel à sacerdote iniunctis &c. Anathema sit. Hæc ibi. Item meritò damnatum à scripturis Ionæ 3. & exclamarunt viri Ninivitæ in Domino, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis &c. Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala; & misertus est super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Item 3. Reg. 21. Itaque, cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo domini ad Heliam tesbitem dicens. Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est, mei causa; non inducam malum in diebus eius. Item 2. Paralip. 33. Qui Manasses, postquam coangustatus est, orauit ad Dominum Deum suum: & egit pœnitentiam valde, coram Deo patrum suorum. Deprecatusque est eum, & obsecrauit intentus & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Hierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses, quòd Dominus ipse esset Deus. Ex his tribus locis scripturarum, aliisque multis huiusmodi, inferas, & à fortiori quidem; quòd satisfactionibus à sacerdote iniunctis possit homo Deo satisfacere. Si Deus (inquies) pœnitudinem horum, & afflictiones ipsorum sponte susceptas, clementia sua, uelut iustam pœnæ temporali (quæ eorum scelestibus debebatur) satisfactionem admisit; ideoque cohibuit flagellum, quod illis dignè inferre meditabatur: multò magis ad satisfactiones hominum à confessariis iniunctas ipsemet Deus talia operabitur. Si satisfacere potuerunt Deo operibus prædictis homines illi: multò magis operibus suis pœnitens per confessarium impositis Deo satisfacere poterit. Rano deductionum harum est: quia satisfactionis opera per confessarium iniuncta plenis valent ut quæ, ex virtute clauium, eisdem operentur: quàm ipsamet sine tali iniunctione sponte susceptæ, ut supra quæstio. 6. art. 1. ad quartum, & quæstio. 8. artic. 1. ad tertium, & artic. 6. ad tertium. Vide Rossensem contra Lutheri quintum articulum.

¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta Patrum ac scripturarū, pro quanto hominem satisfacere posse Deo significant, & declarates, & probes, & defendas.

¶ Quartò videsquomodo ex iis vicissim Angelica hæc doctrina firmetur, & declaretur.

QVÆST. XIII. ART. II.

CONCL. 1ª. Pœna satisfactoria inquantum est ad remedium sequentis peccati, non prodest alteri.

¶ PROB. Quia ex ieiunio unius non domatur caro alterius.

¶ NOT. Respondet littera per ly nisi secundum accidens &c. tacitæ obiectionis quæ posset dici, quòd quis est in remedium alterius & respondet dupliciter. Primò, quia illud esse in remedium, est per accidens: secundò, quia hoc est per modum meriti magis, quàm satisfactionis. Vnde dato quòd unus fic remediaret per se alteri ad uitandum peccatum, adhuc non falsificaretur conclusio: quia ipsa intelligitur de modo satisfactionis magis, quàm meriti. Ac si diceretur. Pœna satisfactoria, in quantum est ad remedium sequentis peccati, non prodest per se, & per modum satisfactionis, alteri.

¶ CONCL. 2ª. Quantum ad solutionem debiti, unus potest pro alio satisfacere dummodo sit in charitate; ut opera eius satisfactoria esse possint.

¶ PROB. Quia legitur in uitis patrum, quòd propter charitatem unius, qui charitate ductus pœnitentiam fecit pro peccato alterius, quod ipsemet non commiserat, alteri peccatum proprium dimissum est.

¶ NOTATIO. Aly nec oportet, quòd maior pœna &c. usque ad ly. vnde dicitur, &c. respondet litera tacitæ obiectioni: & omnia clara sunt.

¶ CONCLVSIO. 3ª. Non exigitur, quantum ad solutionem debiti, quòd ille, pro quo fit satisfactio, sit impotens ad satisfaciendum: sed hoc requiritur, inquantum pœna satisfactoria est in remedium.

¶ NOTATIO. Ly remedium, non sumitur in illo sensu, in quo sumebatur in prima conclusione. Ibi enim sumebatur pro remedio ad uitandum peccatum: & sic, uniuersaliter negabatur, quòd satisfactio unius esset in remedium alterius: siue sit potens, siue impotens, ad satisfaciendum. Accipitur autem nunc ly remedium, prout est ad excusandum peccatum negligentiæ tunc satisfaciendi: quod quidem.

ARTICVLVS II.

Vtrum unus pro alio possit pœnam satisfactoriam expiare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd pœnam satisfactoriam non possit unus pro alio explere. Quia ad satisfactionem [h] meritum requiritur, sed unus pro altero non potest mereri, uel demereri cū sit scriptum. Reddes tu unicuique secundum opera sua, ergo unus p alio nō pōt satisfacere. ¶ 2 Præt. Satisfactio cōtra cōtritionē, & confessionē diuiditi: sed unus p alio nō pōt cōteri, nec cōfiteri, [i] ergo nec satisfacere. ¶ 3 Præt. Vnus pro alio orando et sibi meretur, si ergo [h] aliquis pro alio satisfacere pōt, satisfaciendo pro alio pro se satisfacit, & ita ab eo, qui pro altero satisfacit, non exigitur alia satisfactio p peccatis propriis. ¶ 4 Præterea. Si unus pro alio satisfacere potest, ergo ex quo unus soluit debitum pœnæ, alius statim à debito liberatur; ergo si moriatur postquam tota pœna debita pro alio [k] suscepta est, statim euolabit; uel si adhuc puniatur, duplex pœna redderetur pro eodem peccato, scilicet, illius, qui satisfacere incipit, & illius, qui punitur in purgatorio.

SED CONTRA, Gal. 6. dicitur. Alter alterius onera portate, ergo uidetur quòd unus possit onus pœnitētiæ pro alio impositæ suscipere.

Præterea. Charitas magis potest apud Deū quàm apud homines, sed unus potest apud homines pro alterius amore debitum eius soluere, ergo multo fortius in diuino iudicio fieri potest.

RESPONDEO, Dicendū, quòd pœna satisfactoria est ad duo, s. ad solutionem debiti, & ad medicinam pro peccato uitando, [m] inquantū ergo est ad remedium sequētis peccati, sic satisfactio unius nō prodest alteri, [n] quia ex ieiunio unius caro alterius nō domatur, nec ex actibus unius alius bene agere consueuit, nisi secundum accidens, inquàtum aliquis per bona opera pōt alteri mereri augmentum gratiæ, quæ efficacissimum remedium est ad uitandū peccatum, sed hoc est per modum meriti magis q̄ per modū satisfactionis, sed [o] quantum ad solutionem debiti, unus potest pro alio satisfacere, dummodo sit in charitate, ut opera eius satisfactoria eē possint. ¶ Nec oportet q̄ maior pœna imponat ei, q̄ p altero satisfacit, q̄ principali imponeretur, ut quidam dicūt, hac rōne moti, quia pœna propria magis satis facit, q̄ aliena; quia pœna habet vim maxime satisfaciendi ratione charitatis, qua homo ipsā sustinet, & quia maior charitas apparet in hoc q̄ aliquis pro altero satisfacit, q̄ si ipse satisfaceret, iō minor pœna requiritur in eo, qui pro alio satisfacit, quā pro principali requireretur. Vnde dī in vitis Patrum, q̄ pp charitatem vnius, qui alterius fratris sui charitate ductus pœnitentiā fecit pro peccato quod nō cōmiserat, alteri peccatum quod commiserat, dimissum est, [p] nec ēt exigitur quantū ad solutionē debiti, q̄ ille pro quo fit satisfactio, sit impotens ad satisfaciēdum, [q] quia etiam si esset potēs alio satisfaciente pro ipso, ipse à debito immunis esset; sed hoc requiritur inquantum pœna satisfactoria est in remedium: vnde non est permittendum q̄ aliquis pro alio pœnitentiam agat nisi defectus aliquis appareat in pœnitente, uel corporalis per quem sit impotens ad sustinendum, uel spiritualis per quē non sit promptus ad portandum pœnam.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ præmium essentiale redditur secundum dispositionem hominis, quia secundum capacitatem videntium erit plenitudo visionis diuinæ, & ideo sicut vnus non disponitur per actū alterius, ita vnus alteri non meretur premium essentiale, nisi meritū eius habeat efficaciā infinitā. sicut Christi, cuius meritum solo pueri per baptismum ad vitam æternam perueniunt; sed pœna temporalis pro peccato debita post culpæ remissionem non taxatur, secundum dispositionem eius, cui debetur, quia qñque ille, qui est melior, habet maioris pœnæ reatum; & ideo quantum ad pœnæ remissionē vnus alteri potest mereri, & actus vnius efficitur alterius charitate mediante, per quam omnes vnum sumus in Christo.

AD 2ᵐ dicendū, q̄ cōtritio ordinat contra culpam, quæ ad dispositionē bonitatis, vel malitię hois ptinet, & iō p̄ trītionē vnius alius à culpa non liberat: similiter p confessionem hō se sacramentis ecclesiæ subijcit, non aſit potest unus sacramentum pro alio accipere, quia in sacramento gratia suscipienti datur non alij, & ideo non est similis ratio de satisfactione, cōtritione, & confessione.

AD 3ᵐ dicendum, q̄ in solutione debiti attenditur quantitas pœnę, sed in merito attenditur charitatis radix, & iō ille, qui ex charitate pro alio meret saltem merito congrui, ēt sibi magis meret, ñ aūt, q̄ p alio satisfacit, ēt qa illa q̄ntitas p se satisfacit pœnę nō sufficit ad vtrūq; pctm, tñ satisfaciendo p alio sibi meret maius q̄ fit dimissio pœnæ, s. vitam æternam.

AD 4ᵐ dicendum, q̄ si ipsemet ad aliquam pœnam se obligasset, non prius à debito esset immunis, quā si eam soluisset, & iō pœnam ipse patietur, quā diu ille satisfactionem pro eo fecerit, quàm si non fecerit, tūc vterque est debitor illius pœnæ vnus pro commisso, alius pro omisso, & ita nō sequitur q̄ peccatum vnum bis puniatur.

dem peccatum non incurrit impotens, licet incurrat aliquo modo potens.

¶ PROB. 1. Quia etiam si esset potens, alio satisfaciente pro ipso, ipse à debito immunis esset. Quia (ly sed hoc requiritur &c.) ex 1. patet (vt in notatione maxi præcedentis).

1ᵐ de maiori

Meritum & consideratum quantū ad pœnæ remissionem: non, quantū ad præmiū essentiale q̄. Loquēdo in proposito, scilicet satisfaciendi pro altero. Tunc &c. Licet. n. vnus nō possit mereri alteri præmium essentiale (vt arguitur; & in textu tñ tali, declarādo, cōceditur) ita tamē unus potest alteri mereri remissionem pœnæ, inquantum s. pro altero satisfacit. Sed hoc meritum ultimo dictū improprie dī. Ex litera dicit q̄ argumentum est cinquā probatio altera conclusionis primæ, si sumatur meritū de condigno & propriè. & q̄ tamen (vt uidimus) non infringit secundam conclusionem ñ aggrediebat.

2ᵐ illatio cō. clusionis. Ergo nec satisfacere. & negatur illatio. q. Nō n. est eadem ratio de tribus his, s. contritione, confessione & satisfactione, secūdū id, in quo nūc considerātur (vt clarè patet in textu).

Corollarium. Ergo hinc regula vniuersalis accipi potest: quæ est hæc. Cōditio admixtum non subiacet diminutioni semper modus. Quamuis. n. ipsa ex se, q̄ in eadē coordinatione cōditionū, sit aliquib, necessaria, ut Philosophus docet; ita aliquib. ēt deficiens. Alioquin nō diminueretur ad immēd, si in omni commentiens magis in eadē coordinatione diminuerent, si in aliquibus inter se non commentiarent.

3ᵐ consequentia. Si ergo aliquis pro alio &c. & negatur consequentia. § Nam aliud est loqui de charitate, & de effectu eius, scilicet merito, & aliud est loqui de quantitate pœnæ. Charitas. n. per extensionē non minoratur, immo augetur (exemplum de lumine unius candelæ minuitis à diuersis ostendit): quod nō est de quantitate pœnæ; cum hæc per diuisionem ad multos uix minus sufficiat, & per applicationem totalem ad unum nulli alteri sufficere possit. Vide literam de his omnibus.

Corollarium. Ergo p hanc doctrinā habes, q̄d secundum mētē Angelici doctoris dicas ad q̄stionē illā, qua inquirit utrū missa vna tantundē pro multis satisfaciat, sicut pro vno. Dicendū. n. ex hac responsione ad illud quæsitum: q̄, si ille pœna loquamur diminuenda, puta Petro exilenti in purgatorio, missa vna nō tantundē valet ipsi defuncto, si diuidat. i. pro multis pīcipue postulandis applicetur: quàm valeret, si pro defuncto illo solū diceretur. Et qñ intentio postulantium missas præcipue p defunctis fertur ad subleuandum illos à quantitate pœnarū: ideo concludendum vt̄ p vna missa postulata pro Petro, si p Antonio ēt celebret ad eidem finem, minus p Petro satisfiet. Tutum ergo, secūdū ista hoc, non est sacerdoti Calimerio p̄mittere unā missam dicere pro Petro, & postmodū eandē exhibere pro Antonio similiter. Quòd si de charitate, vel merito, interferas considerationem ad hoc quæstiū dissoluendum, nō vt facere ad propositū; & consequenter non videtur tutam conscienciam reddere ad faciendum contrariū dictis: quoniam, secūdum rei veritatem, intentio postulantiū missas ferrat ad pœnam (vt declaratum est). Con sule, pro huius pleniori veritate, Concilium Trident. sess. 25. decreto secundo de de reformation. cap. 4.

An sit tutum missam pro uno dicēdam dicere p multis.

4ᵐ de consequentia secū da. Suscepta est, &c. & soluta. § Tuc &c. Patet enim q̄ nō dum soluta est pœna mox, ut est ad soluēdum suscepta; & q̄ non dicitur vere satisfacere q̄ pro alio ex eo, q̄ intendit, vel acceptat, satisfacere pro illo: sed ex eo, q̄ realiter satisfacit. Quod quam verum sit, uide in appen. sequen.

APPENDIX.

EX articulo habes. 1 Primò quomodo per rationem inuictissimā errorē Mahometis (Prateo Mahometes) dicentis, opera aliena nil prodesse. ¶ Secundò habes quomodo per rationem ostendas, meritò fuisse tunc errorem damnatum à Magunrino, Concil. dum unum pro alio satisfacere posse decreuit. Hoc uerò patet c. 16. in hac ugrba. Ab infermis in mortis articulo positis per presbyteros pura inquirenda est confessio: non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda: & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum studijs, pondus pœnitentiæ subleuandum: ut si forte mi grauerint, nè alieni ex consortio bonorum fiant. Hæc ibi. Ecce quam patenter dicit: q̄ quantitas pœnitentiæ, i. satisfactionis à confessario impositæ, debet pro illo morībundo ab amicis impleri; uel q̄ (& in idem redit) pœnitentiæ suæ pondus illorum orationibus est subleuandum & q̄ h e valet pondus illorum orationibus ad subleuandum & q̄ h e valet ad solutionem debiti. Talem habuisse uidēt Pontifi-

1 Vtilitas p 5. Eccl. cōtra errorē dā. a Cō. &c.

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces, & ut moribundis pœnitentiæ sacramentum non denegandum statuerunt. Cum enim scirent: quòd ad sacramentum pœnitentiæ integrandum requiritur satisfactio (hæc ordinariè nocatur pœnitentia), & quòd ab ipsis in articulo mortis constitutis per scipsos nunquam ferè impleri potest: nolde probabiliter sequitur, quòd præcipiendo de sacramento pœnitentiæ moribundis dando intentionem de satisfactione conformem Concilio Magunino prædicto implicite saltem habuerint. Consequenter ergo dicendum, quòd Iulius I. Papa id sub intelligi debuit in suo decreto sequenti si presbyter pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum; quia Dominus dicit, Quacunque die conuersus fuerit peccator ad pœnitentiam vita viuet, & non morietur. Vera enim confessio in vltimo tempore esse potest: quia Dominus non solum tempus, sed etiam cordis, inspector est. Sicut latro, unius momenti pœnitentia, meruit esse in Paradiso, in hora vltimæ confessionis. Hæc ille: & recitatur 26. quæstione sexta. Item Cælestinus 1. Papa in decreto suo. Agnoscimus, pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum defideriis annui, qui obitus sui tempore, hoc animæ suæ cupiunt remedio subuenire. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri vt de Dei pietate desperet: quam non possit, ad se quouis tempore conuertenti succurrere, & peccatorum sub onere peccatorum hominem pondere, quo se expedire desiderarat, liberare. Quid hoc, rogo aliud est, quam mortem mortem addere, atque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? Cum Deus ad subueniendum paratissimus, inuitans ad pœnitentiam, sic promittat: Peccator, inquiens, quamcunque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum. Nolo igitur peccatoris: sed tantum conuertatur, & viuat. Hæc ille: & recitantur. 26. quæstione sexta. Item Leo Primus Papa in epistola, & est in ordine 89. ad Theodorum Foroiulienſem Episcopum. Illis, qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis imploranti, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur venia moras nera confessio, dicente spiritu Dei per Prophetam, Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Hæc ibi; & recitantur. 26. quæstione sexta. Item quomodo per rationem offendas prædictum Mahometis errorem fuisse damnatum à scripturis Galat. 6. Alter alterius onera portate, &c. sic adimple. leg. Chri. Nota ly portate: vt diuini facias inter portare, & per voluntatem solam, sufferre ad portandum; secundum quod fecit responsio ad quartum. Quasi ergo dicas, Cum alter alterius onera satisfactionum non tantum sustenuerint ad portandum, sed & de facto portauerint: tunc adimplentur legem Christi, qua apud Christum ipsum talis alter tenebatur de tanto tenore satisfacere. Aliquin si tantum acceptauerit ad portandum, non adimplebitur legem Christi de actuali satisfactione alterius fratris vestri; quoniam ipse frater tenebatur adhuc lege Christi obligatus ad satisfaciendum per seipsum. Hoc idem apertissime habetur verificari obiicitur ex Concilio Carthagin. 4. capitulo 95. Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam ecclesiam necatores existimantes tenentur. Hæc ibi: & recitantur. 13. quæstione 2. Hoc ipsum confirmat Concilium Varense, ibi capitulo qui

Ioelis de vera pœnitentia.

Ezech. 18. & 33.

Nunquid spes de facile tollenda videtur.

Ezech. 33.

QVAESTIO. XIIII.

De qualitate satisfactionis in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de qualitate satisfactionis.

Et circa hoc quæruntur quinque.

Primo, Vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio.

Secundo, Vtrum ille, qui de omnibus peccatis prius cõtritus fuit, & postea in peccatum incidit, de alijs peccatis, quæ sibi per contritionem fuerunt dimissa, satisfacere possit extra charitatem existens.

Tertio, Vtrum homo post-

Fobl ationes defunctorum retinenti & Concilium Agathense, ibi capit. Clerici, vel seculares. Nisi enim requireretur actualis onerum alterius portatio ad hoc, vt de facto à pœnis satisfactoris ille alter sublcuaretur: tales, qui legata ad pias causas à defunctis pro sui sublcuatione relicta differunt actualiter

Notentur satisfacturi pro alijs, & defunctis

quam charitatem habuit, valere sibi incipiat satisfactio præcedens.

Quarto, Vtrum opera extra charitatem facta sint alicuius boni meritoria.

Quinto, Vtrum opera prædicta ualeant ad pœnæ infernalis mitigationem.

ARTICVLVS. I.

Vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod homo possit de uno peccato sine alio satisfacere, Eorum enim quæ [h] non habent connexionem ad inuicem, unum potest auferri sine alio: sed peccata non

implere, non dicerentur egentium necatores: quoniam ipsa legata & adimplenda iam susceperunt, & adimplere intendunt. Quia igitur talis & susceptio & intentio non sufficiunt ad subleuandum alterum, pro quo satisfacturi sunt ideò tales negligentes egentium necatores nocantur. Necatores, inquã quia ille alter in purgatorio cruciatur, quia per negationem adimplectionis actualis onerum illorum tenetur defunctos in pœnis purgatorij, quæ morti corporali equiparantur. Damnarent ergo omnes fundatores

pradicti Pontifices, scripturæ illum errorem Mahometi per hoc, quòd sic dixerunt ut supra. ¶Tertiò heles: quomodo per rationem dicta superius conciliorum, Pontificum, scripturarum, pro quarto unum pro alio satisfacere posse insinuant, & intellgas & declares q. tuearis. ¶Quartò videsi quomodo ex ijs vicissim Angelica hæc doctrina consolidetur, & declaretur.

QVÆST. XIIII. ART. I.

CONCL. Impossibile est, quòd homo de uno peccato satisfaciat, alio retento.

¶NOTAT. Ly alio retento, dat intelligere sensum tituli. Quasi per hoc dicatur. Non quæritur hic de realitate satisfactionis, sed de animo satisfaciendi. Hoc est. Quòd satisfactio ista valeat ad soluendum pro decem, & non sufficiat per viginti, de quibus omnibus tenebatur diuinæ iustitiæ Petrus taliter satisfaciens, non dubitatur, eorum posse contingere, & consequenter, quantum ad hunc sensum, non intelligitur absolus (licet videatur in superficie): sed dubitatur, & quæritur, utrum Petrus obligatus ad satisfaciendum pro viginti dato quòd absolute non intendat satisfacere offensio Deo pro viginti, possit satisfacere pro decem vel pro uno, de quibus solum satisfacere intendit. Non est igitur quæstio, an ieiunium illud Petri satis fit ad soluendum pro uno, & quòd realiter non se extendat ad satisfaciendum pro decem uel viginti: quoniam id clarum est, & quotidie accidit: sed est quæstio, primum ieiunium Petri aliàs valens ad satisfaciendum solum pro uno, dato quòd animus Petri absolutè sit nolle satisfacere pro alijs offensis Deo, satisfactio pro illo uno. Ac si quæsitum sic formetur. Petri satisfactio, ut nuda animo Petri nolente absolute rem debito pro omnibus suis peccatis satisfacere sed pro aliquo tantum, pura pro uno, sufficit ne saltem pro uno, ideft pro pœna uni peccato debita? Hinc quæritur sic intellecto respondente negatiuè per consequutionem præmissam. Nota quoque ex hoc loco, quod per dicta sancti doctoris intell guntur sensus tituloram, nec par. quæst. 19. declaratum fuit: nè abundantia fiat in non necessarijs.

Sensus tituli vnus.

Pro alijs omnibus saltem.

¶PROB.

¶PROB. Quia oportet, quòd modus satisfactionis sit talis, q cõ A
Vid. ribio petat ad amicitiæ restitutionem (cum ad volendam offensam, Rem ad se competere debeat) & ad amicitiæ restitutionem sufficere nõ po
quidu se- test, si aliquod peccatum satisfaciens in animo remanet (ut pa-
quen. ret, etiam de offensis hominibus factis.

¶Corollarium. Ergo, se cundum literã hanc nulle non satisfacere de aliquo peccato est peccatũ, & impedit amicitiam hominis ad Deum. Sic n. ibi, si in gbationis 2ª parte est formalizata, iacet. Si aliquid sit, qd amicitiæ restitutionem impediat, etiã apud homines satisfactio esse nõ potest: eum ergo quodlibet peccatum amicitiã charitatis impediat &c. Et iuste quidem. Nã ille, qui intendit nõ satisfacere offenso, nõ erat amicitiam habere cum illo: hoc autem, scilicet non curare amicitiam habere cõ Deo, est peccatum (ut patet).

¶NOT. Magna, & clara, probatio conclusionis est argumẽti ultimũ, in ly sed contra.

1m maior. Eorũ, quæ non habent connexionem ad inuicẽ unum potest auferri sine alio. &c. quando illud, secundũ quod ea omnia auferũtur, non est unum & idẽ non aũ, quando est unum & idẽ. §. Tũc &c. Nam charitas, p quã omnia peccata remittuntur, est una & idem. i. nullũ peccatum potest auferri nisi per charitatem, & charitas nullũ aufert, nisi auferat omnia. Quòd si uel effendi diuersa res, per quarum unam tolleretur unum peccatũ & per alia alind: uel ẽt si esset una res, per quam tollerentur omnia sic, quòd sinũ tolendo compararetur secum pro aliquo tẽpore aliud, quod posset tolli: tũc posset auferri vnum peccatum sine alio.

¶Corollarium. Ergo i textu ly una & idem est, secundũ qd ola remanent intelligi copulatur sic: quod secundũ quod ea remanent, est unum realiter, & idem formaliter, ideft eodẽ modo sem per se habens contra quemcunque peccata. Hoc est. Non compararet nec pro minimo tempore aliquod peccatum aliud dimittendo, sed omnia simul auferens. Ergo patet ex his q peccatorum quantumlibet non connexorum ad inuicem, remissiones connexæ sunt. Ergo rei pondus & aliter formare potest dicendo, Eorum quæ non habent connexionem ad inuicem, & quorum remissiones connexæ non sunt, unum potest auferri sine alio. Clarior fane responsio: sed, quia videtur aliqualiter petere principium, standum est in priori formalizata: quæ & nullam habet apparentiam petitionis principij, & in ueritatem ab hac ultima dictam tandem resoluitur. Videallam solutionẽ Tertiæ part. q. 86. articu. 3. ad tertium.

Subtilis declaratio textus.

2m illatio cõclusionis. Ergo & dc. &c. & negatur illatio. §. Nam sit manifesta solutione debiti exigentem solũ equalitatem iustitiæ, de qua solumme loquitur minor propositio, ad solutionẽ debiti exigentem æqualitatem amicitiæ simul cum æqualitate iustitiæ, de qua solutione loquitur illata conclusio. Qui transmus quantum sit extra propositum, uide in litera: ex qua etiã melius intelliget propositionis consequentia ar. & no. & orationem Dominicalẽ ibi debita nostra. Vide clariorem aliqualiter solutionem 1. part. q. 86 articu 3. ad quartum.

Conc.m

3m de maiori. Licuisset, & sufficientem non, insufficienter. §. Tũc &c. qui enim unum peccat, & non alterum, causas excidit, ita quòd unum retinet: non sufficient illas excidit, propter rationem dependere ex Greg. in textu allatam.

APPENDIX.

EX articulo habes ¶primoque modo per rationem offendis meritò esse insinuatum a tertio loco, quòd homo non possit satisfacere pro uno peccato, & non pro alio (ly sin tantum tamen prædeclaratum) Hinc autem insinuationem Prol. 1. reg. 15. Oseæ, ego claudicatis in 2. partes? Si Dominus è loco, fecimus eum ut non esset haal, sequuntur

1 Vid. D S Ecclæ.

ni illum. Ecce, quòd Helias, per ly usque quo claudicatis duas partes, demonstrat: quòd populus rem inconuenientem, immo & impossibilem, facere conatur, dum & Dominum Deo adhærere nolit, & a Diabolo simul non nisi difficulter. Hoc siquidem inconuenientis, quia & impossibile ostendere. Hoc siquidem inconuenientis, quia & impossibile ostendere. Hoc siquidem inconuenientis, quia & impossibile ostendere

Universidad de Deusto
Biblioteca

le est: simul cum Deo amicitiam habere, & a diabolo non rece dere. Hoc enim in idē redit (ut declaratum est) cum eo, quod dicimus, hominem non posse satisfacere pro uno peccato, & nō pro alio. Item: infinitum Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire, &c. Quasi apertè, in proposito, dicat. Nemo potest Deo, & appetitui diabolico conformi, satisfacere, quod sane est, uno peccato vel le satisfacere, alio retento. Item Isa. 58. Quare ieiunauimus, & non aspexisti; humiliauimus animas 11 nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij nestri inuenitur uoluntas uestra. Ecce ad cōtentiones, & lites ieiunatis. Nolite ieiunare, sicut usque ad hanc diem: ut audiatur in excelso clamor uester. Nūquid istud uocabis ieiunium & diem acceptabilē Domino? Ecce, q. per Isaiam dominus dicit se non acceptare illud, quod pro parte peccatorū sibi datur, si pars alia peccatorum ab ipsis peccatorib. retineat. hoc significans, si cōsiderentur, uerba præducta: maximè si ad interrogationem hominum sic pro peccatis suis satisfacere uolentium iungātur, ut quām ad eandem interrogationē (ut par est) responsio. Quare (inquiunt) ieiunauimus, & non aspexisti humiliauim⁹ animas nras, & nescisti? Hoc est. Quare &c. & ad modum non aspicis tis te habuisti: humiliauim⁹ &c. & ad modum nescisti fuisti? Cum ergo non aspiciat immo despiciat quis illud, quod non accepta(ut quotidie per experientiam patet) neque ad ipsum sciat, immo se nescire profiteatur: restat, q. per illa verba dicere uelint impij, quare ieiunium & humiliationes nostras nō acceptasti? Hoc uerò adhuc magis ad literam patet: si responsionem experimentem sensum illorum sic quærentium notaueris dicentem: nunquid illud uocabis (ò tu interrogans, & in interrogando nimis arrogans) nunquid illud uocabis ieiunij acceptabile dominoi Quasi dicat, non. & quare non? Quia in die ieiunij uestri inuenitur uoluntas uestra: qua. s. partem peccatorum uestrorum retinere nullis, satisfacere ergo per ieiunū, siue aliud bonum opus non potest aliquis, secundum Isaiam, ita q. fit acceptabilis domino satisfactio illa (sic etiam loquitur arti culus) si aliud peccatum, mente retineat. Vide q. 9. art. 1. & 4. ubi tractatur de cōfessionis integritate; item, q. 2. ar. 5. ubi agitur de integritate contritionis: & indè multa ad propositum præsens facientia huc applicabis. Nam citra integritatem contritio, confessio, & satisfactio, affimilantur. Caue tamen, ne ex præmissis occasionē accepta dicas, quòd dolor de uno peccato, sine dolore omnium, sit peccatum. Erroneum n. est dictum hoc, & pro tali reuocatum a Iacobo præpositi, tanquam à S. Patribus reproba-

ARTICVLVS II.

Vtrum quis extra charitatem existens, possit satisfacere de peccatis ante contritis.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd qui de omni bus peccatis cōtritus fuit prius & postea in peccatum incidit, de alijs peccatis, quæ sibi p contritionem dimissa fuerunt, satisfacere possit extra charitatem existens. Dicit enim Daniel Nabuchodonosor, Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime: sed ipse adhuc peccator erat, quod sequens pœna demonstrat, [h] ergo potest in peccato existens satisfacere.

¶ Præterea, Nemo scit utrum sit dignus odio, uel amore. Eccle. 9. Si ergo non possit fieri satisfactio, nisi ab eo q est in charitate nullus [h] scirer se satisfacere, & hoc est inconueniens.

¶ Præterea, Ex [h] intētione quā homo habet in principio actus, totus actus informatur, sed pœnitens, quando pœnitentiam in choauit in charitate erat: ergo tota satisfactio sequens ex illa charitate intentionem informā te efficaciam habebit.

¶ Præterea satisfactio consistit in quadam [h] adæquatione culpæ ad pœnam, sed talis adæquatio pœnæ potest etiam fieri in eo qui charitatem non habet, ergo &c.

SED CONTRA. Prouer. 10. Vniuersa delicta operit charitas, sed satisfactionis uirtus est delere delicta ergo sine charitate non habet suam uirtutem.

¶ Præterea, Præcipuum opus in satisfactione, uel satisfaciendo est eleemosyna, sed eleemosyna extra charitatem facta nō ualet ut pater. 1. Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum, &c. ergo nec satisfactio aliqua est.

RESPON. dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd postquam omnia peccata per præcedentem contritionem remissa sunt, si aliquis ante satisfactionē per actam in peccatum decidat, & in peccato existens satisfaciat, quòd satisfactio talis ei ualeat, ita quòd si in peccato moreretur, in inferno de illis peccatis non puniretur. Sed hoc non potest esse, quia in satisfactione oportet, quòd amicitia restituta, etiam iustitiæ æqualitas restituatur, cuius contrarium amicitiam tollit, ut Philosoph. in 9. Ethic. dicit. Aequalitas autem in satisfactione ad Deum non est secundum æquiualentiam, sed magis secundum acceptationē ipsius; & ideo oportet, quòd ēt si iam offensa sit dimissa per præcedentem contritionem, quòd opera satisfactoria sint Deo accepta, quod dat eis charitas, & ideo [m] sine charitate opera facta non sunt satisfactoria [n].

ADPRIMVM ergo dicēdum: q. consilium Danie. intelligitur, quòd a peccato cessaret, & pœniteret, & sic per eleemosynas satisfaceret.

AD 2m dicendum: quòd sicut homo nescit p certo utrū charitatem habeat, ita etiā nescit pro certo, utrum plene satisfecerit: & ideo dicitur Eccl. 5 de propitiatu peccatorū, noli esse sine metu, nec tamē exigitur q. pro pter hunc metum homo satisfactionē expletā iteret, si cōscientiā peccati mortalis nō habeāt, quamuis enim pœnam non expiet p huiusmodi satisfactionē tamen non incurrit reatum omissionis ex satisfactione neglecta, sicut nec ille, qui accedit ad Eucharistiam sine conscientia peccati mortalis, cui subiacet, reatum indignæ sumptionis incurrit.

AD tertiū dicendū, q. intentio illa interrupta est per peccatū sequēs, & iō nō dat vim aliquā operibus post peccatū factis.

AD quartum dicendum, quod non potest fieri adæquatio sufficiens, nec secundum, diuinā acceptationē, nec secūdū æqualentiam, ideo ratio illa non sequitur.

terus alias dictū est. ¶ Tūc &c. Sicut. n. non est inconueniens, q. homo pro certo nesciat, se habere charitatem: ita non est inconueniens, quòd sic nesciat, se plenè satisfecisse. Quinimmò utrūque se ignorare est conueniens: cum ista ignorantia humilitatem, salutiferumque metum, de quibus Eccl. 1. (ut in lra) causetur atque conseruet.

¶ NOT. Vide q. 8. ar. 1. & 2. aliqua facientia circa istam auctoritatem Eccles. cap. 5 de propitiatu &c. nē repliare opus sit. Circa tamen istam eius cap. 9. in argumento adductam notator quòd loquitur de amore finali, sicut etiam de odio; quamuis ad amorem quoque præsentē (ut facit littera) possit applicari, licet non ad odium. Potest enim quis pro certo scire, se esse dignum nunc odio, puta quia scit, se esse in peccato mortali actualiter: non autē q. certo scire, se esse nunc dignum amore, quod significatur per ly nihil mihi conscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum. 1. Cor. 4 quamuis quoad odium, & amorē finalem æqualiter ambo in sui ipsorum nescientia conueniant: eo quòd nemo prorsus est, qui sine speciali reuelatione diuina scire possit, utrum moriturus sit in gratia Dei uel in peccato mortali. Ambo enim hæc (ut ibi subditur) in futurum seruātur incerta: &, in hoc etiam sensu, nescit homo finem suum (Eccl. 9. Diuus Thomas ergo, quamuis authoritatem illam Ecclesiastici applicet ad amoris præsentis nescientiam, non uult per hoc neque excludere, quòd ipse principaliter loquatur de amoris finalis nescientia; nequeque includere, quòd similiter de præsentis odij nescientia cointelligatur. Item notā: quòd ly nec tamen exigitur quòd propter hunc metum homo &c. litera respondet obiectioni tacitæ quæ quis, defendēdo quòd illud nescire de satisfactione esset inconueniens, inferre posuisset: ex tali nescientia inconueniens hoc sequuturum, quòd satisfactio multotiens necessariò reiterabitur, immo etiam quòd reiterationis huiusmodi non erit finis. Huic, inquam obiectioni præuisæ, per ly nec tamen &c. respondet Diuus Thomas negando consequentiam.

Nemo scit utrū amore, uel odio, dignus sit.

3m maior. Ex intentione, quam homo habet in principio actus, totus actus informatur. &. Quando intentio illa in principio habita non fuit interrupta per uoluntatem contrariam supernascentē: non autem, quando est interrupta per uoluntā. ¶. Tunc &c. Nam satisfacientis ipsam in charitate inchoatis intentio illa, de qua subintelligit minor, interrupta est, per peccatum sequens &c. ut in textu.

¶ NOT. Intentio illa, de qua loquitur maior, dicitur actualis, ut in principio actualiter fit, & uirtualis, ut dat uim totius actui, etiam quòd actu non exerceatur. Quemadmodum iactus proijcientis lapidem est semper cum lapide, alioquin (cum mouens & motum debeant esse simul, quandiu motus durat) lapis, quāprimum extra manum proijcientis esset, caderet in terram, & consequenter non fieret motus. oportet ergo dicere, quòd ille iactus est quidem semper cum lapide, sed diuersimodè: quoniam in principio motus, cum proijciens tangit lapidē, iactus est ibi actualiter, & in toto reliquo motus, cum lapis mouetur per aerem, iactus eiusdem proijcientis est ibi uirtualiter, inquantum uirtus à principio lapidi impressa lapidem ipsum concomitatur. Vnde sicut si lapidi adhuc fortiter per aerem moto occurreret aliquid prævalens in contrarium, cessaret motus, & consequenter ipse illa in principio proijciente impressa: ita si animo incipientis satisfactionem in charitate occurrat aliquod peccatum prævalens, idest cui consentiat, statim interrumpitur motus charitatis in satisfactione præexistens, immò & charitas ipsa tollitur, & consequenter satisfactio subsequens nullam prorsus robur habebit à charitate. Doctrinam hanc extende ad 2. 2. qō. 83. art. 13 maximè cum de præcepti Papalis necessitate sit attentio ad horas canonicas (extrà de celebratione missarum cap. Dolentes) & consequenter ad officium Beatæ virginis, quando ex obligatione certis diebus dicitur. Hoc enim officium licet non sit de iure scripto: tamen est de consuetudine habente vim legis, & per consequens obligante ad peccatum mortale tranſgressores, secundum etiam Panor. in cap. 1. de celebratione missarum. & Ioannem de Lignano, in clemen. 1. Ac eo. tit. & Petrum de Palud. 4. d. 15. q. 5. ar. 6. & Franciscū de Zab. & S. Antoninum Archie. Flor. & plures alios.

Beatæ virginis.

4m de maiori. Adæquatione. ¶. Sufficienter: non, insufficienter. i. accepta Deo, non autem, non accepta Deo. §. Tunc &c. Nam ab eo, qui charitatem non habet, non potest fieri adæquatio sufficiens &c. ut in textu. Vide q. 11. ar. 2. & q. 13. ar. 1. & quæst. 8. ar. 7. etiam in elucid.

¶ NOTATIO. De tali adæquatione Concil. Parisiēse lib. 1. cap. 32. sic ait. Præsbyteri instituendi sunt: Qualiter & confitentium peccata discretè inquirere, & congruum pœnitentiæ modum nouerint imponere. Hæc ibi. Hanc adæquationem specialius declarat Papa Alexander 3. parte 13. ca. 1. Exoniēsi Episcopo scribēs sic. In excessibus singulorum non solum delicti qualitas, sed etiam quantitas, scientia, ætas, sensus, conditio, sunt attendenda. Quare non solum secundum qualitatem, & quantitatem facinoris, sed etiam secundum ea quæ diximus, & secundum locum, & tempus, quo delictum committitur, unicuique debet pœnitentia iniungi cum idem excessus magis in uno, quàm in alio, sit puniendus. Hæc ibi. Facit ad q. 8. ar. 7. appen. Vide ergo, idem peccatum esse maius in uno quàm in alio: & hoc propter conditiones dictas à Papa.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primo quòd per rōnem interimas errorem Carangelorum (Prateo Cacangeli) dicentium: Certum unumquemque esse debere, quòd gratis propter Christū peccata sibi remissa sint; quòdque Deo acceptus, & hæres sit vitæ æternæ; quicquid sit de nostris operibus. Ecce quòd secundum istos, satisfactio extra charitatem erat Deo accepta: cum & ipse satisfaciens, etiam si esset in peccato mortali (Nōne hoc significant per ly quicquid sit de nostris operibus?) sit Deo acceptus. Contra horum ergo nefandam hanc monstri sileat articulum contra quos etiam, ut certitudinem gratiæ minuunt modo prædicto, habes; quid dicas ex argumento secundi auctoritate, & responso ad illud. 1 Vtil. p S. Eccl. &c.

¶ Secundo habes: quomodo per rationem offendas, hunc meritò damnati à Concilio Triden. sess. 14. cap. 8. Dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Iesu, qui pro peccatis nostris satisfecit, ex quo omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur; certissimam quoque inde arrham habentes, quòd si compatimur, & conglorificabimur. Neque uerò ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exoluimus, ut non sit per Christum Iesum &c. omnis gloriatio nostra in Christo est, in quo viuimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, facientes fructus dignos pœnitentiæ; qui ex illo nim habent, ab illo offeruntur patri, & per illum acceptantur à patre. Hæc ibi. Ecce, quòd satisfactiones nostræ requiruntur, etiam quòd Christus satisfecerit; quoniam non ideò satisfecit pro nobis, ut non satisfaciamus, sed ideò satisfecit, ut satisfactiones nostræ ad ipsius exemplum fierent, & ipsius satisfactionibus nimis haberēt ad hoc, ut acceptarentur à Patre. Rursum, inquit. In quo Christo viuimus, in quo satisfacimus. Sine hoc ergo, quòd nos viuamus in Christo dum satisfacimus nostræ satisfactiones (secundum concilium) non sunt acceptæ Deo; & consequenter non satisfaciunt. Quomodo in Christo viuimus? Per charitatem, seu per fidem charitate formatam 1. Ioan. 4. & Ephes. 3. Satisfacimus ergo in Christo, quando satisfactiones nostræ in Charitate hunc tantum absit, ut uera sit illarum blasphemia ly quicquid sit de nostris operibus. Item damnati à scripturis 1. Cor. 13. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum (ita ut ardeam) charitatem autem non habeam nihil mihi inde prodest. Vbi patet nullam satisfactionem, nisi in charitate fiat, valere apud Deum ad vitam æternam consequendam: licet apud forum Ecclesiæ valeat, inquantum non reiteratur (ut in ad secundum) & etiam apud Deum, inquantum aliqua alia bona præter vitam æternam extra charitatem satisfaciens à Deo opera illa remunerā-

1 Quæstum bonū sit Charitas.

2 Cessatio a peccando non satis fit.

Quare Christo pro nobis satisfecit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te confitetur (quem & sensum habet articuli prædicti conclusio) Nec huic veritati ultimæ obstat Apostolus per ly nihil sum, ly nihil mihi prodest: quoniam comparatiue intelligitur, & secundum æstimationem Apostoli. Bona enim tempora & mihi reuera sunt, & pro nihilo reputata fuerunt ab Apostolo: licet ipsa secundum seipsa aliquid & vera sint, & pro aliquo sic sumpta fuerunt ab Apostolo. Similiter quoque Apostolus secundum seipsum consideratus, eorum quod in charitate non esset, aliquid se uera est: tamen in comparatione ad supernaturalem vitam vel in præsenti vita in futuro habitam totum consideratus ipsemet, & nihil reuera est, & nihil se esse se uera æstimans in quo sensu & Philippen. 1. dixit, Mihi enim Christus est, & Galat. 2. viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Ecce igitur, secundum scripturam opera de genere bonorum magnorum (hoc importat ly bona facultates meas) cibos pauperum, sanguinem pretiosum (hoc significat ly corpus meum, ita ut arideam, si exuta Charitate habeam (inquit) non illa, sed ego nihil sum. Ecce demittunt ad passionem, uenitur & ad sanguinis effusionem, uenitur & ad corporis incensionem: & tamen nihil prodest, quia Charitas deest. Adde charitatem, prosunt omnia: detrahe charitatem, nihil prosunt cætera. Hæc ille in homil. super Euangelium, Ego sum pastor bonus. Item à Concil. Trident. meritò damnati, quo ad ly Certum &c. quòd gratis per Christum peccata sibi remissa sint & quicquid sit de nostris operibus: & sic. Verum, etsi Christus pro omnibus mortuus sit, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiũt: sed ij duntaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam licet se ista homines, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur inuisti: cùm ea propagatione per ipsum, dum concipiuntur, propriam inuisti em contrahant: ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur: cum ea renatezza per meritum passionis eius gratia, qua iusti fiunt, clarebunt. Hæc in sess. 6. c. 3. item à Leone 1. Theodoro Fo o aliensi Episcopo scribente sic. Multiplex misericordia Dei ea lapsibus humanis subuenit: ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinã spes uitæ reparetur æternæ: ut quidam regenerationis violator, propere ab indulto condemnantes ad remissionem criminum perueniant. Hæc ille & remittitur in decr. de pœn. dist. 1. multiplex. Vide quòd ad hoc, ut effectualiter saluemur, non sufficit, quòd pro nobis Christus mortuus sit (aliquin omnes

Quibus prodest mors Christi.

ARTICVLVS III.

Verum valere possit satisfactio præcedens, postquam charitas emortua fuerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd postquam homo charitatem habuerit, nalere incipiat satisfactio præcedens, super illud. Leuit. 25. Si attenuatur frater tuus &c. Dicit Glos. quòd fructus bonæ conuersionis debent[b] computari ex eo[b] tempore quo[b] peccauit; sed non computarentur, nisi aliquam efficaciam acciperent ex charitate sequẽti, ergo post charitatem recuperatam valere incipiunt. II

¶ 2 Præterea, Sicut efficacia satisfactionis impeditur per peccatum, ita[b] efficacia Baptismi impeditur per fictionem: sed Baptismus incipit valere recedẽte fictione, ergo satisfactio recedente peccato.

¶ 3 Præterea. Si alicui pro peccatis commissis iniuncta fuerit ieiunia, & in peccatum cadens ea perfecerit, non iniungitur, cum iterum confiteatur, ut ieiunia illa iteret; iniungeretur autem ei, si per ea satisfactio non impleretur; ergo per pœnitentiam sequentem opera præcedentia[b] satisfaciẽdi efficaciam accipiunt.

SED CONTRA, Opera extra charitatem facta ideo non erãt satisfactoria, quia fuerunt mortua, sed per pœnitentiam non

ARTICVLVS III.

de facto fuisse[a] censetur; cum pro omnibus mortuus sit Christus) sed requiritur, quòd meritum passionis & mortis eius nobis communicetur. Communicatur autem nobis; inquantum in nos influit ingitur, tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites ut ait Concil. eadem sess. cap. 3. Membra uero eius fieri non possumus sine lauacro regenerationis, saltem in voto (ut ibi, cap. 4.) & post violationem donorũ regenerationis sine pœnitẽtiæ medicina (ut supradixit Leo) Ex quibus omnibus secundum concilium, atque Leonem, cõcludenda relinquitur ueritas hæc: quòd Christus actualiter non influit nisi in filios suos, seu in iustificatos: quibus solis meritum passionis eius per sacramenta, communicatur actualiter. Hæc omnia contra Cacangelos, i. malos angelos, ut qui per prædictum errorem nobis mala annunciẽt, dicta sint in damnationem. 3

¶ Tertio habes quomodo per rationem præmissa tum scripturæ tum Patrum dicta, pro quanto nullum p opera extra charitatẽ facta insinuant satisfacere posse, & intelligas, & probes, & defendas.

¶ Quarto vides, quomodo ex iis uicissim Angelica hæc doctrina declaretur, & cõfolidetur. 4

QVÆST. XIIII. ART. III.

CONCLVS. Sicut Charitas aduenientia opera de genere mortalis, non potest Deo gratificare, quantum ad hoc, ut sint meritoria uitæ æternæ: ita nec quantũ ad hoc, quòd sint satisfactoria.

¶ PRO BAR. Quia opera bona utrumque illorum (scilicet, quòd sint tum meritoria tũ satisfactoria) habent ex eadem radice, ex hoc uidelicet, ut sunt Deo grata: & per charitatem post aduenientem opera illa non uiuificantur, ita Deo non gratificantur, quantum ad hoc, ut sint meritoria uitæ æternæ (sequeretur etiam secundũ opinionem contrariorum conclusioni præmissæ.)

Corollarium. Ergo ex dictis ab ipsis contrariis concluditur contra illos. Vide. Negabant hi, quòd opera in mortali facta non essent satisfactoria per charitatem subsequentem: & concedebant, quòd charitas subsequens non das illi præcedentibus operibus tum merendi uitam æternam. Quod facit Sanctus Thomas? Concessim hoc ab eis accipit: & ex hoc ipso concludit esse meritum illud, quod idem negabant. Ergo suo ipsorum gladio eos confodit, & comedentes eorum in ore ipsorum quod prædestinatum est.

1m ex glossa. Tempore. & vltimo non, primo. § Tũc &c. Non enim ex hoc sequitur, quòd opera in mortali facta ex charitate sequenti acceptent efficaciã (ut arbitrantur minor:) licet sequatur, quòd opera bona rõpuland

tanda sunt ab eo tempore exclusiuè, quo vltimo in peccato A fuit. Nam quàm primum quis à peccando cessat ita, ut amplius in peccato nullo mortali sit; opera eius bona, non præcedentia, sed subsequentia incipiunt esse, & computari, gratia Dei.

Itẽ ex glossa.

Peccauit. ij. & de peccato contrito fuit; licet non adhuc actualiter confessus. § Tunc &c. vt patet. Nam ex eo, q fructus bonæ conuersionis in tali casu computandus sit à tempore contritionis in futurum, non sequitur, quòd debeat cõputarim præteritum. Bona ergo opera, si qua fecerit post quam de peccatis vltimo vere contritus efficiantur tum, etiã antequam de ipsa actu confiteatur, efficiam & merendi & satisfaciendi per charitatem habitam in cõtritione habebunt: sed opera ante illam contritionem, dum esset adhuc in peccato, facta in numero bonorum non gratorum Deo remanebunt. Vide responsum 2m. in littera ly vel intelligitur quando fuerim &c. usque exclusiuè ad ly uel dicendum q &c. B

¶ NOT. Vide pro meliori huius intellectu, no. post probationẽ, cons. & loca ibi citata. Ad literam huius nõti quoq; explicanda fiat duo latrones uno in tempore, ipsidem flagellis cũ domino crucifixi. Nõti n. flagella essent modo, hic expresso, in eorũ pote state, nos non sufferret illa patienter per uoluntariam acceptationem & alter impatienter per uoluntariam repudiationẽ: sed ambo uel patienter, uel impatienter. Item si flagella ipsa essent omnino in eorũ potestate: is, qui a finibus pendebat, exercitat re aliter illa, secundum eandem exercetat uoluntate.

2m conclusio. Non possumus patienter tolerentur non, si patienter. §. Tunc &c. Nam flagella esse satisfactoria declaratum est conclusionis articulo cum alia conditione, si patienter tolleremur: ut hęc ex prima directe. ex secunda indirecte. Hæc ergo simul quod satisfactio, quæ mediantibus flagellis fit, tantum sit bonorum: & quod nihilominus flagella ipsa non sint tantum bonorum.

3m de maiori. Peccata. p. uel personæ, uel saltem naturæ. ¶ Tunc &c. Nam quamuis aliquibus E flagella infligantur absque culpa personæ (ut dictis minus: nulle tamen infligerentur, nisi præcessilet culpa naturæ, idest peccatum primi parentis, quod posita per partis panomem naturæ humanæ ab ipso originaliter derivare contrahitur. Pro hac ẽ in textu dicta, de culpa & pœna, ut dixi 1. quæstio. 87. articulo. secundo.

¶ NOT. Ad ly satisfactio respicit peccata præterita, respondit sobrie D. Thomas, non addendo ly in se, nec ly in alio. Sciebat enim quòd unus potest satisfacere pro alio. q. 13. art. 2. & pro secunda. ar. 1. & ideo nihil earum limitationum addidit. Nam si ad illam argumenti maiorem respondendo addidisset ly in se, excludisset, quòd innocens possit esse satisfactorius pro alio; si uero addidisset ly in alio excludisset, videretur, quòd aliquis possit satisfacere pro se. Concludendum ergo relinquitur, quod textus ex determinatæ limitationis dimidium, dilucidarium tacite intimauit, ut diximus. Satisfactio respicit peccata personæ, uel naturæ, præterita, aut in ipso satisfaciente, aut in alio, pro quo ipse satisfacit.

APPENDIX.

EX articulo habes. Primo quomodo per rationem interimas errorem quorũdam (ut ex Conc. Triden. infra patebit) dicentium flagella in præsenti uita humiliter a Deo inflicta nõ esse satisfactoria. ¶ Secundo habes quõ per rationẽ ostendas, hunc meritũ dicam a cõcil. Trid. sess. 14. cap. 9. Docet præterea, ibi esse diuinæ misericordiæ largitatem: ut nõ solũ in pœnis, sed etiam nobis pro nimis delicto peccato fuscepti satisfacere debeamus ac hinc pro mensura debiti impositis, sed etiam (quod maximum amoris argumentum est) temporalibus flagellis a Deo inflictis, & à nobis patienter tollerantes, apud Deum patrem p Christum Iesum satisfacere valeamus. Hæc ibi, & canon. 13. Si quis dixerit pro peccatis, quoad pœnam temporalem minime Deo, pro Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, uel a sacerdote iniunctis &c. anathema sit. Item a scripturis Iob. 3. in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui innocantẽ. Hæc uerba sunt de flagellis a Deo inflictis, cum sint sanctæ mulieris in proposito suæ magnæ afflictionis prolata. Iterum ecclesiastici. 2. Pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata. Ecce: quòd (ut dicebat Concilium Triden.) hoc est argumentum magnæ pietatis, & misericordiæ diuinæ: flagella subeat, ab ipso nobis inflicta, patienterque tolerata, compatari in satisfactionem pro peccatis nostris. Iterum ecclesiastici. 35. speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis. Item Psal. 98. Deus tu propitius fuisti eis, & ulciscens in omnes adinuentiones eorum. Hoc est. Tu Deus ulciscendo contra peccata eorum, idest pro eis flagellando ipsos, fuisti propitius eis. Vbi intimatur illi quòd flagella nobis inflicta reputantur pro satisfactionibus, si patienter tollerentur; & hoc est magna propinatione Dei erga nos sic flagellatos. Item Psalm. 94. Quadraginta annis offensus fui generationi illi & secundum aliam literam communiter ab ecclesia pro inuitatorio psalmo recepta, 40. annis proximis fui generationi. Dicitur autem Deus fuisse proximiori generationi illi inquantum ei ad illam misericordia magna usus est ulciscitur uero eodem fuisse offensus, inquantum illam ipse per eam ipsius flagellauit. Ecce quod secundum intentum psalmi fuisse, tunc fuit proximus, qñ ei fuit infensus. i. tunc misericors & erga ipsam generationem exercuit, quando ipsam prudentialis castigauit. Et nota, quòd non dicit ly propinquus, sed ly proximus, ut ex superiorum non qualemcunque, sed maximam, in genere punitiui, peccantes misericordiam illam fuisse cognoscat, & veniam sic est. Nam fuit misericordia inquantum castigationes illas peccatis debitas pro satisfactionibus eniam computari Deus uoluit: fuit magna, inquantum flagellationes eadem locum penarum in purgatorio pro illidem peccatis habendarum, (cum tamen incomparabiliter tet mellæ purgatorij) præterires excedant) supplere & gratis elle fuit maxima, inquantum illas ipsis etiam meritoriis effere (quod tamen in purgatorio, cum tanta acerbitate penitentiæ non fit). Exemplum de latrone a dextris crucifixo, in cuius flagellis hæc triplex Dei misericordia resplendit. Confirmatur intelligentia hęc ex D. Thoma: qui super epist. ad Hebre. cap. 12. lect. 2. secunda, exponens ly proximus, postquam hoc ad diuinam misericordiam retulit subdit hic. Hoc ipsum temporaliter punitis peccatores magnum misericordiæ signum est. Vnde Augustinus. Hic ure. hic seca. ut in æternum parcas. Vbi notabile in, quòd accipitur ly magnum, anthonomastice sibi pro maximo: propter rationem supradictam. Item a libo secundo. Machab. multo tempore non fine terrore ex sententia agere, sed flatim ultimum adhibere, magni beneficij est judicium. Vbi tu & per ly magni tanquam, anthonomastice dicti intelliges maximi. Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit.n. auctoritas ista in uite cõuenientib. a psalmo & sancto doctore platis. ¶Terno hẽ; quo p rõnem pmissa scripturarũ, sanctorũq; dicta, pro quanto flagella uitæ præsentis indicãt esse satisfactoria, & incrementa & probet, & meatis. ¶Quarto uidet: quo ex iis uerissim doctrina Angelica phs consolidetur.

QVÆST. XV.
ART. III.

CONCL. 1ª. Eleemosyna, ieiunij, & oratio, conuenienter dñr opa satisfactoria Exam. ly cõuenienter, sumitur ẽt pro ly sufficienter, ut ex inftionib. ad argumẽta in cõtrariũ facta elicit. ¶PROB. Quia p eleemosynã fuorũ rahim⁹ nobis aliquid (bonũ f. fortune), p ieiunũ aliquid (bonũ f. corporis) p oratõẽ aliqd (bonũ f. animæ) & satisfactio dẽt esse talis p quã subtrahamus nobis aliquid ad honorem Dei (sup. ar. 1. conclusio 2ª. patet). ¶CONCL. 2ª. Cõpetit ei prædictus triplex numerus ex pte illa, qua satisfactio petitum causat excidit.

¶PROB. Quia causę, seu radices pctorum sunt tres (a. Io. 2.) & singula prædictorum operum cõtra singulas has causas, seu radices ordinatur (patet in textu.

CONCL. 3ª. Cõpetit ei prædictus triplex numerus ad hoc, q ista satisfactio est pctorum suggestionibus aditũ non indulgere.

¶PROB. Quia omne pctm est, uel contra Deũ, uel proximum, uel nosipos: & oro assignãt p satisfactõe peccatis cõtra deũ, eleemosyna p cõtra proximũ, ieiunũ p contra seipsum (patet omnia.)

1ᵐ de maiori

Probatio. ℞. Ille quo ad afflictionẽ carnis. §. Tũ &c. Na licet ieiber oro sit medicina triplicis spũalium suarum infirmitatum nõ tñ annexa carnis afflictionẽ aliqua nẽr. Aliqua liter ergo pœnale est tale opus. exa. ly hẽr afflictionẽ carnis. Intelligendũ est hoc de oratõe secundũ se cõsiderata, in quã. f. illã laborẽ dicit eleuandi mentẽ in Deũ, q̃ mẽs aggrauatur a corpore qd contrapũct Sap. 9. Quasi diceret ista. Sicut laboriosũ cẽt, aliqd graue ab imo trahere sursũ (vt patet): ita cum oratõ sit eleuatio mẽtis a terrena habitatione deprimi in Deũ, laboriosũ est orare. Huic uero ista sic intellectę nõ suffragatur id, q quique ex rẽ dũdantia suauitatis spũs habẽt in oratõe teresarui, et caro, inquit Ps. 17. refloruit caro mea & ex uoluntate mea cõsurget ei & Psal. 83. cor meũ & caro mea exultauerũt in Deũ uiuũ, hoc mũ dictis nõ officiat quia de reb. nũc loquimur secũdũ se cõsideratis, nõ quatenꝰ a feruore charitatis depẽdẽt. Ad qd magis pertinet dictum oratiõis ad 2ᵐ: ubi de pcẽ nalitate ostum operũ satisfactoriorũ, & cõsequẽter de oratõe, in cõi ag. f. sacerdotali illã uniuersalẽ, q. f. qñ de aliqua re tractãt, de ea secundũ se tractari sp intelligẽt, nisi aliud a tractatore, uel p contextum, uel aliter, exprimat. Alioquin (g. remota pñti regula, in ancipiti uerẽmur, & dubitationũ inde emergentiũ, qñq; ẽpp in obscurantiã regulæ pmissæ insolubilũ, nõ esset finis; quorũ utrumq; est inconueniens. Sacrificiũ laudis iterum instanter, nõ tecũ du sc. & conquẽter q. Ihes, (dũmõ sic sumas) est opus pœnale. Labor olium.

2ᵐ de maiori

Carnis ℣. uni deie dationes carnis, uel f ad carnẽ ordinatis, cõpletum. §. Tũ &c. Na loqui tur ell g itur conclusio articuli de carnali vitio; modo sumpto, qñ & p satisfactione afflictiui ieiunii, & eleemosynam Hieronymus aũt de carnali primo modo accepto loquitur, qñ ieiunũ (tacita eleemosyna) ei pro re medio affert. Largius ergo loquitur de conclusione, & sic dicit ut Hieronymo, nulla fit dissordantia ab utroq; dictorum.

¶NOT.

¶NOT. Quòd peccatũ, si ordinetur ad carnem, ad aliquod commodum carnis, licet nõ compleatur in delectatione carnis, dicatur (vt sic loqui a) carnale, habetur expresse Gal. 5. Manifesta (inquit) sunt opera carnis, q̃ sunt fornicatio, immunditia &c. auaritia, dissensiones, sectæ, &c. Ecce, q enumeratur auaritia (ut hic) inter opera carnis? & (quod minus uidebatur) dissensiones, sectæ, idest schismata, hæreses. Ratio est, quia humani modi ad commodũ temporale, & maxime principatus & gloriæ, ordinantur. Vnde Augustinus in lib. de vtilit. credend. hæreticum ab eius fine vsumo diffiniens, & proportionaliter schismaticum ait, q. hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime gloriæ, principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones, uel g̃gẽ fr vel sequitur.

Scopus hæretico rũ, & schismaticorũ

3ᵐ illatio cõclusionis. Ergo &c.

℞. Negatur illatio. §. Ratio est, non q. eleemosyna debitè facta non munder omnia peccata; sed quia congruenter applicatur horum uium singula & singulis peccatis, & singulis peccatorum radicibus, & singulis bonis per satisfactionem à peccatore subtrahendis; ut ex conclusionibus patet.

¶NOT. Ex eo, q. per unam uiã aliquid sufficienter fit, non sequitur, q. alia sit superflua, si per eam huic iunctam illud idẽ magis sufficienter & conueniẽter fiat. In cuius signum illud Philosophi pronunciatum, quod potest fieri per pauciora, non debet fieri per plura, ex eodem Philosopho recte (i. Physicorũ) intellecto glosatur sic, quod potest æque bene fieri per pauciora, non d. f. p. p. Propterea textus recte negat illationẽ, et q. ad mittat, eleemosynam omnia mundare peccata. Ne tamen ex hoc dicto de eleemosyna cadas in errorem pestiferum quorundam, uide infra appendicem tertio loco de hoc monentem.

4ᵐ minor. Multo plura sunt peccatorum genera, quam &c.

Sufficit namq; conclusionibus articuli, q. omnia, quotcunque sint, reducantur generaliter ad tria: quoniam quando de tribus solum modo loquimur, hoc intentum habent.

5ᵐ de antecedente. Non computãtur. ℞. explicite &c.

...on, implicitè. § Tunc &c. Nam per eleemosynam intelligunt conclusiones quicquid ad proximi vtilitatem sit; per ieiunium quicquid ad corporis pertinet afflictionem; per orationem quicquid latriæ Deo exhibeturinter quorum aliqua profecto continentur ea omnia, quæ in argumento adducta sunt.

Eleemosyna, ieiunij oratio continent multa.

Corollarium. Ergo propter hoc (vt in textus calce dicitur) etiã opus unum potest habere plures rationes satisfaciẽdi. Hoc est. Potest oratio (puta) habere vicem ieiunij, inquantum ad carnẽ affligendam sit; & eleemosynæ, inquantum pro utilitate proximi sit, & orationis, inquantum ad Deum latria honorandum dirigitur. Non tamen hunc te decipiat, credens Ecclesiæ præceptio, uel pœnitentiæ à confessario iniunctæ, de ieiunio satisfaciendo, quando non ieiunaret, icd loco ipsius orare propria authoritate, voluerit. Non n. hoc docet hic sed illud tñ, qd expressũ est.

Error cauendus.

APPENDIX.

Vtil. p 5. Ecc. cõtra hær. Iouin. &c.

EX articulo habes. ¶Primò: quòd per rõnem interimas hæreses Iouiniani (Prat. Lutherani) docentis ieiunia nullius esse meriti apud Deũ nisi Pelagij (Prat. Pelagius) docentis, oratiõnem prorsus esse inutilẽ, nullusq; utilitatis. Quia ea rõne probatur, & ieiunia, & orationes esse opera satisfactoria, cadẽ probat. q. sunt alicuius utilitatis, & meriti, cũ satisfactio sit actus utilitatis. q. 32. ar. 2. & opus meritorũ. q. 14. ar. 2. & q. huius ar. 2ª. 1ᵐ. ¶Secundò habes quòd p rõnẽ offrendas, meritũ dãnati pdictas hæreses à Concil. Trid. sess. 6. c. 14. fit. Docendũ est, Christiani hoc pœnitentiæ post lapsũ continere cessationẽ à peccatis, sortũ detestationẽ eor cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tingendas: & eleemosyna resistit peccatis. Item ibi. 29. Conclude eleemosynam in corde pauperis. & hæc pro te ex orabit ab omni malo. Item iterum Tob. 12. Eccles. 3. 4. 7. 17. & Dan. 4. Matth. 6. Luc. 11. 12 Actu. 10. 24. Propter authoritatum tamen præmissarum occasionem, prætertim Tob. 4. Eccles. 3. caue diligentèr ne in eis in errorem aliquando, ab Augustino de ciuit. lib. 21. c. 27. recitatorum, incidamus, q eleemosynæ sunt tales virtutes: ut quicunq; exercuerit, quantùlibet crimina non dimittat, æternum tamen supplicium non est habiturus. Caue ergo inde ne impingas in scandalosam illã propositionem nonnullorum, rectissimam ab Aristotele, & Sancto Thoma. 2. 2. quæst. 32. art. 5. dicentium quòd eleemosynam pauperibus dare gratis est maioris meriti, quam eleemosynã pro anima facrificio offerre. Nam primũ damnat apertissimè Apostolus. 1. Cor. 13. si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & habeam: nihil mihi prodest. Nota ly omnes, ly meas, ly cibos, ly pauperum, ly nihil. Et ad ultimum exacta pro mercedem, & supplicium æternum suadendum. Item illud damnat Concilium Cabilonense 2m. c. 36. sed nec hoc prætermittendum putamus, quòd quidã ex industria peccãtes, propter eleemosynarũ largitionẽ, quasdam ibi pro nimium emptionẽ. Eleemosyna extinguit peccata, ignem ardentẽ extinguit aqua, & eleemosyna extinguit peccata. sed ea, quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet humana infirmitate. Ea uerò, quæ ex industria, aut cumulibet libidinis explendæ causa iccirco fiunt, ut eleemosynis redimantur, nequaquam eis redimi possunt quia, qui hoc perpetrarunt, uidentur Deum mercede conducere, ut eis impunè peccare liceat. Non ergo quia iccirco peccare dẽt, ut eleemosynã faciant, ideò eleemosynam facere dẽt, quia peccant. Mẽtem n. & corpus, quæ libidine traxit ad culpam, afflictio, & contritio dẽt reducere ad ordinẽ. Hæc ibi. Ex his quoq; recte glosatio illud Tob. 4. cum dicit, q eleemosyna non patietur animam ire in tenebras. Vel enim intelligit hoc, q eleemosyna tanquam est de se, & ex non ad. ii. alias male una. C. V. de. q. 14. ar. 3. appen & q. 15. ar. 1. appen & prima par. q. 87. ar. 1. appen Disputat & Aug. lo de ciui. 21. c. 27. contra pdictũ errorẽ à le de aljs recitatũ sup. Portò propositionẽ dicit. adhoslos redarguit eò, hæc (vt vna alia omittatur). Nã illa (vt cunq; patere pẽt) à sacrificio Missæ, remittendo; cum auertit. Si. n. populus credat, minoris meriti esse Missæ sacrificiũ, q eleemosynã tunc populus reuerebitur minus, q oportet, illud facere fecum, & consequenter nõ tam frequenter, vt nunc facit, illud celebrari faciet. sed unam Missam (vt cuomuit Lutherus) uni populo affirmabit esse satis. Redarguit & ans, damnat hanc Concil. Trid. sess. 22. decreto de observandis, & euitandis, in celebratione Missæ. Quòd si necessariò fatemur, nullum aliud opus adeò sanctũ ac diuinũ à Christi fidelib. tractari posse, q̃ hoc ipsũ tremendum mysterium, quo uiuifica illa hostia, quia Deo Patri reconciliati sumus in altari p̃ sacerdotes quotidie immolatur tutis ẽ apparet, oẽm opẽrã & diligẽtiã in eo ponendã esse ut quanta maxima põt interiori cordis mundicia & puritate, atq; exteriori deuotionis, ac pietatis specie peragatur. Hæc ibi. Nota ly tam tantum, ly iã diuinũ, ly interiori, ly exteriori. Missa ergo, secundum Concilii, nil sactius, nil diuinius, nil deo interiori exteriorique deuotiõe tractãdũ. ¶ Quarto ut dẽs quo ex ips prædictis uerissim Angelica hæc doctrina declaratur, & confirmatur.

QVAESTIO. XVI.

De suscipientibus pœnitentiam, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerãdũ de suscipientibus pœnitentiam.

Circa qđ tria q̃runt.

Primo, Vtrum pœnitentia possit esse in innocentibus.

Secundo, Vtrum in sanctis, qui sunt in gloria.

Tertio, Vtrum in angelis bonis, seu malis.

ARTICVLVS 1.

Vtrum pœnitentia possit esse in innocentibus.

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur q̃ in innocentibus pœnitentia esse non possit. Quia pœnitentia est [b] cõmissa mala plangere, sed innocentes nullum malum commiserunt, ergo in eis pœnitentia non est.

2 ¶ Præt. Pœnitentia ex suo noie importat pœnam, sed innocentibus non [a] debetur pœna, ergo non est in eis pœnitentia.

3 ¶ Præt. Pœnitentia in idem coincidit cum uindicatiua iustitia sed omnibus existentibus innocentibus uindicatiua iustitia locum non haberet, ergo nec pœnitentia: & ita non est in innocentibus.

SED CONTRA, Omnes uirtutes simul infunduntur, sed pœnitentia est virtus, cum ergo in baptismo innocentibus infundantur aliæ uirtutes, infunditur etiam pœnitentia.

Præt. Ille, qui nunquam fuit infirmus corporaliter dicitur sanabilis, ergo, & similiter, q̃ nũquã fuit infirmus spiritualiter, sed sicut sanatio in actu a vulnere peccati non est nisi per actũ pœnitentiæ, ita nec sanitas nisi p̃ habitum, ergo ille, qui nunq̃ habuit infirmitatem peccati, habet habitum pœnitentiæ.

RESPONDEO, Dicendum, q̃ habitus medius est inter potentiam, & actum, & quia remoto priori, remouẽ posteriùs, non aũt e conuerso, io remota potẽtia ad actũ, remouẽ habitus, ſ aũt remoto actu, & qa subtractio materiæ tollit actũ pp hoc q̃ act⁹ no põt esse sine materia i q̃ trãsit, io habitus alicuius virtutis cõpetit alicui, cui ñ suppetit materiam, pp hoc q̃ suppetere põt, & ita in actũ exire, sicut pauper homo põt habere habitũ magnificẽtiæ, sed nõ actũ, qa non habet magnificentẽ diuitiarũ, quę sunt materia magnificentiæ, sed põt habere habitũ; io cũ innocentes in statu innocentiæ non habeant peccata commissa, quæ sunt materia pœnitentię, sed possunt habere, [m] actus pœnitentię in eis esse nõ possunt, sed habit⁹ põt, sed hoc ſi gratiam habeant, [n] cum qua omnes uirtutes infunduntur.

1 Habitus in conclusione dictus.

Peccatum præteritum ipsum &c.

Fructus &c. quo uerificet.

Concil. Trid.

Cornelius. Ergo de pueris non baptizatis, q̃uis sint innocentes ab oi peccato actuali, sic n. ẽt innocẽs a nũe ascripti) nimiel- Kligẽt cõcluditio, neq; gbaniq; illi nõ habent gratiã, cũ sint i peccato mortali originali. Ergo de ijs baptizatis intelligẽ. Ergo & de primis parẽtibꝰ an pẽm multo magis intelligẽ qui in & innocentes oso erant, & in gra creati, 1. par. q. 95. ar. 1. Ergo pœnitẽtia uir tutis in primis parentibus tunc fuit secundũ habitum tantùmodò; non quia non haberent usum liberi arbitrij, sed pp antedictam probationem. Est in pueris baptizatis sic tantummodo, & pp præmissam probationẽ, & pp ea ratiõnem qua ſ non libri arbitrij non est ullo mõ in non baptizatis, & quia non habent gratiam, & quia caret visu libri arbitrij) Hoc ex supabundanti, de usu liberi arbitrij, actũ nisi qui habet, uel ſ habet talẽ vsũ (Licet ad pœnitẽtiæ actũ concurrat. 1. 2. q. 113. ar. 5. Juxta est obiectũ pœnitentiæ; secũdò q̃ sola cõsideratiõnẽ, tanq̃ ex propria loquit⁹ S. Doctor.

NOTA. in pdictis pcta cõmissa dicunt materia pœnitẽtię uirtutis: in de peccato cõtracto 1. originali tẽ 4. q. 2. ar. 2. sed de ol actuali. q. 1. ar. 3. Di ẽ ibi q̃ oẽs uirtutes cũ gra infunduntur, de qua vide. 1. 2q. 65. p totũ & q pœnitẽtia est virtus, pro quo vide q. 1. ar. 1.

q. 1. ar. 1. & 3. par. q. 84. ar. 1. Ex hoc dicto ultimo in probatione A naliter exeunt in actum, ex respõ pẽt motiuorum habitus ppe noualis: quòd hic sermo sit de pœnitentia, ut est virtus, immò & in tota præsenti quæstione. Non enim pœnitentia, ut sacramentum, nominatur artic. 1. 2. & 3. sed semper pœnitentia virtus. Hinc titulus quæstionis, à nescio quo deualsatus, videtur corrigendus, ut pro ly hoc sacramenti post hac imprimatur sic. De suscipientibus pœnitentiam in tres. Deinde considerandum est de suscipientibus pœnitentiam.

1m de maiori.

Commissa plangere. R. Secundum quòd commissa sunt non aliter. ſ. 1. ſi commissa sunt actu, ea plangere actu, ſi commissa sunt in potentia, plangere in potentia, habere propositum plangendi ea actualiter, ſi de facto aliquando committerentur. Tunc &c. Ad hoc enim, quòd innocentes peccata plagant secundum illud antecedens propositum, non est necesse: quòd de facto commiserint peccata: sed sufficit, quòd illa committere potuerint. Nam sic plangunt ea secundum quòd à seipsis commissa sunt & sic ipsos peccata solum plangere intendit conclusio. dum ait in habitum tantummodo pœnitentiæ ponit.

2 NOT. 2ª. Aly sed tũ habitus &c. rndet tacitæ objectioni, quæ ex nunc rñs posset fieri sic. Habitum pnĩæ innocentibus r̃ópere. dicit ergo habitus hic q̃que exibit in actum ſ cum frustra fit illa postea, ſi nõ reducit ad actũ. Rndet primo ad cõsequentiã, negando cum aliqua limitatione illam per hoc, quod dicit. Sed tamen habitus iste &c. & reddit rationem talis negationis, per ly quia peccata mortalia tollunt ipsum. Respondet secundo ad probationem illius consequentiæ, negando ipsam, per ly nec tamen est frustra &c. huius negationis affignat rationem, per ly quia est perfectio &c.

2 ¶ NOT. 2ª. Circa primũ istorũ ſ. negationẽ cõsequentiæ est nõ ne fua, aduertẽdũ q̃ hoc hĩ q̃ ille habitus est qđã virtus in alia cõmissa etiam, inquantum uenient gratanuent (ut in pdictis) ne cõclusionis dictum est) & desinente illa delicti (ut hic figitur per ly peccata mortalia tollunt ipsum.) & hæc virtus occat pnĩa. Sicut autem unaquæque res propriam inclinationem habet ad aliquid) ut ignis ad moueri sursum: (ita & hæc pœnitentiæ virtus habet propriam inclinationem ad hoc, quòd dolere (ut decet) de peccatis uult, ſi committere peccatum eum ingat. Remota uero virtute, remoueri oportet & ipsam eius inclinationem, quemadmodum destructo fundamento, ædificium necessario corruit. Cum igitur ad remotionem gratiæ, quæ per mortale peccatum tollitur, remoueatur & illa virtus (vt 1. 2. q. 6. ar. 2.) sequitur de necessitate, quòd ipsa eadem numero tũc non potent exire in actum hunc, quod ſ. actualiter dulcat de mortali commisso. Nam ipsa tunc non est amplius ibi mox, cum sua illa inclinatione debit. Sive ergo, per ly habitum, intelligas ipsam virtutem infusam quæ pœnitentia dicitur, sive eius inclinationem habitus ille (ut in textu dicitur) nunquam in actum respectu peccati mortalis exire potest.

Circa secundum in prima notandum, ſ. negationem pbationis illius cõsequentiæ &c. aduertẽdum hoc hĩ q̃ illa ppositio ualgantissima, ſ. frustra est illa potentia q̃ nõ reducitur ad actum multip teneri homines põt, ut non sit frustra, ẽt q̃ nunquã reducat ad actum. Primo, ſi illa potentia aliqđ aliud officium habeat, præter hoc, quod est referri ad actum: Secundo, ſi illa refe E raur ad plures actus. Tertio, ſi ea refertur saltem conditionaliter ad aliquem actum. Ad primũ. n. horũ ignandũ, dĩ hic, q̃ ille habitus, ẽt q̃ non reducatur ad actum, nõ est frustra: qa ille perfectio potentiæ naturalis. Ac ſi dicatur. Habitus iste habet aliud officium, ultra hoc, quòd referatur ad exitem in actum: qđ quidem officium est perficere potentiam naturalem: & io, cum perficiat potentiam ipsam est n. in uoluntate, ut in subiecto. 1. 2. q. 85. ar. 4. non est frustra: quia non est otiatter otiosus. Ad 2m. uero eorundem ighandum dĩ hic: q̃ ille habitus in actum exire põt respũ uenialium peccatorum. Ac ſi dicatur. Habitus iste refertur ad plures actus. 1. posse eius exire in actum dicitur pluribus modis: nec respectu uenialium, & respectu mortalium & ideo, cum respectu unius, ſ. venialium, possit exire in actum, dum non est frustra ẽt extra relationem exeundi in actum. Ad 3m denique eorundem ighandum, dĩ hic: q̃ ex, Innocentibus habitũ pœnitentiæ hĩs cõpetit. Ac ſi dicatur. innocentes cõdito

2m de minori.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ quamuis non sit in eis debita pœna actu, tamen in eis est aliquid possibile pro quo eis pœna debeatur.

AD TERTIVM dicendum; quòd remanente potentia ad peccãdũ, adhuc haberet locum vindicatiua iustitia secundum habitum, quamuis non secundum actum, ſi peccata actu nõ esset.

2m de minori.

Non haberet &c. eadem actũ: non, solm habitum. &c. Tunc &c. Sufficit. n. q̃ vindicatiua iustitia in innocentibus habeat locũ secũdum habitum: ẽtq; in peccatoribus pœnitentibus habeat locũ secundum actum. Nam utroq; modo cano iusta exercetur: cum & peccatis de facto commissis vindicatio actu simpliciter, & eis de possibili committendis uindicatio actu conditionaliter assignatur. Vide responsionem ad primum, cum aliis huius, & ad secundum.

APPENDIX.

EX articulo habes. Primo quòd per sõã fortiori interimas 1 Vul. p 3. Rard. &c. hæreticum Catharum (ut refert Card. Turrecrem. de Eccles. lib. 4. c. 5. 5.) dicentem, quòd non est præmittendum de peccatis, & innocentibus, etiam si de facto non peccauerint, tamen ex suo nõ ponit (aliqn necanhoctes esset, si apponit dolẽdi actualiter, dato q̃ peccassent, nõ haberet) multo utique magis de peccatis tam actualiter commissis pœnitendum erit.

¶ Secũdo hẽ quoq; fortiori probat pbãtis, illã merito damnari 2 & c. ut q̃ 6. 11. ar. 1. Dic. & &c. ut q̃ 6. ar. 1. & 3. appe his bis confessionẽ ẽ necessariã demõstrat & collectio nõ ñs, nisi de pblis. 3. par. q. 84. & alt actas pone. q. 7. a. 3. Ité dam. 3 multis locis ut pt. ex Leuit. 5. 3 Reg. 8. 2. Paralip. 6 Iob 21. 24 Sapien. 11. 12. Ecclesia. 5. 20. 49. Hierem. 8. 18. 31. Ezechiel 18. 33. Matth. 3. Luc. 3. 5. 16. 24. Rom. 2. 3. Cor. 7. Actu. 2. 5. 8. 11. 20. 2. Petr. 1. Apocalip. 2. 3. 9. Sed unum sufficiat expresse adducere in eius manifestationem damnationem Luc. 13. ad finem. & à Concilio Tridentino sessio. 14. cap. 1. pro ueritate hi manda. & contra errores replicatum. Scitcet. Nisi pœnitentiam habuerint, omnes similiter peribitis. Ecce Christus Dominus, qui passus est tot pœnitentias pro nobis loquitur. Quare? Vt scias, contra hæreticorum quod si omnipatimur & congloricabimur. Rom. 8 ita autem non, non. Vaerum dixi. Non enim Christus ait solum, non. 1. ſi non compatimini, non conregnabuit. sed dicit plus. ſi non compatimini, peribitis. Quid clarius contra Catharos?

¶ Tertio habes quomodo per rationem & rectè inrelligas, & 3 in quo sensu merito fuisse dictum offendas, illud Luc. 15. iusti non indigent pnĩa & illud, Luc. 5. non uenit uocare iustos, sed peccatores, ad pœnitentiam: sine præiudicio in uentatis in pmi articulo determinatæ. Indigent enim pœnitentia iusti, ad illaque uocantur (ut hic docetur,) qua nisi haberent firmum propositum dolendi actualiter (ut oportet) de peccato, si iam aliquando committerent, non essent iusti & non indigent pœnitentia, neque uocantur ad illam (ut euangelium dicit.) ſ. qa, cum non commiserint actu peccatum, de eo dolere tanqua de commisso non tenentur, tãmõnec possunt.

¶ Quarto habes quomodo per rationem offendas, merito ẽ 4 virtualiter inclinatum à scripturis, q̃ pnĩa est in innocentibus. Hoc aũt sic intimatum vi Eccl. 7. Nali te iustus multũ: & Eccle. 18. Sapiens in cibus meritis. Ille nãq; multum te ẽ iustus pmittit, q̃ te esse hoẽm peccabilem, quasi in iustitia (ut nunc) confisus, non recogoscerit & talis non meruit de tatu possibili sibi attributo, & cõsequenter non præcaueri sibi ab illo, nec cogitauerit, si (quod absit) cadere quandoque habeo firmũ ppositũ, q̃ nunc uellem de tatu meo (ut oportet) pnĩam facere. Qũ. q. ut nos scripturã ad metuendum in omnibus hortatur, & ab esse multum nullos de hortatur quasi nos ad nostræ considerationẽ fragilitatis reducti, & ad habendam pnĩam (nisi exposito, dum timuus adhuc in iustitia, monet. Et quia (ut dictum est) nemo põt ẽ iustus, nisi etiam pœnitẽtiam propositum habeat: deo scripturæ, quocunque ad esse iustum inuitat aliquem, tacens ipsis iustis, & q̃ antea nunquã actu mortaliter peccassent, pœnitentiam secundum habitũ cõpetere attestatur.

Plurimæ

Turris iustissima contra errores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plurimæ igitur scripturæ id non solo dicto affirmanti quam earū affirmatiuum meritò fieri, per eas omnem articuli & offendere, & declarare, & defendere potes.

¶ Quinto modo quomodo ex his uicissim Angelica hæc doctrina declaretur, & confolidetur.

QVAEST. XVI. ART. II.

ARTICVLVS II.

Virum sancti homines qui sunt in gloria, habeant pœnitentiam.

CONCL. Quicunque habet habitū pœnitentiæ in hac uita, habebit in futura, sed non habebit eundem actum, quem nūc habet, sed alium.

¶ PROB. Quia pœnitentia est uirtus cardinalis (cum sit pars iustitiæ,) & uirtutes cardinales remanebūt in patria: Quia 2 ly sil non habebit &c. Iuirtutes cardinales in patria remanent secundum actus, quos habeant in fine suo: & actus pœnitentiæ in uia est alius ab actu pœnitentiæ in patria (cum actus pœnitentiæ in patria sit tantum gratias agere Deo pro misericordia, qua relaxauit peccata: actusque eius in uia sit, ultra hoc, dolere de peccato.)

¶ Examen primum. Ly non eundem actū &c. Ex hoc sumitur regula uniuersalis ista: quòd statibus debent proportionari actus & secundum eadem uirtutes. Vtputa, quia status uiæ est diuersus à statu patriæ, ideo actus diuersi utrique assignantur, etiam secundum eadem uirtutes. Hinc est quòd scientia eadem nunc habita perseuerabit in patria, secundum alium modum actus

Regula uniuersalis.

Deceptio, dubitatio de ueritate immortalitatis alæ scām Arist. unde sit.

prima par. q. 89. ar. 6. & quòd anima separata intelligat, alio modo, quàm cōiuncta, ibi ar. 1. & quòd uirtutes, tum morales, tum intellectuales, alio modo, quàm nunc, erunt post hanc uitam, 1. 2. q. 67. ar. 1. & 2. Hinc uidentur illi patrum prudentes, ne dicam ignari: qui philosophum animam immortalem ponere ideo negant, vel dubitant, quia (inquiunt) remaneret absque phantasmate, destructo corpore, & consequenter nihil posset intelligere, cum operetur semper (iuxta philosophum) intellectum phantasmata speculari; quæ propter, cum tunc caritura sit operationes, decendum (secundum Aristotelem ipsum,) quòd non erit separabilis, seu immortalis. Ignorantiam suam (ut dixi) aperiunt hi, dum ob tam debilissimum cauillum, dubitant de tam mente ipsius, philosophi circa ueritatem immortalitatis animæ: quoniam ad mutationem status animæ non mutant modum operandi animæ. Iam enim ex terminis diximus haberi regulam uniuersalem, per alia quoque loca nunc citata, confirmatam: quòd statibus debent proportionari actus, seu modi actus, etiam secundum eadem uirtutes: & hoc, ut correspondeant singula singulis, nihilque detur inordinatum, aut K impoportionatum, in rerum natura: id quod in omni doctrina sua uehementer exhorrum Aristoteles. Ne igitur faciamus eum cadere in id, quod sic semper abhorret, oportet, nos fateri ipsum, cum mutatione status animæ nostræ, contendisse (ita quam supposuim firmum sua mente reconditum, tempore suo, i. in metaphysica, ubi proprius locus est tractandi de separatis, manifestandum; si uita duraßet,) contendisse, inquam, mutationem modi actus operationis eius. Ad cauillum ergo factum respondendum est non solum iuxta regulam præmissam, sed etiam iuxta mentem philosophi ipsi regulæ iam olim traditæ contentem: quòd anima tunc intelligeret alio modo, i. sine phantasmate: & consequenter quod illa dicta, nihil intelligit sine phantasmate, & oportet intelligentem phantasmata speculari, de anima tantum dum coniuncta est uoluit protollere philosophus: nē, statibus rei mutatis, modus operandi immutatus (quod refugit ipsa natura) remaneret. Non igitur (ut il-

latum fuit) anima carebit unquàm operatione intellectiua, quoniam illam propriam habentis cariturа est modo operandi, quo nunc de necessitate utitur. Hæc, tanquàm digressi patrum, in gratiam regulæ illius textualis diximus; te, si plura cupis ad hanc materiam pertinentia, remittentes ad prima parte q. 75. ar. 2. & 6. eiusc.

SED CONTRA, Pnia est pars iustitiæ, sed iustitia est perpetua, et immortalis, & in patria remanebit, ergo, & [h] pœnitentia.

¶ Præt. In uitis patrum legitur à quodam patre dictum, quòd etiam Abraham [h] pœnitebit de hoc quòd nō plura bona fecit, sed magis debet homo pœnitere de malo commisso quàm de bono omisso, ad quod nō tenebatur, quia de bono tali loquit, ergo erit ibi pœnitentia de malis commissis.

RESPONDEO Dicendum, quòd uirtutes cardinales remanebunt in patria, sed secundum actus quos habent in fine suo, & ideo cum pœnitentia uirtus sit pars iustitiæ, quę est habitus cardinalis, [m] quicunque habet habitum pniæ in hac uita, habebit in futura, sed nō habebit eundem actum, quem nunc habet, sed alium, [n] s. gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccata.

Actus pœnitentiæ duplex.

Concil. m.

Dubiū actuale.

in patria se habet ad pœnitentiam aliter, quàm in uia. In patria enim desinente dolore, per hoc quòd ibi non producitur à pœnitentia actus ille, scilicet agere gratias Deo &c. est immediatè à pœnitentia eleitus, & non est consequenter se habens ad illum primum, cum ibi non sit. Cum igitur actus gratiarum harum sit in uia consequēs, & in patria sit primus: relinquitur clarum, (formaliter loquendo) actus iste est alius ibi, & hic, licet (material ter) utrob. q. sit idē, s. gratias agere Deo pro &c. Sanctus uero Doct. (p more suo) locutus est formaliter: & iō dixit ly sed alia.

¶ Examen secundū. Ly eundem actum. Scilicet à pœnitentia uiæ immediatè elicitum: non autem post consequenter se habentem. Actus immediatè elicitus tunc à pœnitentia est dolere de peccato; & hunc non habebit in pria beatus. Actus post consequenter ad pœnitētiam se his est agere gratias Deo pro misericordia relaxante peccata: & hunc habebit beatus. Primus ergo ille actus est uiatoris solius; secundus est uiatori communis. & comprehensori. Nam & uiator (nisi sit omnino ingratus) gratias agit Deo pro misericordia sibi relaxante peccata; licet minore admodum cum feruore, quàm comprehensor. Nec huic ueritati officit in textu ly sed alium: quoniam iste actus, scilicet agere gratias &c. est alius, & non alius. Non est alius, quia (ut dictum est) conuenit ei uiatori: est alius, quia

Concil. de quot, quātisq; pēctorum remissionib. tenemur Deo.

Concilii de eodē, supra.

concubitus eius desiderium habeat, non subsequatur effectus: A manifestum est, hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum. Hæc ibi. Ex his patet, quòd à Deo miserante est, & quòd quis non peccet, & non magis peccet. Intellige ergo textum sic; q. beati gratias Deo agunt pro misericordia peccata sibi ipsis relaxante uno duorum modorum, uel utroque.

1m de minori.

Pnia &c. Sedm actum ptis uitæ cōsideratas nō, secundum actum patriæ. ¶ Tunc &c. Nā cōclusio cum affirmatiua hæc, s. pnia est in beatis, dixit & negatiuam, s. non secundum eundem actum.

2m de maiori.

Cōformes &c. in multimodō, in omnibus. ¶ Tunc &c. Nam pnia est unum, in quo non conformantur sancti Christo, & hoc pp maximam excellentiam puritatis eius, de qua in textu.

Examen ly non potuit peccare, & iō &c. usque in finē. Ex non posse Christ peccare inferuntur duo: primum, q. pnia nec ē in potentia est in eo, sedm, q. non est similе in hoc de Chto & de al. Ergo (infertur) in oibus aliis est pnia in potentia saltem (nisi supra declarato) respū pēti præterim. Ergo non potuisse peccare Christ fuit aliud, à nō posse peccare B. Virginis; de qua 3. Th dicit, q. fuit adhuc uiuens confirmata in gratia 1. par. q. 100. ar. 2. & 3. & ne. Nā ex non posse B. Virginem peccare, nec ēt uenialiter, non licet inferre, q. pnia nunc non sit in ea (secundum hunc actum; q. est gratias agere Deo pro misericordia relaxante de possibili peccata: cum in ea non potuisse Christ peccare, inferatur, q. pnia nullo mō est in eo, & q. sit in alijs beatis. Constitit aūt hæc alteras in hoc, q. non posse peccare competit Christo ex natura Chti, cum natura eius sit esse Deum & hominem personaliter unum (qd utique secundum se impeccabilitatem omnimodam dicit) nō posse uerō peccare competit B. Virgini ex priuilegio tm, cū natura humanæ puræ sit (ut patet) de se esse peccabilem. Illud nō posse peccare Christi, in tali Chto proprium (sedm q. ex premissa textus illatione hic,) significauit concilium Epheninum primum, dum in c. 10. artic. 2. dicit, Pontificem nostrum Christum p se & obtulisse semetipsum oblationem, & non patius p nobis solis (non. n. egut oblatione, qui pēti nino nec uitæ) anathema sit hæreticis. Vbi Cyrillus, in eo synodo canon. 2. approbatus, pro declaratione inquit, Pontificem cōfessionis nr̄æ, p ipsa se nec ipsum Deo & ph obtulisse, alioquin recta ēt & incorrupta fide alienum. Pēnā non fecit. Qui uero superior est omni delicto, & prorsus expers peccati, oblatione pro se nulla opus habuit. Hæc ille. Cum itaq; Chto obtulerit se ipsū non ut p his, qui tā de facto peccauerūt, aut peccaturi erāt, sed ēt p his, qui peccare potuīt, licet nunq; de facto per ipsius gratiam peccaturi essent; & nō obtulerit p semetipso patet, q. obtulit q. illū anathema ultimum denotare uoluit, q. Chto soli (ratione naturæ peccare nō potuit) & hoc esse de hac tenendum, loco supra citato (ut ex uerbis eius patet) Cyrillus commotus. Vide ergo quām circuita ut concilius & patribus textus D. Th. in hac tē intelligatur. 3. Cintell gas ola dicta de Christo, ut in 3 3 & 1. Cor. 5. & 1. Petri. 2. & 1o 8. ponenda. [illegible]

3m de maiori.

[illegible] actum. ¶ Aliquē non, quemcunq; tissimus pro [illegible] frustra est &c. amplioris notitia: unde ar. 1. hoc 3. post [illegible]

4m de consequentia.

Et pnia. ¶. sedm habitum, & actum aliam non, sedm habitum & eundem actum simul. q. alium & eundem, respū actus in uia præsens ex statu. Tunc &c. Immō est pro conclusione, tanquam eius probatio, ut patet. Vide examen 1m & 2m.

¶ *Cardinalium.* Ergo aliud est de communione loq. aliud de pnia uirtute iuxta sentium nīi unus, & euidentius. Nam contrino non in patria nec esse, nec posse esse, cōclusum est 3. 4. ar 3. pnam

aūt ibi non tm posse esse, sed ueraciter (sedm tm actum patriæ conuenientem) esse in præsenti articulo conceditur.

5m ex uitis patrum.

Pœnitebit. ¶ Impropriē nō alter. ¶ Impropriē, s. inquantū uoluntas antecedens uocatur pnia. Tunc &c. Non. n. ex hoc, q. uoluntate antecedēte solū uolet beatus, se plura bona fecisse, sequitur q. aliq; dolor, & consequenter pnia secūdū actū ifti uitæ conformē, sit in eo. Vide, pro intelligendo textu de uoluntate antecedente, & consequente, 1. par. q. 19. ar. 6.

APPENDIX.

Ex articulo habes. 1

¶ Primo quòd p rōnē Vill. p 5. ondas; merito à fem- Eccl. &c. purus, infinitatē fuisse, q. in beatis pītr est pnia. Iuuinatē est ex hoc Apoc. 21. ubi de pnia loquens ait. Non intrabit in ea aliquid eo inquinatū, aut abhominationē faciēs. Itē ps. 117. Hæc porta dñi iusti intrabūt in ea &c 100. Non habitabit in medio domus meæ, q. facit superbiam, q. loquitur iniqua nō direxit in cōspectu oculorum meorum: & 94. ad peccatores etiā solum corde loquens Dñs, postquām præmiserat, ly errāt corde & isti nō cognouerūt uias meas, iurabā in ira mea, si introibūt in requiē meā. Hoc est. Nō intro bunuel & in idē redu si introibūt, tale q. mali accidat, aut si introibūt, mihi amplius nō credat, aut aliqd huiūc. Solēt. n. q. maxima determinatione apud se definitū cē aliqd nolūt esse contra alī quos, quib. maximē iratī sunt, iurare sic truncatē, quasi præ ira magnitud. ne ipsum totaliter exprimere nō ualētes: & nunc hoc mō iurādo, statim refragabiliter, & admirabiliter declaraut esse illud, qd sic semp renūciāt. Hāc modō iurandi humanā ibi in Psal. repræsentat Deus: ut facilius hotes, ex suo ipsorum solito mō iurādi, intelligāt, q. uelit dicere p tales cōminationē. Cum ergo loquat sic Deus ibi ad peccatores, & dicat illos, dū remanerent in tali statu, nō intraturos in requm suam; patet multō magis, q. nullus peccator existens manet in requiē istius q. nullum pēnā est in beatis. Hinc ē q. cū ingratitudo sit pēna, & scripturæ p nullā à beatis pēnā nē excludāt ingratitudinē nem ēt p hoc coexcludere intēdant & p cōsequens, q. in ipsis ponā sedm actū statūs beatorū cōmensē ponant. Nā pnia illa est gratitudo q. ta beatorū erga Deū de hoc, q. ēt ipā liter obligati sunt & p consequens non pnia talis esset ingratitudo beatorum erga Deum. Nisi ergo pnia, mō hic declarato, ēt in beatis, tunc ingratitudo, & ex consequenti pēna esset in illis qd autes fidelium audire non sustinent. Toi igitur & cæpturę, & concilia, & summi Pontifices, pnam prædictā in beatis ēt discunq; ab eis omne uel minimum peccatum excludunt. Ingratitudo enim peccatum est. 1. 2. q. 107. ar. 3. ubi repugnat uitio gratitudinis, de qua nobis dr Coloss. 1. & gratiēs estote. Quis mō negat ingratum esse illum, qui à magno liberatus periculo liberatori suo debitas non reddit gratiarū actiones? ergo ingratus in patria existentes (qd absit est, & cogitare,) si Deo gratias non ageret pro misericordia, qua his ipsis relaxauit peccata, uel in quæ de facto ceciderant, uel in quæ cadere his per commissionem, siue per omissionem, quamcunque cadere potuerant. Vide supra exam. 1. post prob.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem dicta scripturarū præmissarum aut similium, pro quanto pœnitentiam infinitā reperiri in patriæ beatis, & intelligas, & probes, & defendas.

¶ Tertio uides quomodo ex his, omnibusque, doctrina hæc angelica uicissim confolidetur, & declaretur.

QVÆST. XVI. ARTIC. III.

CONCLVSIO. 1o. In damnatis pœnitentiæ passio, uel actus, manet.

¶ NOT. Pœnitentiæ passio, ut passio est tantum in concupiscibili, & per consequens est in damnatis post resumptionem corporum

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporum tantum: pœnitentiæ uerò actus est motus uoluntatis detestantis eius, quod fecit, & per consequens est in damnatis, etiam ante resumptionem corporum. Vtrgitur damnatorum statum utrumque comprehenderet conclusio, dixit ly passi, uel actuati sunt, secundum quod facere in textu, ly passio hic simile. Ante resurrectionem ergo pœnitentia, secundum quod est actus uoluntatis, est in damnatis: non autem, secundum quod est passio post resurrectionem uero pœnitentia, secundum utrumque modum, erit in ipsis. Ergo ex resurrectio, etiam quantu ad hoc, erit damnatis in maius tormentum, & insensu quoque ista intelligitur, quod exigitabit in opprobrium, Dan. 12. & quod procedent in resurrectionem iudicij. Ioan. 6.

PROB. 1 Quando lor, seu detestatio, malicommissi competit alicui, secundum quod habet ordinem naturalem ad bonum (ut patet ex terminis) & talis ordinatio nõ tollitur totaliter in damnatis: Quia authoritas scripturæ Sapiẽ. 5. hoc dicit.

¶ NOT. Ad declarationem illius dicti, q̃ uidelicet talis ordinatio non tollitur totaliter in damnatis, sciendum est: quod bonum naturæ nunquam potest totaliter auferri a quocunque peccanti, 1. 2. q. 85. ar. 1. Nam bonum naturæ, quod per peccatum diminuitur, est naturalis inclinatio ad uirtutẽ, quæ inclinatio conuenit homini, secundum quod rationalis est. ideo enim habet homo, quod secundum rationem operetur (quod est secundum uirtutẽ operatiuũ) quia rationalis est. Non potest autem per peccatum ab homine totaliter auferri, quod sit rationalis: quia tam homo non esset capax peccati, & sic peccatum, destruendo subiectum suum, destrueret seipsum.

¶ CONCL. 2ª. Pœna, ut est actus uoluntatis detestantis peccatũ commissi nullo modo beatis Angelis esse potest: sed in malis angelis est.

¶ PROB. 1 Quia in beatis Angelis nulla peccata commissa præcesserunt. 2 Quia in angelis malis fuit casus in peccatum. & de his a quæ de animabus damnatis, quo ad hoc, est eadem ratio.

¶ Cardillus hic. Vide ergo in prima conclusione rationem, quare pœnitentia actus ex damnatis animabus.

¶ NOT. In textu ante hanc secundam conclusionem, quia p

tione negatiua conclusionis de Angelis bonis, de pœnitentia loquendo dicitur ly cum non sit habitus. Tanquam si diceretur: Pœnitentia, si esset habitus, posset in beatis Angelis aliquo modo esse. & ratio sic est. Nam pœnitentia, secundum quod habitus est (ut in artic. 1. declaratur est in Angelis beatis: quoniam & ipsi gratias agunt Deo pro miserecordia sibi pulsis relaxã te peccata, non quæ commiserunt (sic missum est eadem ꝛõ de Angelis, & de animabus Sanctis: ut in ad 4ũm. Sed, quę committere potuerunt. Vide arti. 2. in exam. 3. post prob. & sic ad Angelos modo suo, etiam Augustini dictum illud, Non est peccatum, qđ faciat homo &c. applica. Tenẽtur ergo multum Angeli reddere gratias Deo de hoc, q̃ non peccauerunt, maxime considerando q̃ peccatum suum fuisset irremissibile: & propterea in eis est, & semper erit pœnitentia illa, quę habitus est (modo in artic. 1. declarato.) quod quasi tacitè & raptim annotare uoluit Sanctus Doctor ad propositum negatiuæ conclusionis beatorum Angelorum dicendo ly cum non sit habitus.

¶ CONCL. 1ª. Angeli sive boni, sive mali, subiectum pœnitentiæ uirtutis esse non possunt.

¶ NOT. Ex dictis colligi, quod pœnitentia dicitur quandoq; passio (sic esse tantum potest in corpore uestitis,) quandoque actus uoluntatis detestantis commissi (sicesse põt etiam in corpore denudatis,) quandoque habitus uirtutis importans solum gratiam actionem p̃ misericordia pũlis relaxãte (sic est in utrisque, sed bonis,) cum habitus uirtutis hũs p̃ materia pũlis remissibile (sic eẽ põtuit in hoĩb⁹ viatoribꝰ.) Primo nõ accepta confideratior parum in prima conclusione: secũdo in secunda, tertio in art. 2. quarto in hac tertia.

¶ PROB. Quia pro pria materia pulsæ uirtutis non põt competere angelis quibuscũque (cum ea sit peccatum remissibile illorum q̃ue peccatum datum sit irremissibile) & quibus non competit materia pœnitentiæ, non potest ea conuenire habitus (cum non sufficiẽs potentia exeundi in actum.)

1ᵐ de conclusione. Pœnitentia, &c. aliqui pœnitentia motus non est, i. pœnitentia uirtutis. Tunc &c. ut patet ex secunda, & tertia conclusionibus. Ni

ex secta hi, q̃ in dæmonibꝰ est quã pulsæ motus: ex tertia uerò, q̃ A in eis non põt eẽ pulsa uirt. 2. Secundat ergo argumentum sic glosat secundum Bonum, tanq̃ phaco etiã abiũ, q̃ iudicio terræ. Pœn tudine &c. i. motu culusdã pœnitudinis non, i. motu pulsæ uirtutis. § Tũc &c. Dicit ad primum.

¶ NOT. Pœnitudo, de qua ibi philosophꝰ est quidam pudor, seu quædam mentis confusio, sequens ad pœnã commissum in ipso peccante, & q̃ peccans ipse nobis propter hoc, desistere à peccando, aut placare Deum de offensa commissa. Crediderim ego illũ philosophum, qui ab Hugone recitatur, de huiusmodi pœnitudine locutum fuisse: quando meretrix cuidam se ad malum provocanti respondit, non tanti emo pœnitere. Consule prædictum Hugonem, qui fuit de Sancto Charo & primus Cardinalis ordinis prædicatorum, super psalmum 37. versic. quoniam iumbi mei impleti sunt illusionibus. Videtur etiam pœnitudo ista philosophica quasi coincidere cum illa pœna, de qua Augustinus in lib. confess. Iubsili Domine, & sic eli, quod omnis inordinatus animus sibipsi pœna sit: & de qua Ecclesiastes 1. una peccantium complanata lapidibus 2 & de qua impij, Sap. 5. ambulauimus uias difficiles. Vnde uidetur esse illa detestatio mali commissi (de qua probatio primæ conclusionis) secundum quod dicit ordinem naturalem ad bonum: non secundum quod est cum proposito emendationis, ex intentione diuinis iniuitus. Constat ergo quod pœnitudo illa, seu motus illius pœnitudinis, non est motus pœnitentiæ uirtutis. Nam actus pœnitentiæ uirtutis (ut dicitur in corpore artic.) est detestari malũ commissum, cum emendationis proposito, ex intentione placãdi Deum de offensa commissa. Supra illam pœnitudinem igitur pœnitentia uirtus addit emendationis propositum (quod non est in damnatis,) ex intentione placandi Deũ de offensa cõmissa (quod non erat in gentilibus proponentibus emendationẽ i. cessationem, ab aliquo peccato: neque est in illa hæreticis, qui pœnitentiam dicunt esse tantum nouam uitam, i. cessationem a peccato, & absque peccato uiuere deinceps, non curando placare Deum per satisfactionem de offensa commissa.)

3ᵐ maior. Facilius mouetur aliquid in id, quod est secundum naturam, &c. si moueatur, uel moueine naturalis inclinationis, uel motione liberi arbitrij sequentis naturalem inclinationem nõ autem, si moueatur motione liberi arbitrij non sequentis inclinationem naturalem. § Tunc &c. Nam angelus, postquam peccauit, mouetur motione liberi arbitrij obstinati in peccato & per consequens contrauenientis inclinationi naturali. Ideo (ut in textu infertur) non oportet: quod, quamuis naturaliter inclinentur dæmones ad bonum, motus uirtutis pulsæ, uel alicuius alterius, in eis sit, uel esse possit.

¶ NOTATIO Hoc idem sentiendum est de animabus damnatis: quoniam de his, & dæmonibus eadem est ratio, quantũ ad propositum præsens.

4ᵐ Ex Damasc. Idem iudicium &c. Quantum ad statum præsentem: non, quantum ad statum præteritum. § Tunc &c. Nam pulsa statum præteritum respicit directe. Vnde, etiam quod in animabus sanctis in patria (iuxta quorundam opinionem, ut arguitur) posset esse pulsa, nõ propter hoc sequeretur, quod in angelis posset esse.

¶ NOT. Quicquid sit de illa quorundam opinione (si aliud per hoc intendant præter id, quod in ar. 2. dictum est) disputent qui uoluerint. Ly non est eadem ratio. Scilicet totaliter, nõ partialiter. Nam est ratio de sanctis Angelis, & animabus, eadẽ partialiter (ut ar. 2. exam. 3. post prob. & in hoc ar. not. post 2. conclus.) non est autem eadem totaliter (ut ibi, locis citatis:) ideo conclusio ar. 1. Angelis ipsis non conuenit; sed neque conclusio ar. 2. secundum omnem modum, quo conuenit animabus sanctis. Nam in conclusione artic. 2. ly peccata, tenetur pro peccatis remissibilibus, siue commissa fuerint, siue non; quando conclusio illa artic. 2. uerificatur de animabus sanctis tm̃od, quando uerificatur de Angelis sanctis, tenetur pro peccatis tantum irremissibilibus, quæ committere potuerunt.

APPENDIX.

3 ¶ Præterea. Nullus arcetur b perceptione Eucharistiæ pro peccato veniali, sed ille, q participat excommunicato in casibus non concessis, arcetur à perceptione Eucharistiæ, quia incurrit minorem excommunicationem: ergo participans excommunicato in casibus non concessis, peccat mortaliter.

¶ Præterea. Nullus debet excommunicari maiori excõmunicatione, nisi pro peccato mortali, c sed aliquis secũdũ iura põt excõmunicari maiori ex cõmunicatione, propter hoc q excommunicato h participat, ergo excommunicato participare, est peccatum mortale.

Sed contra, A peccato mortali nullus potest absoluere: nisi super eũ habeat iurisdictionem, sed põt absoluere à participatione cum excommunicatis quilibet sacerdos, ergo non est peccatum mortale.

Præterea. Pro mensura peccati debet esse pœnitentiæ modus: sed pro participatione cũ excõicatis secũm cõem cõsuetudinem non imponitur pœna debita mortali peccato, sed magis debita veniali: ergo non est peccatum mortale.

Respondeo, Dicendum, q quidã dicũt, q quãdocũq; aliqs participat excõicato, vel verbo, vel quocũq; dictorũ modo rũ, secũm quos ei cõicare nõ licet, peccat mortaliter, nisi casibus* exceptis à iure; sed qa hoc videtur valde graue, q homo pro vno verbo leui, quo excommunicatum alloquitur, mortaliter peccet, & multis excõmunicantes laqueum damnationis inijcerent, quod in eos retorqueret, ideo aliis m probabilius videt, q nõ semper peccat mortaliter, sed solum quãdo in crimine sibi participat, vel in diuinis, vel in cõtemptũ Ecclesiæ.*

Ad primvm ergo dicendũ, q Decre.* Illa loquitur de participatione in diuinis.c Vel dicẽdum est, q similis ratio est de peccato mortali, & de veniali quantũ ad hoc, quòd sicut peccatum mortale nõ potest bene fieri, ita nec veniale. & ió sicut hõ debet prius sustinere mortẽ quam peccet mortaliter, ita ẽt quã peccet venialiter illo mõ debiti, quo dẽt venialia vitare.

Ad secvndvm dicẽdum, q præceptũ ecclesiæ directe respicit spiritualia, & ex cõsequẽti legitimos actus: & ideo q cõmunicat eis in diuinis, facit contra præceptum, & mortaliter peccat: qui autem participat eis in aliis, facit præter præceptũ, & mortaliter non peccat.

Ad tertivm dicendũ, q aliquis etiam sine aliqua culpa quandoque ab Eucaristia arcẽtur, sicut patet in suspensis, vel interdictis, quia tales pœnę quandoque alicui pro culpa alterius quæ in eis punitur, inferuntur.

Ad qvartvm dicẽdũ, q quãuis participare* excõicato sit peccatum veniale, tñ participare pertinaciter est peccatũ mortale, & per hoc potest aliquis excõmunicari secundum iura.

Appendix.

Vtilitas pro S. Ecclesia contra eiusdam. &c.

Ex articulo habes primò quomodo per rationem reijcias errorem Ioannis Vuiclef, & Lutheri (vt refertur q. 11. ar. 1. appen.) dicentium, excommunicationem non esse timendã. Item Lutheri eiusdem addentis esse procurandam, & non primare hominem communibus spiritualibus ecclesiæ orationibus. In tantum enim timenda est & per articulum hunc, vt nisi participãti cum excommunicato propter damnum sibi inde sequens vel de timenda sit. Vnde & spiritualibus ecclesiæ orationibus communibus non tantum priuat excommunicatum, sed etiam participantem cum eo: vt potè eum, qui ex tali participio excommunicationem saltem minorem incurrat. Secundò habes quomodo per rationem offendas errores illos (pro quanto participantem cum excommunicato ab omni damno excommunicationis immunem faciunt) damnari meritò à Papa Innocentio 3. A nobis ex parte tua fuit quæsitum, vtrum is, qui excommunicato in locutione, vel oratione scienter cõmunicat, excommunicatum ipsum à sua possit accusatione repellere, &c. Respondemus: q ipse ab accusatione illius poterit removeri, cum primus à communione fidelium sit exclusus, secundus verò tantum à sacramentorum participatione sit remotus. Hæc ille de exceptionibus. Nota ly primus, & ly secundus. Primus nille excommunicatus erat maiore, & volebat secundum accusare: & secundus erat ex locutione, vel oratione habita cum primo excommunicatus minore, & contendebat repellere primũ à sui accusatione. Item ab eod. Innoc. Nuper à nobis &c. In 2. quæstione eredimus diffinguendum an is, qui nominatim excommunicato communicat, scienter in crimine communicet criminoso ei consilium impendendo auxilium, vel fauorem: aut aliàs in oratione, vel osculo, aut orando secum, aut etiam comedendo. In primo quidem articulo, cum talis communicet crimini, & participet criminoso, ac per hoc videatur ratione damnari criminis delinquere in eum qui damnauit; ab eo, vel eius superiore merito delicti tunc erit absolutio requirenda, cũ facientem & consentientem pari pœna cõstringat &c. In 2. verò casu à suo Episcopo, vel à proprio sacerdote, poterit absolutionis beneficij obtinere. Quamuis enim & tunc non iudicis, sed iuris sententia excõicato communicãs sit ligatus, quia tamẽ cõditor canonis absolutionem eius sibi specialiter non retinuit, eo ipso videtur concessisse facultatẽ aliis relaxandi. Hęc ille: de senten. excom. Vide quàm differẽtiam facit inter excommunicatum ob participationẽ in crimine criminoso, i. propter qđ lata fuerat excõicatio & inter excõicatum ob participationẽ in aliis. Faciunt illa papę Innoc. etiam ad q. 24. ar. 2. si bene applicentur. Ité à Greg. ix. scribente Astoricensi episcopo. Si cõcubinæ pubbicè clericorũ ecclesiasticæ censuræ districtione notentur; eosdem concubinatos non est dubium maiorũ excommunicationis sententia inuolui, qui post latam sententiam communicant in eodem crimine criminoso. Hæc ille de senten. excom. Item ab Innocen. 4. in Concil. Lugdunensi. Statuimus: vt nullus iudicum participantes cum excommunicatis ab eo in locutione, & aliis, quibus ligatus participans excommunicatione minori &c. saluis constitutionibus legitimè promulgatis contra illos, qui in crimine præsumunt participare damnato. Hæc ille: de senten. excom. in 6. Item à Concil. Antiocheno cap. 2. Non liceat cõmunicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, & eum eis orare, qui ecclesiæ non participant in orationi: nec in alteram ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quòd si quis Episcoporum, vel presbiterorum, vel diaconorum, vel ẽt qui in canone detinentur, excommunicatio communicare deprehensus fuerit & hanc oportet communione priuari, tanquã ecclesiæ regulas confundentem. Hęc ibi. Item à synodo 4ª. Cõstantinopolitana confess. 7. Placuit vniuersæ concilio: vt qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, siue Episcopus siue quilibet clericus, & tempore excommunicationis suę anteambulantem communicare præsumpserit, ipse in se damnationis iudicium protulisse sententiam. Hæc ibi. Item à Concil. Antiochiorum can. 39. Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aut de populo excommunicatum, absque voluntate ipsius, qui eum excommunicauit, sciens receperit, aut cum illo panem manducauerit, vel colloquium habere decreuerit; similis sententia subiacebit. Hæc ibi. Item à &c. vt supra ar. 1. appen. Tertiò habes quomodo per rationem Patrum antedicta, q quanto participãs cum excommunicato infinuans esse excommunicatum, & intelligas & probes & defendas. Quarto vides quomodo ex iis vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & confoliderur.

Qvæst. XXIII. Art. II.

Concl. Probabilius videtur: quòd non semper participans cum excommunicato peccat mortaliter; sed solum quando in crimine sibi participat, vel in diuinis, vel in contemptum ecclesiæ.

¶ PROB. Quia aliàs videtur valde graue, quòd homo pro vno verbo leui, quo excommunicatum alloquitur, mortaliter peccet, & quia excommunicantes laqueum damnationis multis inijcerent, quod in eos retorqueretur (quod videtur absurdum:)

dum:) Quia (ly sed solum &c.) vt clarum supponitur.

¶ NOT. Radix, huius probabilitatis maioris in conclusione distæ, est: quod iugum domini est leue, id est (in proposito fisiendo) non tam stricte inter prætandum, vt impossibile fersimè videatur. Item radix alia eiusdem (licet demum in idem reẽtat) est: quòd mãdata Dei grauia non sunt. 1. Ioan. 5. & consequenter mandata ecclesiæ sanctæ imitatricis eius grauia nõ sunt. Quod si ecclesiæ mandata grauia non sunt: multo minus grauia valde nõ erunt. Cum ergo opinio contraria, scilicet alloqui verbo leui excommunicatũ peccatum mortale esse, sit valde grauis (vt prob. dicit, & experientia:) tenendum est: quòd huiusmodi peccatum mortale non est, nisi aliud addatur (vt in textu.) Additur: quòd philosophus habet p inconuenienti positionem illam, ex qua sequitur inconueniẽs. Cum itaque probatio moneat quòd ad positionem contrariã conclusioni sequeretur inconueniens, & quidem duplex; sentẽdum iuxta rationem etiam philosophicam videtur, quòd positio contraria conclusioni minus conueniens est.

1 m ex Decretali. Communicare ℟. in diuinis: non, quomodocunque. §. Tunc nihil &c. vt patet in conclusione.

Item de minori. Mortali. ℟. inquantum dicit non posse bene fieri, non inquantum dicit mortem animæ spiritualem. §. Tunc &c. Nam quando decret. illa dicit: subeundum esse mortẽ potius q cõicare excõicato, intendit q huiusmodi cõmunicare non potest bene fieri, & cõsequenter q est peccatum veniale saltem. Non ergo sequitur ex illius dicto, q huiusmodi cõicare sit peccatum mortale, nisi in hoc sensu: in qua. s. mortale importat id quod non potest bene fieri; id quod erit cõtentũ peccato veniali (vt habes in textu.)

¶ *Corollarium.* Ergo, scilm decretalem illã, magis subeunda est mors corporalis, quàm peccandum venialiter: quod intelligẽdum est modo debito, quo tenemur cauere à venialibus. Non valet ergo consequentia illa: ponus subeunda est mors, quàm communicare excommunicationi: ergo communicare excommunicato semper est peccatum mortale. Sed infertur sic. Ergo communicare excommunicato semper est mortale, aut veniale. Tunc autem dicetur: quòd secum concludit: secundum tamen consequentiam illam Diui Thomæ illud verum applicandum esset de iudicando veniali, aut mortali.

2 m de maiori. Facere contra. ℟. sed non facere præcepti. §. Tunc &c. Nam ecclesia in suis præceptis est discreta: & consequenter in præcipiendo non omnia intendit in locutionibus, & similibus, non ita stricte intendit

A dicti ligato filios suos contrafacientes, sicuti contrafaciẽtes præcepto suo de non communicando in diuinis. Ob hoc dicitur in sexto, q primus facit præter ecclesiæ præceptum, secundus aũt [illegible] contrauentus facit contra.

¶ NOT. Iuxta subiectam materiam, docuit Christus, æstimandam esse grauitatem peccati, dum ait: Qui fratri suo, reus erit iudicio: qui dixerit racha, concilio, qui fatue, gehenna ignis. Conuenienter igitur, non dandam esse eandem sententiã peccati de participante in diuinis, & extra determinat hæc tetra responsio.

3 m maior. Nullus arcetur a perceptione Eucharistiæ pro peccato veniali. ℟. negatur ista. § filo quamur de peccato proprio illius, qui arcetur. Tunc nihil &c. Nam huiusmodi participantes extra diuina arcentur ab Eucharistia pro peccato veniali, proprio quidẽ sed ad puniendũ culpam mortalem simul excõmunicati illius cum quo participauerunt.

¶ *Corollarium.* Relinquitur ergo breuibus: q qui ab Eucharistia arcetur, pro veniali trahente secum quodãmodo mortale arcetur. Ex hoc enim, quòd mortale alterius cum quo iste communicat, punitur de post, sequitur q iste venialiter peccans in cõmunicando cum illo sacramenti perceptione priuetur. Et hoc est, quod supra ar. 1. concl. 1. dictum fuit, excõmunicatus minori excommunicatione à sacramentorum perceptione separatur. Vnico igitur flagello, scilicet primitus ne hac, pun unt duo inæquales peccato- res. i & excommunicatus minore, & excommunicatus maiore (vt in textu colligitur.) Ad ruborem enim graniorem excommunicati maioris hanc iste excommunicatus minor (quamuis & propriam huius delictum concurrat) ab Eucharistia percipiẽda, aliisque sacramentis arceatur. Rece contra Vuiclef, & Lutherum supra ar. 1. & 2. adductos) quòd excõmunicatio maior adeo timenda est: vt non tantũ in se se, sed & in aliis sibi parties panibus, pariatur tale excommunicatus.

4 m de minori. Participat ℟. pertinaciter non absolute. § Tunc &c. Nam conclusio, pro illa parte, quæ partic. panem à mortali dicit esse liberum, intelligitur absolute. i. nullo adduo factum aggrauante: non autem si addatur tale quid; puta pertinacia, seu cõtemptus (vt 3ª pars si addatur tale quid; puta pertinacia, seu cõtemptus (vt 3ª pars

*Loci citati 1 ar. 4. & lib. 1. Decr. tit. 39. c. 30.

Appendix.

Ex articulo habes primò quo per rationem detur hes errores Valdensũ, & post Ioannis Vuiclef, demum Lutheri (vt ait

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vsitata q̃ S Eccleſia ebrus ex. Vald. &c. damn.

Rœrendus Dominicus Soto de iuſti. & iur.lib.1. q.7.ar.3.) dicentium, quòd neque in Pontifice maximo, neque in tota eccleſia vlla eſt poteſtas condendi leges morum. Item quorundam dicentium, q̃ leges eccleſiaſticæ non ligant in foro conſcientiæ. Ex primo dicto, crediderim ego, q̃ Vuiclef parturiuit iſtum aliũ

QVAEST. XXIIII.

De abſolutione ab excõicatione, in tres articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdũ eſt de abſolutione ab excõicatione. Circa quòd tria quæruntur.

Primo, Vtrum quilibet ſacerdos poſſit ſubditum ſuum ab excummunicatione abſoluere.

Secundo vtrum aliquis poſſit inuitus ab excommunicatione abſolui.

Tertio, Vtrumaliquis poſſit abſolui ab vna excommunicatione, & non ab alia.

ARTICVLVS I.

Vtrum quilibet ſacerdos poſſit ſubditum ſuum ab excommunicatione abſoluere.

AD PRIMVM ſic procedi-tur. Videtur quòd quilibet ſacerdos ſubditum ſuum poſſit ab excõmunicatione abſoluere: maius enim eſt vinculum peccati, quàm excommunicationis, ſed quilibet ſacerdos pót ſuum ſubditũ à peccato abſolere. Ergo multo fortius ab excommunicatione.

¶2 Præterea. Remota cauſa, remouetur effectus: ſed excommunicationis cauſa eſt peccatum mortale: ergo cum poſſit h quilibet ſacerdos à peccato illo mortali abſoluere, poterit ab excommunicatione ſimiliter.

SED CONTRA, Eiuſdem poteſtatis eſt excommunicare, & excõmunicatum abſoluere: ſed ſacerdotes inferiores non poſſunt ſuos ſubditos excommunicare, ergonec abſoluere.

RESPONDEO, Dicendum, q̃ à minori excommunicatione quilibet poteſt abſoluere, qui poteſt a peccato participationis abſoluere. Si autem eſt maior, aut eſt lata a iudice, & ſic ille, qui tulit, vel eius ſuperior poteſt abſoluere, vel eſt lata a iure, & tunc Epſ, vel ẽt ſacerdos poteſt abſoluere, exceptis ſex caſibus, quos ſibi iuris cõditor Papa reſeruauit. Primus eſt, quando aliquis iniecit manus in clericum, uel religioſum. Secundus eſt de illo, qui incẽdit Eccleſiam, & eſt denunciatus. Tertius eſt de illo, qui trãgit Eccleſiam, & denuntiatus eſt. Quartus eſt de illo, qui in diuinis communicat ſciẽter excõmunicatis nominaliter a Papa. Quintus de illo, qui falſificat literas ſedis Apoſtolicæ. Sextus de illo, qui excommunicatis in crimine communicat: Nõ enim debet abſolui, niſi ab eo, qui

Videl.lib. 1.Dec.D. Greg. tit. 19.

Tho.in 4. d.18.q.2. art.3.q.1. & ſeq.

Concl.m.

Concl.p.

Concl. ſ

Ibid. ca. 23.

Ibid.c.5

Ibid. ca. 23. q. 8.c.51. & 52. & Dec. loco ci tato c.22.

Toti eccleſiaſtici ſacerdo-tes ſubduntur à Petro, & ſede eius.

Papa eſt ſuper concilia eiũ generalia.

De authoritate Papæ uide p totum.

Canones

Epiſtolæ.

1 2 3 4

5

¶NOT. Per cũ qui poteſt à peccato participationis abſoluere. Aliter intelligẽ ſacerdotem habentem iuriſdictionem eccleſiaſticam, ſiue ordinariam, ſiue extraordinariam. i. ex commiſſione habitam. Nam, q̃ à peccato participationis aliquis poſſit abſoluere, requirit iuriſdictionem eccleſiaſticam: cum ipſa minor excõmunicatio ſit vinculum eccleſiaſticum. Simpliciter ad Potes itaque tituli articuli ex textu ſic intellecto, dicere: q̃ quilibet ſacerdos abſoluere põt à tali excõmunicatione ſubditum ſuum: quoniã non eſſet ſubditus, niſi ſacerdos haberet iuriſdictionem uel ordinariam (vt aptius) vel extraordinariam (vt abſoluens ex mãdato uel ex priuilegio q.8.ar.1.) Sacerdos ergo, q̃ poteſt à peccato mortali abſoluere, poteſt & ab excommunicatione minore. Ex hoc tamen non inferas, q̃ excommunicatio minor ſit ſemper peccatũ mortale: ſed adquæſtionẽ 24.ar.3. de hoc te remittat.

¶PROB. Quia hoc, tanquam clarum, relinquitur.

CONCL. 1ª. Ab excommunicatione minore, ſi ſit lata a iudice, ille qui tulit tam, vel eius ſuperior, poteſt abſoluere.

¶NOT. Quare excõmunicatio dicatur lata vel à iudice, uel à iure, vide q. 11. ar. 3. exam. poſt cõcl. 3ãm.

¶PROB. Quia patet. (Nam alter abſoluens non haberet iuriſdictionem: & conſequenter non uere abſolueret).

¶CONCL. 2ª. Ab excõmunicatione maiore, ſi ſit lata à iure, & cõditor iuris ſibi eius abſolutionem non reſeruauerit, põt Epiſcopus, uel etiam ſacerdos abſoluere.

¶NOT. Quod reſeruatum ſuperiori facta cauſet, q̃ quilibet alio inferior non poſſit uere abſoluere, iam dictum eſt ſupra q.20.ar.1. uel 2. Vide etiam de hoc q.19.ar.3. & 1. &

¶Examen. Ly etiam ſacerdos. Scilicet alius à ſimplici Curatore habens ex q.11.ar.1.concl.2ª & 3ª. Ergo per ly ſacerdos intelligitur Prælatus alius ab Epiſcopo, habens iuriſdictionem in foro contentioſo: pro cuius intellectu meliori vide ibi exam. poſt concl. 4ãm. Poteſt etiam gloſari: q̃ ſacerdos parochialis poſſit abſoluere non ex authoritate propria, ſed ex commiſſione primum tamen eſt literæ conformius, & conſequenter magis tenendum.

¶PROB. Quia patet ex ſe: ex quo. n. conditor iuris ſibi abſolutionem nõ reſeruauit, conceſſiſſe videtur. q.11.ar.2 appen. quãdo allegat ſecũdo loco ſcilicet in c. Nuper Innocentius Tertius).

CONCL. 3ª. Ab excommunicatione maiore ſolus Papa in ſex caſibus abſoluit.

¶Examen. Ly ſex caſibus. Hi pet ordinem ponuntur in litera: q̃ uos ſibi uide.

¶PROB. Quia conditor iuris Papa ſibi hos reſeruauit.

CONCL. 4ª. In octo caſibus (hos habet litera) poteſt aliquis etiã Papam abſoluere in articulo mortis. Primus eſt in articulo mortis, in quo a qualibet excommunicatione poteſt quis a quolibet ſacerdote abſolui. Secundus, ſi ſit oſtiarius alicuius potentis, & non ex odio uel propoſito percuſſit. Tertius, ſi percutiens ſit mulier. Quartus, ſi ſit ſeruus, & dominus læderetur de eius abſentia, qui non eſt in culpa. Quintus, ſi regularis regularem, niſi ſit enormis exceſſus. Sextus ſi ſit pauper. Septimus, ſi ſit impubes, vel ſenex, vel ualetudinarius. Octauus, ſi habeat inimicitias capitales. Sunt etiam alij caſus, in quibus percutiẽs clericum excommunicationem non incurrit. Primo, ſi cauſa diſciplinæ vt magiſter, vel prælatus percuſſerit. Secundo, ſi iocoſa leuitate. Tertio, ſi inuenerit eum turpiter agentem cum vxore, vel matre, vel ſorore, uel filia. Quarto, ſi ſtatim vim vi repellat. Quinto, ſi ignoret eum eſſe clericum. Sexto, ſi inueniat eum in apoſtaſia poſt tertiam admonitionem. Septimo, ſi transfert ſe clericus ad actum penitus contrarium, vt ſi fiat miles, uel ad bigamiam tranſeat.

CONCL. 5ª. In octo caſibus (hos habet litera) poteſt aliquis etiã Papam abſoluere iniectionis manuum in clericũ, uel religioſum.

¶Examen. Ly religioſum. Scilicet & ex eccleſiaſtione Papæ (licet in corpore iuris non contineretur) gaudentis priuilegio huius canonis de iniectione manuũ. Hinc dicas, q̃ manus violentas iniciens in fratrem uel ſororẽ tertij habitus religionis fratrũ prædicatorum eſt excõicatus per canonẽ hunc: q̃ eſt dicendũ & de aliis huiuſmodi priuilegiatis aliarũ religionum.

¶Ly religioſum. Scilicet & nec uocite nec expreſſe profeſſum. Cõfirmatur ex decret. Bonifacij 8. de ſen. excom. in 6. Religioſos, &c. Quamuis autẽ, qui religionẽ ingreditur, religioſus cũ effectu cenſeri nõ poſſit, donec ſit recte uel expreſſe profeſſus: ſi quis tamen violẽtas manus in cũ iniecerit, excõ canonis late à canone inuolutum non euadit. Hæc ibi.

¶Ly religioſum. Scilicet cuiuſcunque religionis approbatæ. Cõfirmatur ex decr. Alexandri 3. de ſen. excõ. Nõ dubiũ eſt &c. Qui violentas manus in clericos, volcanonicos aut cuiuslibet religionis rõuerſos iniecit, ex conſtitutione cõcilij ſuam excõicationis incurrit. Hæc ibi. Intelligunt quoque nouitæ ante profeſſionem: ut ex decret. Bonifacij ſupra habetur.

¶Ly clericum. Scilicet, etiam per ſolam primam tonſuram. Confirmatur ex decret. ciuſdem: 3. de ætate & qualitat. cum cõſingat &c. Per primam tonſuram intra formam eccleſiæ datam clericalis ordo cenſetur. Hæc ibi. Qui ergo perſeuerant eos, imeldunt in excommunicationem: eum injicientes manus violẽtas in clericos abſque dubio incurrant excommunicat. omn. ſup. ex Alex. 3. No. dubium eſt.

¶Ly clericum. Scilicet, etiam cõiugatum: dummodo acceperit aliquam uirginem non corruptam, & ſemel tantum contraxerit, & veſtes clericales, tonſuramque deferat. Confirmatur ex decret. Bonifacij 8. de cleric. coniugatis, in 6. Clerici, q̃ cũ uxoribus, & virginib. cõtraxerunt, ſi tonſura & veſtes deferant clericales, primilegium retinent canonis ab Innoc. Papa Secundo prædeceſſore noſtro in fauorem totius ordinis clericalis. Hæc ibi. Hoc

Consultionis 3ª. pars.

Universidad de Deusto
Biblioteca

priuilegium ponitur.17.q.1.si quis suadente: Quod videbis in F
aspectu. Ergo clerici bigami, vel cum non virgine vnicum matrimonium cõtrahentes, vel alias conditiones a Bonifacio expressas non seruantes. priuilegio prætacto non gaudent: ut etiam expresse in canone eius subditur.

¶ Ly clericũ. Scilicet vel in modo tõsure, vel in forma habitus mentorũ, uel in quali tate negotiorũ, de cle ricatu aliquid ostẽdẽ tem. Ergo si nihil præ missorũ de clericali ordine ostendat (dũmodo ab habente epi scopale iurisditionem fuerit rer monitus, ut rescripsi) perdit priuilegium hoc; imo & oĩa priuilegia in fauo rem clericorũ emana ta. Confirmatur ex de cret. Innoc. 3. de sent. excom. cõtingit inter dum, & infra &c. Qui

Abutens priuilegio uel potestate sua.

dã nec in modo tõsurę, nec in habitus mentorũ forma, nec in qualitate negotiorum, de clericatu quicquã ostendunt &c. Quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate ac frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem; nolumus & mandamus ut tales, si terno à te commoniti seipsos cõtemperint emendare, illius fiant immunitatis extortes, quæ pro clericorum tutela, & laicorum violentia coherendã, digno scitur instituta. Hæc ibi.

¶ Ly clericum. Scilicet tonsuram uel habitũ clericalẽ deferẽtẽ, & enormitatib. (puta mouendo seditionẽ, guerrã: tirãnidẽ) nõ se immiscentem. Ergo contra facientes non requirit hic præsens monitum, perdunt priuilegium canonis. Cõfirmat ex decret Clementis, 3. de sent. excom. Cum non ab hoẽ &c. occisores clericorũ aut presbyterorum, qui contempto clericali habitu, tirãnidẽ & enormitatem se inuerecũde immiscent, in odiũ excessus clericalis & errori atq; correctionẽ similiũ, canone late sntæ minime cohercentur. Iniungatur ih eis pœnitentia competens aliquantulũ asperior, quam si in laicos talia commisissent. Hæc ibi.

¶ Ly clericum. Scilicet non exercentẽ artẽ ignominiosã (puta faciendo se ioculatorem goliardũ, aut buffonẽ, publice) maxime p annũ, & monitione trina accedente, si non p annũ. Cõfirmat ex Decret. Bonifacij. 8. de vit. & honest. cleric. in sexto. Clerici qui clericalis ordinis dignitatẽ non modicum detrahentes scioculatores seu goliardos faciunt, aut buffones, si per annum artẽ illam ignominiosam exercuerint, ipso iure, si aũt tpe breuiori, & tertio moniti nõ rescipuerint, careant ot priuilegio clericali. Hæc ibi. & intelligit q̃ sit publicum, i. q̃ publicẽ exercẽatur collegium extra de vit. & honest. cleric. Cum clerorem.

¶ Ly clericum. Non facientem officium tabernarij, uel macellarij in propria persona. Confirmatur, & declaratur ex Clemẽt. de vit. & honest. cleric. Diocesanis locorum districte præcipimus ut clericos carnificum, seu macellariorũ, aut tabernariorũ officiũ publicẽ & personaliter exercẽtes numinatim & tertio monẽãs vtilit ab huiusmodi officijs infra conuenientem terminũ monentiũ ipsorũ arbitrio moderandum desistant, & q̃ ipsa nullo tpe reassumãt. Qui si taliter monẽti ab his nõ destiterint, aut ipsa (vt præmissum est) exercendo refumpserint, ejicunq; cõiugati sint, non coniugati uero in reb. & (si opus ipsi dederint ut lateã) in personis priuilegio clericali, q̃libet præmissis institerint, eo ipso ãmat. Hæc ibi. Ergo tales clerici, si coniugati q̃nq; fuerint, ut supra in exam. per Bonifacũ, de clericis coniug.) perdũt omne priK
uilegium: si non, & habitum clericorum portent, perdunt priuilegium in rebus: si uerò non portant, sed ut laici incedunt, perdunt etiam priuilegium canonis.

¶ Ly clericum. Scilicet non depositum, seu degradatũ actualiter. Confirmatur, ex Decret. Bonifacij. 8. de pœnis in 6. Degradatio qualiter &c. Simili modo pronuncetur siue dicat. Authoritate Dei omnipotentis Patris, & filij, & spiritus sancti, ac nostra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus spoliamus, & exuimus te omni ordine beneficio & priuilegio clericali. Hæc ibi.

¶ Ly clericũ. Scilicet baptizatũ. Nam si baptizatus nõ esset, clericatus characterẽ nõ suscepisset: & q̃ ista extrinsecus requisita concurrissent. Baptismus. n. est tanua sacramentorum: & consequenter, ipso non habito, nihil cæterorum potest habere.

¶ Ly religiosum uel clericum. Scilicet uel aliũ, uel seipsũ. Non tantum. n. insidit in canonẽ inicientes manus violẽtas ille, qui percutit alium clericum, sed eam qui seipsum clericum percutit suadente Diabolo ut habet. 23. q. 4. si non licet.

¶ PROP. Quia patet.

¶ NOT. 1ª. Patet ing̃ conclusio ꝑcedens ex inspectione canonum de sent. excom. & extra & in 6. & in clementin. &c.

¶ NOT. 2ª. Absolutitamen in casu ab eo, qui alias de iure absoluere non poterat, nidẽ. ne denuo in eãdem incidant excõicationem: quoniã tales *Ad Heb 6. Nou cõfeſſor. tunc absoluuntur cũ hac cautione, q̃ parebunt mandato Papæ, vel illius iudicij, qui sententiam tulit, de qua cautione habet in textu ly nisi propter difficultatem accedendi &c. Circa qđ ne fiat errorneæ Bonifacius 8. Eos, qui à sententia canonis uel hominis (cum ad illum, à quo alias de iure fuerant absoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum) ab eo absoluuntur; si cessante postea periculo uel impedimento huiusmodi, se illi à quo his cessantibus absolui debebant, quam cito commodè potuerunt, cum emperint præstentare mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati fuerant, humiliter recepturi, & satisfacturi prout iustitia suadebit; decernimus ne sic censuræ illudant ecclesiasticæ) in eadem sententiam recidere ipso iure. Hæc ille de sent. excom. in 6. Hinc patere etiam potest declaratio dictorum multorum in præsenti articulo.

1m de maiori. ¶ Tunc &c. Nam iurisdictio in foro exteG
rioris requiritur in absoluendo ab excommunicatione: licet nõ requiratur in absoluendo à peccato.

¶ NOT. Circa materiã hãc videas. 22. ar. 1. ad 2. & ar. 2. ad 3m.

2m de conclusione. ¶ Cũ posit quilibet sacerdos à peccato mortali absoluere. &c. hoc, qđ supponitur est falsum. & Rõ est, q. nõ põt quis absolui à peccato p qđ sit excõicationem incurrit: nisi ab eo, qui ab excõicatione absoluere põt. Rursus, sacerdos nõ põt ab aliquo mortali absoluere excõicatũ, nisi fuerit prius ab excõicatione absolutus. Vide de hoc in textu, & q. 21 ar. 1. & alibi supra.

I

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primõ quo per Diuum Thomam excluduas errorum pestiferum Lutheri (ut refert Leo. X. dicentis, q. Rom. Pontifex Petri successor non est Christi vicarius, super omnes totius mundi ecclesias ab ipso Christo in Beato Petro in ſtitutus). Item cuiusdam Marsilij, & Ioannis de Ianduno (ut refert Cardinalis de Turre Cremata, de ecclesia lib. 4. c. 17.) dicentium, Papa Archiepiscopus, Episcopus, ac simplex sacerdos sunt omnes æqualis authoritatis, ac iurisdictionis ex institutione Christi: tutet quod unus plus habeat alio, ex concessione Imperatoris; & licut concessit ita reuocare potest. Item eiusdem Marsilij (vt idem Cardinalis refert de ecclesia lib. 2. c. 27.) dicentis, q. Papa non habet iurisdictionem coactiuam super fideles, nisi inquãtum concedit Imperator. Item Iacobi præpositi (Prat. Iacob. præpositi) dicentis Petrus Galileus solo iure humano factus est primus & supremus inter reliquos Apostolos: & idem censendum est de quolibet Petri successore. Ergo secundum illum) iure diuino Papa nõ est super alios ejus. (vt Ioannis Vuelphaii) Prateo. Ioannis Vuesb.) dicentium, q. Papa ist super oẽs, & unus Eps super alios non à Christo, sed humana electione constitutus est. Iuẽ Ioannis Vuiclef. (Prat. Io. Vuic.) dicentis, q. post urbanũ sexti nõ est aliqs recipiẽdus in Papã: sed dicendũ é more græcorũ leg. b. propriis (vt refert Iacob. Lap. ſtumica post fuũ itinerariũ (dicẽtis Monarchia Romanæ põtificis post Hieronymi seculũ ex orta &) q. xta te.) Hieronymi nõ erat solutũ, quẽq; arcere à cõione, qđ, nouo verbo, uocãt excõicare) nisi q. ad eã pertinuisset ecclesiã. & q. Romanus Põt. apud ueteres si appellabat qđ nõmus, sed Romanus. Exoib. his Erasmi uerbis satis pẽa (stat idẽ Iacob.) ipsum exsecrari Ro. Pontif. iunc non habuisse iur excõicandi, nisi diocesi Romanæ, homines. Item Pseudo Apostolorũ (Prateo. Pseudo Apostoli) dicentium, q. potestas, quam Christus Romano Põtifici & cæteris successoribus Petri concesserat, iam inanis reddita est, & A
quicunque successori Petri concesserat, iam inanis reddita est, & omnino periit ob Pontificũ Romanorum malitiam. Itẽ Marsilij (Prateo. Marsilius) dicentis, q. Papa post Christi ascensionem non manuit ipsius Vicarius generalis. Item Aerij, & Valdensiũ (vt refert Alfonsus Castrus ad hæresum.) dicentium, Episcopum non esse simplici sacerdote superiorem. Item Pseudoapostolorum (Prateo. Pseudoapostoli) dicentiũ: q. Papa aliquem absoluere non potest, nisi ea prædictus sit sanctitate, qua pollunt B. Petrus. Itẽ Lutheri blasphemia ja. retinalem (Prat. Lutherani Armeni) dicentis. Pontificum nomen mane prorsus esse: quia re ipsa nihil aliud est, quam regnum Diaboli, & potentia robusti venatoris Nemroth. Item eiusdem dicentis: Papam super alios Pontifices mera tirannide fuisse exaltatum. Contra hos omnes singulos, ac similes, dirigitur præsens articulus sanctæ Doctorius. Nam articulus præsupponit: Papam esse super Episcopos, hoc ipse super simplices sacerdotes: tan ideò absolutionem excommunicationis vis, pro diuersitate, tribuere: nil quod prædicti errores omnes directè, vel indirectè, destruere molliuntur. Secundò habes: quomodo per Diuum Thom. ostendat hos meritò damnari à Concil. Flor. sess. vlt. sic Definimus sanctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbẽ tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque ecclesiæ caput & omnium christianorum patrem, ac doctorem existere, & ipsi in B. Petro pascendi regendi, & gubernandi vniuersalẽ ecclesiã à Dño nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum Conciliorum & in sacris canonibus continetur. Renouantes insuper ordinem traditum in canonibus cæterorum venerab lium Patriarcharum: vt Patriarcha Constantinopolitanus sedendus iis post sanctissimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hierosolimitanus, salua videlicet priuilegiis omnibus & iuribus eorum. Hæc ibi in literis sanctæ vnionis Græcorum & Latinorum. Item à Pio 2. in Bulla retractationum omnium pro Eugenio 4. contra Synodum Basiliensem. Inter quæ tertius clarius Eugenius ex monasterio sancti Anastasij ad summum sacerdotium euocatus, ad quem D. Bernardus Monachorum Pater non minus doctrinæ fulgore, quam vitæ sanctimonia illustris, indagenius, inquit, adhuc diligentius quid sit, quam geras videlicet personam, prio tempore, in ecclesia Dei. Tu es sacerdos magnus, tu summus Pontifex, tu Princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorũ, tu primatus Abel, gubernatio Noe Patriarchatus Abrahã. Ordine Melchisedech, dignitate Aaron, Authoritate Moysis, iudicatu Samuel, Potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es cui ea dicatu Samuel, Potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es cui ea dicta sunt: Quæcunq; ligaueris super terrã, erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; solueris super terrã, erunt soluta & in cœlis. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt & alij quidem cœli ianitores & gregum pastores: sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius virtusque præ illis nomen hæreditasti. Habent illi singulis, singuli singulos, tibi vniuersi crediti: vni assignatos tibi greges, tibi vniuersi credita vni omnes. Nec modo ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Hæc Bernard us ad Eugenium 3. scribit, cui supremam & omnimodam in ecclesia potestatem concedit. Quod ille de tertio ecliator Eugenio, hoc nos de 4. & omnibus aliis Romanis Põtificibus protestamur: quia dignitatis est authoritas. Liquet igitur, vnum in ecclesia caput esse & vnum Principem. Hæc ibi. Nota ly dignitatis est authoritas. Non enim dicit, bonitatis, vel qualitatis, vitæ, aut scientiæ, est authoritas. Vide q. 17. ar. 1. appen. & bene nota. Item à Bonifacio 8. in extraurg. de maioritate & obed. Vnã sanctã ecclesiã catholicã & ipsam apostolicã, vrgẽte fide, credere cogimur & tenere &c. extra quã nec salus est nec remissio peccatorũ, &c. vna nempe fuit diluuio ipore Archa Noë vnã ecclesiam præfigurãs, vnum (Noe videlicet gubernatore hanc & rectore cuius quã omnia subsistentia super terrã legitimus fuisse deleta. Hanc aũt veneramur & vnicam, dicẽte domino in Profeta; erue a framea Deus animã meã, & de manu canis vnicam meam, Pro anima. n. id est pro seipso capue simul oranit & corpore, qđ corpus vnicam, (. ecclesiã, nominauit; pp sponsi, fidei, sacramẽtorũ & charismatis ecclesiæ vnitatẽ &c. Ig itur ecclesiæ, vnius & vnicę, vnũ corpus, vnũ caput, non duo capita quasi mõstrũ, Christus videlicet, & Christi Vicarius Petrus. Petrique successor dicente dño ipũ Petro, Pasce oues meas, Meas, inquit, & generaliter, nõ singulariter has vel illas: p qđ cõmittit hic intelligitur vniuersas. Siue ergo Græci, siue alij, fatẽtur necesse est, se de oui-

ARTICVLVS II.

Verum aliquis possit absolui inuitus.

AD SECVNDVM sic procedi- B
tur. Videtur quòd nullus possit absolui inuitus. Spiritualia enim non conferuntur inuito alicui: sed absolutio ab excommunicatione est beneficiũ spirituale, ergo non potest præstari in uito.

¶ 2 Præterea. Excõicationis nec iure humano inuentũ, nec regnũ diaboli (vt potuit inferna-les, cũ pse suo, mentiunt,) sed ipsum esse antiquitus D. Hieronimi iure diuino (vipote à Xpo) institutũ. ac ideò ipsius Christi regnũ nõ existẽs de hac mũdo, Ioã. 18. Itẽ à &c. vt sup. q. 20. ar. 1. & 3. appen. vbi damnat Vuiclef. & de primatu Petri tractat. Vide & de Romano ecclesia, q. 19. ar. 3. appen. Item ab Aacleto fide seu de Romano ecclesia, q. 19. ar. 3. appen. Item ab Aacleto Græco tertio Papa post Petrũ, epist. 3. & hr dist. 24. Sacrosancta Romana & Apostolica ecclesia nõ ab Apostolis, sed ab ipso dño a fo primatũ obtinuit & eminentiã potestatis super vniuersas ecclesias, ac totũ christiani populi gregẽ assecuta est: sicut ipse Petro Apostolo dixit, Tu es Petrus, &c. Hæc ibi. Ergo Monarchia ista papæ Fuit ante Hieronymũ nec ab Speratore, nec à synodis aliquibus, nec ab humano iure dependens. imperator, synodi, & omne ius humanũ sub papali potestate est. Itẽ à Calixto dist. 12. Nõ decet &c. Nulli dubiũ est, q. apostolica ecclesia mater sit omniũ ecclesiarũ. Hæc ibi. Itẽ à Galatio. 9. q. 3. Cũcta p mũdũ &c. C
Apostolica sedes, (sine vlla Synodo præcedente exoluendi, quos Synodus iniqua damnauerat, & damnãdi) nulla existẽte Synodo quos oportuit habet facultatẽ & hæc nimirũ p suo principatu, quẽ sibi Pet. Apostl. dñs voce & tenuit semper, & tenebit. Hęc ibi. Vide 17. q. 4. Nemini: vbi Nicolaus cõcordiæ loquit. Item à Vigilio. Nulli vel tenuiter scienti, vel pleniter sapiẽti, dubiũ est, q. ecclesiã Romana fundamentũ, & forma sit ecclesiarum, à quo oẽs ecclesias principiũ sumpsille nemo rectè credentiũ ignorat quis licet omniũ apostolorũ par esset electio, B. Petro tñ conces- Principi & sum est, vt cæteris præmineret, vade & cephas vocat, qa caput, & primus est oĩum apostolorũ. Hæc ille papa & martyr, in epistõ la ad Eutherũ 7. capite. Item à Leone 1. damnantur errores Luthe- ecclesiæ

¶NOT. Præsupponit conclusio hæc ꝙ excōicatio possit ferri in iniuitū, quod præsuppositum probatur in textu ex eo, ꝙ ad pœnam non requiritur, ꝙ in patiente sit voluntaria, & (supple ut ex superioribus) excommunicatio est pœna.

¶PROB. Quia patet ab oppositis (cum peccata, ideò nō remittantur aliqui inuito, nisi voluntate cōmissa sunt.

Examen. Ly de rōne pœnæ est, ꝙ sit contra voluntatem, scilicet punitū, vt sic, per illam. Nam punitus, vt sic, est patiens: vnde, vt sit, non agit per voluntatem acceptādo libenter infictam pœnam. Quòd enim taliter agat, non est quia punitur: sed qa de necessitate contra voluntatem exultentē facit virtutem; & cōsequenter, quod erat contra voluntatem habit virtē ad hoc, vt sit secundum voluntatem. Sufficit ergo textui, quòd pœnæ ratio sit esse contra voluntatem patientis, vt patientis; non negando, ꝙ pœna possit esse secundum voluntatē eius- *Aug. de vera relig. c.14. dem, vt agentis. De hoc vide pulchra supertius q.12.ar.1.& q.13.ar.2.

Ly Contra voluntatē. Scilicet sensualem, & rationalem, vt natura est, licet non semper, vt rationis est. Voluntas n. sensualis, quæ appetitus sensituus dicitur, & voluntas rationalis, vt natura est, respicit obiectum secundum se consideratum, & ideo vtraque illarum refugit naturaliter obiectum pœnale. Hoc siquidem obiectum, secundum se consideratum, dicit quid cōtrarium voluntati. Quòd si tale obiectū non secundum se consideretur, sed secundum ordinem ad aliquod bonum: tunc à voluntate rationali, vt rationis est, potest libenter acceptari, quamuis non ab illis. Nam illæ nō attingunt ad considerationem talis ordinis, & consequenter talē obiectum semper, quantum est de suppōne, fugiunt: voluntas autem rationis, vt sic, attingit ad talem considerationem obiecti, ideoque potest acceptare libenter obiectum illud quamuis ad hoc non constringatur. Pœna igitur omnis est semper cōtra voluntatē (vt in textu naturalē & sensualem non aliter. De huiusmodi voluntatibus, & obiectis, vide 1.par q.18.ar.5.& 6. & bene applica.

1m de maiori. ¶Spiritualia. &c. in voluntate sic existentia, vt a nolentibus perdi nō possint nō aliter. §. Tunc &c. Licet enim absolutio ab excommunicatione sit beneficium spirituale (vt arguitur) tamen non est spiritualis modi illius, qui nunc dictus est. Potest enim quis iam ab excommunicatione absolutus alia excommunicatione contra voluntatem sui innodari: quamuis per voluntatem suā peccauerit, propter quod peccatum postea excommunicatur. Patet ergo quod absolutio illa fuit beneficium quidem spirituale, sed à nolente amissibile: & consequenter, quòd illud beneficium est alterius modi à prædicto in maiori propositione glosata.

2m de maiori. Excommunicationis. &c. ferendæ de possibili non autem, ferendæ de necessitate. §. Tunc &c. Licet enim contumacia remanente, possit quis iterum excommunicari: tamen non est hoc necessarium, immo nec quandoque conducibile (puta cum quis præsumitur in desperationem maiorem cadere, si excommunicetur: vel si scandalum communitatis ex hoc immineat, aut aliquid huiusmodi.) Ideò maiorem, de possibili, non de necessitate, intelligi debere glosatum rectè fuit. Hoc est, quod contumacia est causa excommunicationis, id est dat huic occasionem: vt infrà (si nil aliud obstet) excommunicationem in illum contumacem ferat: non autem affingit ipsum iudicem ad excommunicandum illum. Remanet ergo (iuxta responsum datum) in arbitrio iudicis vtrunque scilicet & quòd excommunicet, & ꝙ non excommunicet, etiam contumacia posita.

¶ *Vellarium.* Sicut ergo contumacia posita relinquitur ad huc prudentiæ iudicis excommunicare vel non excommunicare, prout expedire viderit: ita contumacia manente, relinquitur iudicis prudentiæ absoluere iniustum ab excommunicatione, etiam iustè lata, & non absolute, iuxta quòd viderit expedire. Propterea enim excommunicatio pœna non quæcunque, sed medicinalis dicta est. faciunt hæc ad q.21.ar.1.vbi tangitur de cōtumacia, & alij pœna medicinali.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quomodo per rationē ostendas, meritò iniustum fuisse à iure Canonico, quòd iniusta absolat pōt. Hoc autem iniuitatē est extra de regu. iur. omnis res per quascunque causas nascitur, per eadem dissoluitur. Hæc ibi. Cum ergo excommunicatio contra voluntatē excommunicati, inquantum scilicet iniusta, & per voluntatem excommunicantis, nascatur: inuenire videtur illa regula iuris, quod excommunicatio potest etiam dissolui per voluntatem excommunicatoris contra voluntatem excommunicati, & hoc est iniustum posse absolui ab excommunicante. Tantoque magis hoc inde videtur: quia inter casus à glosa ibi notatos, in quibus præmissa regula fallit, nō annumeratur absolutio excōmunicationis (vt patet inspicienti. Vnde nota: quod si inueneris vel doctores, vel aliqua iura innuere contrarium intellige sic: quòd scilicet non debet taliter absolutio fieri, nisi hoc esse expedire iudicetur; vt & in responsione ad secundum tangitur). Secundò habes: quomodo per rationem premissam regulam iuris, pro quanto iniustum posse ob excommunicatione solui insinuat, & declares & defendas. Tertiò vides: quomodo ex iis vicissim Angelica doctrina præfens & declaratur & confoliderur. Vtil. pro S. Ecclesia ad intelligēdum.

QVÆST. XXIIII. ART. III.

CONCL. prima. Possibile est quòd aliquis absoluatur ab vna excommunicatione, & in altera remaneat.

¶PROB. Quia excommunicationes non habent connexionem in aliquo.

¶NOT. Quoniam vnum peccatum mortale non potest remitti alio non dimisso, (vt sæpe dictum est: ideo absolutus ab excommunicatione vna hominem remanentem in altera absolui à pœna illa, non à peccato mortali. Quod quidem fieri potest propter rationem iam dictam. Quādo igitur inquit textus, ꝙ excōmunicationes non habent connexionem adinuicem, accipit ly excommunicationes, formaliter, id est vt præcisè pœnæ sunt. Nam, vt includunt mortale peccatum, habent cōnexionem aliquam (inquantum videlicet omnia mortalia conueniūt in auersione à Deo, & vnum absque alio remitti non potest. Stat ergo, ꝙ excōicatio præsupponat peccatum mortale, pro quo ferretur (supra q.21.ar.3.) & ꝙ mortale vnum absque alio remitti nequeat, & tamen ꝙ possibile sit, aliquem absolui ab vna excommunicatione remanendo in altera.

¶CONCL. 2ª Qñ excōicatus est qs ab vno iudice plurib. excōmunicationibus, & absoluitur ab vna, intelligitur ab omnibus abfolui

absolutionē uel contrarium exprimatur, vel absolutio impetre A tur de uno tantum casu excommunicationis.

¶PROB. 1. Quia præsupponitur clarā: 2. Quia (ly uel absolutio &c.) tales pluribus excommunicationibus excommunicatos est..

¶NOT. Exceptio uidetur firmare regulā in contrarium. Verbi gratia. Si tria facienda imminent; & dicatur, duo istorū diminuatur pro nunc; videtur ex hoc, tertiō remanere faciendū. Vt quid enim duo ex eisdē, & non tria? si non duo tantum, sed tria, uoluntarie fieri? Sic in ppolito. Est quis ex communicatus pluribus, & absolutionem ab uno tantum casu excōmunicationis impetrat expressē nil aliud addendo: nōnē per hoc, tanquam p tantam exceptionē, datur intelligi, ꝙ non nisi ab uno illo casu absoluitur? Hæc dicta sint pro captu facultati probationis secundæ partis conclusionis. ex qua repotes ad capiscendam primæ partis probationem, i. ad uidendū ꝙ merito tanquam ea hæc supponitur, uelut ab oppositis argumētari. Si enim ex impetratione speciali ablutionis ab una excōmunicatione uideatur absolutio ab aliis nō inclusa; consequens apparet, ꝙ ex absolutione facta indefinitē à iudice omniam excōmunicationū latore comprehendi in telligatur absolutio ab omnibus. Conel. m. Conel. p.

CONCL. 2ª. Excōmunicatus à diuersis iudicibus, ti absolutur ab una excommunicatione, non propter hoc est absolutus ab altera; nisi uel omnes alij ad petitionem eius absolutionem ipsam confirmauerint, uel omnes demandent uni absolutionem.

¶PROB. Quia, ut patens ex terminis, præsupponitur.

¶NOT. 1ª. Vnum iudicem esse in altero, oporteret, si ex hoc, ꝙ ab vna excommunicatione ab uno lata quis absoluatur, intelligendum esset absolui eum ab ea, ab altero lata. Quia uero unus absolute non est in altero, sed tantum per contentum; ideò dum ab una absoluitur ab uno iudice, non intelligitur absolui ab aliis nisi exteri iudices hoc facto consentiant. Sic nāque tunc per consensum fient unum, quoad hunc effectum. Non possunt autem fieri hc unum; nisi ante, uel post, absolutionem ab uno iudice datam (vt patet). Quod si ante hoc erit, quia omnes demandant uni iudici absolutionem ab omnibus excommunicationibus, unusquisque pro sua iurisdictione: si uero post, hoc erit, quia omnes alij, postquam id cognouerint, confirmant absolutionem ab uno datam dicentes, uel se habere illam ac si iudex ille eam pro omnibus dedisset, uel sicut ille absoluit te & nos iudem absoluimus. Ex iam dictis manifestum esse potest, ꝙ probatio conclusionis merito dicit: eam, ut ex terminis patentem, præsupponi, & non probari; à sancto doctore.

¶NOT. 2ª. Sermo est in tertia conclusione de diuersis iudicib. paribus, seu non subordinatis (puta de diuersis episcopis parochialium urbium); non de disparibus, ita ꝙ unus subordinatus ad inuicem. Sic enim unius iurisditio contineretur in alia: & consequenter absoluente uno tantum iudice, puta superiore, ab excommunicatione una, intelligeretur absoluere ab omnibus; nisi uel contrarium exprimeretur, uel &c. ut in secunda conclusione. Nam ad secundam conclusionem reduceretur iste casus quoniam licet supponialiter plures essent iudices, tamen iurisditione unus esset, inquantum superior iurisditione eminenter continet omnes inferiores iudicum iurisdictiones. Verbi gratia. Si à mille iudicibus excommunicationibus pluribus aliquis inno- Concl. 5. datus absoluatur à Papa intendente à quibuscunque absoluere (quod præsumitur, nisi uel exprimatur contrarium, uel ab eo specialiter impetretur absolutio de uno tantū casu excommunicationis): tunc ille est absolutus ab omnibus.

1m de maiori Debet proportionari &. secundum ꝙ res patitur: non, in omnibus absolute. §. Tunc &c. licet enim peccatum mortale sit causa excommunicationis, & excōmunicatio sit effectus eius: tamen quamuis in quibusdam aliis proportionentur (non possunt ad inuicem proportionari in hoc, ꝙ ad remissionem unius ne- quatur, uel non sequatur necessariō remissio alterius. Ratio est quia materia id ſu patitur. De essentia enim peccatorū mortalium est, ꝙ connectantur in auersione à Deo: id quod non est de essentia excommunicationū plurium, ut excommunicationes præcisè sunt. Vide notat. post prob. concl. 5. *Respon. ad 2. *Hoc co. art. & art. præced.

¶NOT. de ratione excommunicationum est, vt pro illa, uel illa, causa ferantur. Vnde, cum huiusmodi causæ non sint connexæ taliter ad inuicem, ut una posita ponantur omnes, & una remota removeantur omnes relictæ: ꝙ una excommunicatio per absolutionem possit removeri, alijs non remotis: ut in responsione ad secundum dicetur.

Item de concussione. Nec in excommunicatione hoc esse potest. ꝙ. Si absoluto ab excommunicatione impediretur per contrarietatem uoluntatis. ꝙ quemadmodum (supple tu) contingit de absolutione à peccato. Tunc &c. Nam ostensum est. 2. pro. ꝙ non impeditur absolutio ab excommunicatione per contrarietatē uoluntatis; quin & fieri, & differre fieri, possit. Vide responsum 1m. litteræ ly nec iterum absolutio &c.

2m maior. Excommunicationis absolutio in Ecclesia fit. &. quantum ad aliquem causam non semper, quantum ad omnes causas. §. Hoc est, existens extra Ecclesiam reducitur per absolutionem intra ipsam Ecclesiam (Hæc erat propositio maior) sed tollendo aliquam causam remanentem illum extra, non autem tollendo semper omnes (Hæc erat responsio). Tunc nihil &c. Licet enim ille, qui una excōicatione irretitus est, sit extra ecclesiā pp illā spalem cām detinentem (sc. vt arguit): tamen, cum sit absolutus excōicationibus absolutus, non est amplius extra ecclesiam propter alias causas, quæ prius simul cum prædicta causa detinebant eum extra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*De materia ca. quãñ. & ca. nostro de pœnit. & rem.

¶ *Declarantur.* Quando ergo datur absolutio ab excõicatione, introducitur quis in Ecclesiam, quantum est ex parte causæ illius propter quam lata fuerat excõicatio. Quòd autem postea ille absolutus remaneat adhuc extra Ecclesiam, non est ex defectu prædictæ absolutionis, sed aliunde. Non.n. nunc, habita illa absolutione, remanet extra propter illã eãdem præcise cãm: sed propter hoc, q̃ ab aliis tantis retinebãtur, eum extra, nondum absolutus est. Simpliciter ergo loquẽdo, iste ab vna tantum excõicatione absolutus, erit, extra Ecclesiam: & secundũ quid non erit cum propter hãc cãm vltet. ut non sit extra. Nec est inconueniens: q̃ aliquis sit, & nõ sit extra, secundũ diuersas cõsiderationes: ut patet præmissa cõsiderãti. Sic ergo excommunicatorum absolutio quælibet semper fit in ecclesia: sed nõ quælibet quoad quaslibet causas semper fit in ecclesiam. quælibet semper, quantum spectat, ad illa m spãlem causam, pro qua data, intromittit excõicatũ intra Ecclesiam: sed non quælibet semper absoluit intromissum illum (vt sententialiter conclusum in responsali textu.

QVAESTIO XXV.

De indulgentiæ secundum seu, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de indulgentia. Et primo de ea secundum se. Secundo de facientibus indulgentiam. Tertio, de recipientibus eam. Circa primũ quæruntur tria.

Primo, Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

Secundo, Vtrum indulgentiæ tantum valeant quantum pronuntiantur.

Tertio, Vtrum pro temporali subsidio sit indulgentia faciẽda.

ARTICVLVS I.

Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur quòd p indulgentiam non possit aliquid remitti de pœna satisfactoria. Quia super illud 2. Timo. 2. Negare se ipsum non potest, dicit Glo. q̃ faceret si dicta sua non impleret, sed ipse dicit Deutero. 25. Secũdum mensuram delicti erit, & plagarum modus, [b] ergo nõ potest aliquid remitti de pœna satisfactionis taxata secundum quantitatem culpæ.

¶ 3 Præterea, Inferior non põt [b] absoluere ab eo ad quod superior obligauit, sed Deus absoluendo à culpa, obligat ad pœnã temporalem, ut dicit Hugo de S. Victo. ergo nullus homo potest absoluere à pœna illa, aliquid dimittendo.

¶ 3 Præterea, Hoc ad potestatẽ excellentiæ pertinet, ut fine sacramentis effectus sacramentorum tradatur: sed nullus habet potestatem excellentiæ in sacramentis nisi Christus, cũ ergo satisfactio sit pars sacramẽti, operans ad dimissionem pœnæ debitæ, videtur quòd nullus homo purus possit dimittere debitum pœnæ fine [b] satisfactione.

¶ 4 Præterea, Potestas ministris ecclesiæ non est tradita in destructionem, sed in ædificationem: sed hoc ad destructionem pertineret, si satisfactio, quę est ad vtilitatem nostram, in quantum remedium præbet, tolleretur, ergo potestas ministrorum ecclesiæ ad hoc se non extẽdit.

SED CONTRA, Primæ Corin. 2. Nam, & ego quod donaui, si quid propter vos donaui in persona Christi, Glo. id est, ac si Christus donasset: sed Christus poterat relaxare absq; omni satisfactione pœnam peccati, vt patet Ioan. 8. de muliere adultera, ergo, & Paulus potuit: ergo, & Papa, qui non est minoris potestatis in Ecclesia, quàm Paulus fuerit.

Præterea, Ecclesia generalis non potest errare: quia ille, qui in omnibus exauditus est p fua reuerentia, dixit Petro: super cuius confessione Ecclesia fundata est: ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, Luc. 22. sed ecclesia generalis indulgentias approbat, & facit: ergo indulgentiæ aliquid valent.

[1] Vtil. p S. Eccl. ad intellig. summos Pontif. &c. [2] Tho. 4. d. 20. q. 1. art. 3. q. 1. & seq. [3] Glo. ord. ibid.

[1] In trac. sũmę sẽt. q. 11.

[a] hoc secundo mõdo absolutio indicat esse surrepta, & cõsequenter nec valet nec potest aliquid dispẽsare, si exhibeatur, valet (cum nõ sit surrepta). Aliqua idem esset iudicium de surrepta, & nõ surrepta: quod est absurdum: valet, inquã, & prodest quantum ad feruorem animæ excõmunicationis: sed nõ quantum ad hoc, q̃ ab omnibus sit absolutus; & consequẽter nec quantum ad hoc q̃ simpliciter absolutus valeat nũtiari populo, ut ei possit tuta conscientia communicare. Pro quo facit illius intelligẽdo scias: q̃ ex interrogatis per ciptur sensus responsum (ut sapientibus patet). Reassumatur, ergo interrogans q̃ æquum: ut malus pontificis mens intelligatur. Quærebat ergo interrogans an pluribus excõicatus esset absoluẽdus, ab una excõicatione, cum de alijs nõ fuerit admissus, valet enim simpliciter absolutionũ dici, i. ad cõsortiũ admitti. Respondendo igitur Papa, q̃ absoluendus exhibeatur non det, & q̃ absolutio talis non prodest, intelligere vis, secũdũ q̃ interrogatio quærebat (prudẽtia.n. & hoc est) q̃ nõ daret. Absolutio exhiberi si dat & exhibita nõ prodest ad hoc vt talis sit absolutus valeat in consortiũ aliorũ admitti. Talis ergo absolutio q̃dẽ est secũdũ quid. i. secundũ una cãm: sed non simpliciter. i. nõ secundũ oẽs: & ideo cõ sortio aliorũ iure accẽdus iudicat. Vide su. in resp. ad 1. cũ coroll. 2. Q̃ ergo omnis primò absoluit pluribus excõicationibus, innodatũ, cuius absolutio teneat (nisi dolose cũ aliqua occultet) sit patet p ly veritatẽ occultati absolutio surrepta, & c. ex parte d̃ off. iud. ordin) nõ dẽt ili ipsũ denũciare absoluti, nec alijs: & ei cõsẽdũ, donec fuerit absolutus ab oibus in q̃ est excõicatus in una ecclesia, excõicat' est quoad oẽs. 4. q. 1. Quisqs. [c] Scio habere quo p tione p dicta sũmi Pontificis, p quãto innuit excõicatũ plures posse ab una absolui, altera remanẽte (licet qdã aliter textus p dictos glosare videãt) & intelligas, & p hoc, & defendas. [d] Tertiò videsquo ex ijs iuicijs Angelica doctrina declaret, & cõsoliđet.

[c] cl. intrec linea ibi.

[d] Exemplũ de natura rabb. pro

QVÆST. XXV. ARTIC. I.

CONCL. 1ª. Ab omnibus conceditur, indulgentias aliquid valere.

57

¶ Exa-

Dimittio indulgentiarũ.

¶ Examen. Ly indulgẽtias. Scilicet, ut in corpore articuli huius, intellectas. Inde.n. colligitur, q̃ indulgentia est thesaurus superabundantium operum ac passionum Christi, & sanctorum: quę, & quæ pro cõmuni utilitate totius ecclesiæ operati, ac passi sũt: de quo inopiæ egentium suppletur per habentem claues thesauri huius. Vel (& in idẽ redit.) Indulgẽtia est suppletio inopiæ cõtingẽtis pro solutione pœnę temporalis, ex thesauro prædicto, per habentem claues thesauri ipsius. Ly ab obus. Scilicet catholicis: Nam hñti hanc conclusionem nõ cõcedunt immo (vt videbimus) totis, quibus possunt, viribus eam impugnant.

¶ PROB. Quia impium est dicere, q̃ ecclesia Dei aliquid uanum faciat.

¶ NOT. Antecedẽs hoc probationis clarissimũ relinquitur: & merito. Ex libro enim Machab. 1. ca. 12. ad literam patet ubi dicitur. Nisi eis essent resurrecturos (putarent, superfluum uideretur & uanum orare pro mortuis. Ex quo, nè tale absurdissimum in ecclesia contingat, protinus concludendo subinfertur. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare. Ex hoc igitur discursu datur intelligi patenter à sacris literis quòd impium est dicere, quòd ecclesia Dei aliquid uanum faciat. Time de cæremoniis factis antiquitus, aliisque tribus, tum in sacramentis, tum in sacramentalibus, tum in cæteris ecclesiasticis institutis discurre tu & omnes, aliquid horum nanũ esse, uel ab ecclesia Dei uanè institutum dicentes, uelut impios detestare. De cæremonijs Missarum tribus, & c. unde nostrum libr. 5. Missa. & plenè confpicies, quod hic dr. Doctrina hæc S. Th. confirmatur, & declaratur, ex Conc. Trid. sess. 7. can. 13 si quis dixerit, receptos, & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus in solemni sacrorum administratione adhiberi consuetos, aut contẽni, aut sine pẽcõ à ministris prohibito omitti, aut in nouos alios p quos cumque Ecclesiarũ pastorem mutari posse, anathema sit. & sess. 22. can. 7. Si quis dixerit cæremonias, uestes, & externa signa, quib. missarum celebratione Ecclesia catholica utitur, irritabula impietatis cẽ magis, q̃ officia pietatis, anathema sit. & can. 9. Si qs dixerit ritum Ecclesiæ Romanæ quo summissa uoce pars canonis, & uerba consecrationis proferuntur, damnãdũ esse, aut linguam tm uulgari Missam celebrari debere, aut &c. anathema sit. Hæc ibi.

Item ex decr. dist. 11. quis nescit. & dist. 12. non decet.

¶ CONCL. 1ª. Indulgẽtiæ valẽt ad remissionẽ pœnæ residuæ post contritionem absolutionẽ, & cõfessionẽ: siue illa pœna sit iniũcta à cõfessario, siue non (puta, q̃ quis in purgatorio mereat' sibi iudicium Dei: & ille valor earum est, & quantum ad forum ecclesiæ, & quantum ad forum Dei.

¶ PROB. 1 Quia indulgẽtiæ sũt aliquorũ sufficiẽtes satisfactiones, pro aliis cõiter de ecclesia, faciẽtibus ab illoq̃. q̃ toti ecclesiæ pręsidẽs, sũ arbitriũ sũi distributæ illis, p q̃b. ille facẽs vũ & unus põt satisfacere p alio, si ei intẽdat, ac iste satisfactio sua sufficiens sit (q. 13. ar. 2.) Q̃ia (ly & ille valor &c. aliter dicendo, & derogatorie priuilegio Petro dato (eam hoc sit ut quod ipse Petrus remiserit in terra, remissum sit in cælis) & ecclesia magis damnificaret dulgẽtias dãdo quã adiuuaret (cũhic remitter etiã dat graciores pœnas. i. purgatorio) absoluẽdo à pœnis iniũctis à cõfessario.)

¶ Examen. Ly pœnæ residuæ. Hoc qđ in 2ª hæc conclusio habet, designatur q̃ indulgentiæ non ad culpã, sed ad tpalẽ pœnã, tollẽdã ordinãtur. Cõfirmatur ex bullis papalibus dicentibus, ueri & pœnitentibus talem indulgentiam, si fecerint, elargimur.

Ly satisfactiones. Sũt satisfactiones. Loquitur. n. formaliter D. Th cum sciat, sanctorum passiones, & opa q̃cunque, ut meritoria fuisse a Deo in ipsis sanctis superabundanter remunerata. Propterea p ly opa pniæ, per ly tribulationes iniustas sustinuerunt, per ly quorum meritorum, intelligit ly satisfactiones. i. loq̃ de oibus illis (quocunq; modo interim utatur) prout hic tum satisfaciendi. Vnde dicit ly ultra mensuram debitorum suorũ supererogauerunt, & ly multi. pœna potest. explar. si eis deberetur, & ly quor. meritor. tan. est cop. quòd omn. pœn. debit. nunc uiuentibus excedunt. Impium autem est, dicere, istam excedentiã satisfactionum perire, qn in unitatem aliquorum debitorũ nõ proueniant. Tanquãm ergo in ærario publico reponuntur ex hoc indigentibus fratribus subueniatur.

¶ NOT. 1º. Pro captu aũcedentis primi cathegoriæ in probatione dicti (hoc ely Indulgentiæ sũt aliquorũ sufficiẽtes satisfactiones, pro aliis cõiter de ecclesia, faciẽtibus) sciendum q̃ sanctis operati sunt ultra mẽsuram pœnarum eis debitarũ, in signũ cuius dixit. Pro suis *simil p.* eiusdẽ similibus. Iob 6. Vtinã appẽderentur pẽtæ meæ, q̃bus iram merui, & calamitas, quã patior in statera quasi arena maris hęc (i. calamitas) grauior appareret, & istas opationes, siue passiones suas imẽdẽrit sustinere in bñficiũ aliorũ cõmẽbrorũ ecclesiæ sanctæ Dei, nõ applicãdo intẽtionẽ suã determinatè ad hũc, uel ad illũ, sed cõiter q̃buscũq; placuerit ipsi ecclesiæ, in cuius signũ dixit de se Ipsa unus eorũ Apost. Colloss. 1. Adimpleo ea, q̃ desũt passionũ Christi in carne mea, p corpore eius qđ est ecclesia. Rõ fundamẽtalis igitur ualoris indulgẽtiarũ. i. satisfactionũ p dictarũ unius p alio, est unitas corporis mystici. Ex hac nãq; unitate, quã charitas efficit, pmanatq; illud, qđ supest uni, cõsentur alteri ex intẽtione cui ob hoc dr. q̃ charitas facit oia cõia. Tale qđ ondem[e] ẽt in corpore nãli, ad cuius similitudinẽ dr corpus mysticũ. In corpore n. nãli nutrimẽta parcẽtis grãtiæ auxiliũ dr. qa nutrimẽta ipsa, polliq; oibus mẽbris nutrimẽntũ ex cibo cõsumũ partitur, & est superfluũ alimẽti, & ita d cæteris nabiliter possimus. q̃ nutri indulgẽtiæ sũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

rarentur a duobus incommodis (ut supradictũ est:) q̃ si p indulgentias unus non satisfacere, tunc ab uno tantum. (& hoc ſcilicet) ſecundo odo liberarentur; ſecũdum opinionem reprobatam.

1m illatio cõclusionis. Ergo non potest &c. ¶. Negatur illatio. §. Nam remissionum per indulgẽtias fit, non tollit &c. ut in textu.

¶ *Corollarium.* Ergo illa auctoritas Deuteron. adducta, intelligit: quòd mensura plagarum commensuretur mensuræ delictorum: siue modo illæ plagæ ũt per ipsum delinquentẽ solutæ, siue per amicũ delinquentis pro ipso delinquẽte. Vtro uis enim modo satisfit iustitiæ diuinæ offensæ; & consequenter non negat semetipsum deus, quando propter plagas ab amico delinquentis p ipso delinquente solutas à pœna temporali debita delinquẽtem absoluit.

* Quæst. 13. ar. 2.

2m maior. Inferior non potest absolute ab eo, ad quod superior obligauit. ℞. potest ũ ei, qui obligatus est, dare illud, unde soluat debitum, ad quod à superiori obligatus fuerat. §. Tunc &c. Nam iste, qui indulgentias suscipit, nõ &c. ut in textu.

* In isto met cor.

¶ NOT. Obligatus fuit Titius à Calimerio iudicead soluendum centum aureos tribunali iustitiæ suæ. Amicus quidã Titij donat Titio ipsi centum aureos ut his p̃ soluat debitũ supradictum. Nunquid nõ Calimerius, ex tali solutione satisfactum ſe, dicet? & satisfactio ipſa uera satisfactionis (quamuis p̃ amicum fiat) ſibi habebit? Habebit, utiq; etiam apud mediocriter inſtructos, & rationales. Applica ad reſponſum pro indulgentiis: contrarios abhorrendo.

* Quæst. 13. ar. 2.

3m de conclusione. Sine satisfactione. &. Vel p ſe ipſum uel per ſuum amicum exhibita. § Tunc &c. Nam ſatisfactio per amicum exhibetur, q̃ per indulgentias pœna ſoluitur. Adde, q̃ & remedium, quod per ſatisfactionem propriam acquiritur, p̃ indulgẽtias non perdit: immõ quique acquirit, pp rõnem dictã in textu. Quę uideas tu, & conſilij optimi in fine data à Sancto Thoma nõ obliuiſcaris.

¶ *Corollarium.* Ergo propter duo nihil deperit ſatisfactioni, ſi fiat per indulgentias. Si namque ad pœnam ſatisfactione p̃pria ſolutam reſpiciatur, & indulgentiæ illam ſoluunt: ſi uero ad remedium, & indulgentiæ illud afferunt: quandoque etiam & maius, (ut in litera.)

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primo: quomodo per rationem explo-

F das errores Lutheri (Practo Lutherani Ioã. Vueſtphalus: Pauperes de Lugduno, Iumpiẽ dicentis: quòd indulgentiæ nullius ſunt momenti. Item Iacobi præpoſiti (Practo Iacobus præpoſitus) dicentis, quòd indulgentijs non eſt confidendum. Itẽ eiuſdem ibidem dicentis: quòd merita ſanctorum nulli applicari poſſunt. Item Lutheri (ut refert Leo X. in bulla contra eius errores quos & damnat) dicentis: q̃ theſauri eccleſiæ, unde Papa dat indulgentias, non ſunt merita Chriſti & ſanctorum. Item eiuſdem ibidẽ dicentis: quòd indulgentiæ hij, qui ueraciter eas conſequuntur, non ualent ad remiſſionem pœnæ p̃ peccatis actualib. debitæ apud diuinam iuſtitiam. Hinc ideas tu: quantum ſit cauẽdum ab opinione rectata, reprobataq; in textu: ex quo tam ſimilis huic errori Lutheri uidetur. Item habes: quomodo explodas errorem Valdenſium (Direct. inquiſ. 2. par. q. 14.) dicentium quod indulgentiæ, quæ à Romano Pontifice, ſeu aliis prælatis eccleſiæ conferuntur, nullius ſũt ualoris, efficaciæ, ſeu momenti.

Vtil. q. Eccl. 20.

* In corp. art.

¶ Secundò habes: quòd per rõnem ollendas hos omnes meritò damnari à Chriſto dicẽte ad Petrum Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorũ; & quodcunque ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Vbi nota ly &, quod immediate ponitur poſt ly claues regni cœlorum. Soluendũ à Petro dandam cõnẽtit claubus regni cœlorum. Vnde, cum nullibi aliquibus dederit uerbatim claues regni cœlorum niſi ſoli Petro, oportet dicere: quòd poteſtas Petri ad ſoluendum eſt ſublimior, & latior poteſtatibus datis aliis. Dedit ſiquidem aliis poteſtatem ligandi atque ſoluendi Matth. 18. Quæcunque alligaueritis &c. & io. 20. Quorum remiſeritis peccata &c. Sed iſtæ poteſtates, non ſunt adeo porrectæ, ut poteſtas data Petro. Ex hoc namque, quòd ſoli Petro de claubus regni cœlorum dandis fit mentio expreſſa, datur profectò intelligi: quòd eius poteſtas amplior porrigenda erat, quam aliorum. Petrus ergo ex hac promiſſione (hæc poſtea exhibetur ei Ioan. ult. ut q. 17. ar. 1. appen.) poteſt ſoluere à pœna, ſicut & illi quibus dictum eſt, Quorum remiſeritis pẽta &c. poteſt excommunicare, ab eaque abſoluere ſicut & illi, quibus dictum eſt, Quæcunque alligaueritis &c. poteſt & plura aliquid. Quid eſt hoc plus? Condonare pœnam temporalem per indulgentias. Si enim per ſolam abſolutionem, uel in foro iudiciali, ſatisfactionemque impoſitam, poſſet pœnam relaxare; tunc quoad modum dimittendi pœnã non plus poſſet, quam alij. Vt ergo plus poſſit (ut authoritas illa uult,) poterit modo alio pœnas ipſas dimittere. Non poteſt autem

Conſilij optimi.

ARTICVLVS II.

Virum indulgentiæ tantum ualeant quantum pronuntiantur.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd indulgentiæ non ualeant tantũ quantum pronuntiantur. Indulgentiæ enim non habent effectum niſi ex ui clauium, [h] ſed ex ui clauium non poteſt habens clauem dimittere de pœna peccati niſi aliquid determinatum, conſiderata quantitate peccati, & contritionis pœnitentis, ergo cũ indulgentiæ fiant pro libito inſtituentis indulgentiam, videtur quòd non ualeant tantum quantum pronuntiantur.

¶ 2 Præterea. Per debitum pœnæ homo à gloriæ adeptione retardatur, quam ſumme appetere debet, ſed ſi indulgentiæ tantum ualent quantum pronunciãtur, in breui homo per indulgentias diſcurrens, poſſet ab omni reatu temporalis pœnæ immunis reddi ergo videtur quod deberet his acquirendis, omnibus alijs operibus dimiſſis, homo vacare.

¶ 3 Præterea aliquando datur indulgentia, quod qui dat auxilium [h] ad aliquam fabricam erigendam, tertiam partem remiſſionis peccatorum conſequitur. Si ergo indulgentiæ tantum ualent quantum prædicantur, tũc, qui dat vnum denarium, & ſecundo vnum etiam, iterum tertium, plenam abſolutionem ab omni peccatorum pœna conſequetur, quod uidetur abſurdum.

¶ 4 Præterea, Quandoque datur hoc modo indulgentia, q̃ qui uadit ad aliquam eccleſiam ſeptem annos remiſſionis conſequatur, ſi ergo tantum valet indulgentia, quantum] prædicatur, ille, qui habet domum iuxta eccleſiam illam, vel clerici, qui quotidie vadunt, conſequuntur tantum quantum ille, qui à remotis partibus uenit, quod [h] videtur iniuſtum, & iterum (vt uidetur) pluries indulgentiam conſequitur in die, cum pluries uadat.

¶ 5 Præterea, Idem videtur remittere alicui pœnam ultra iuſtã

A æſtimationem, quod remittere abſque cauſa, quia quantum ad hoc quod excedit non rcõpenſatur: ſed ille, qui facit indulgentiam, non poſſet remittere abſq; cauſa pœnam in toto, uel in parte alicui, etiam ſi diceret Papa alicui: Ego remitto tibi omnẽ pœnam debitam pro peccato: ergo videtur quod nec poſſit aliquid dimittere vltra iuſtam æſtimationem, ſed indulgentiæ plerunque prædicantur vltra iuſtam æſtimationem: ergo non tantum ualent, quantum prædicantur.

B SED CONTRA. Iob. 15. Nunquid Deus indiget mendacio noſtro, ut pro eo loquamur doloſ? ergo Eccleſia prædicãdo indulgentias, non mentitur, & ita tantum ualent, quantũ prædicantur.

Præterea. Primæ Corint. 15. C dicit Apoſtolus: Si inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt, & fides noſtra: ergo quicunque in prædicatione falſum dicit, fidem quantum eſt in ſe, euacuat, & ita mortaliter peccat, ſi ergo non tantum ualent indulgentiæ, quantum prædicantur, omnes mortaliter peccant, indulgentiam prædicantes, quod eſt abſurdum.

RESPONDEO, dicendum, D quod circa hoc eſt multiplex opinio: quidam enim dicunt quod huiuſmodi indulgentiæ non tantum ualent, quantum prædicantur: ſed unicuique tantũ ualent, quantum fides, & deuotio ſua exigit. Sed dicunt quod Eccleſia ad hoc ita pronũtiat, ut quædam pia fraude homines ad beneficiendum alliciat, ſicut mater, quæ promittens filio pomũ, ipſum ad ambulandũ prouocat. Sed hoc uidetur eſſe ualde periculoſum dicere. Sicut enim dicit Auguſtinus. In Epiſtola ad Hier. Si in ſacra ſcriptura deprehenditur aliquid falſitatis, iam robur authoritatis ſacræ ſcripturæ perit, & ſimiliter ſi in prædicatione Eccleſiæ aliqua falſitas deprehenderetur, non eſſent docũenta Eccleſiæ alicuius authoritatis ad roborandam fidem. Et ideo alij dixerunt, quod ualent tantum, quantum pronuntiatur

E

Item ab eodem ſeſſ. 21. c. 9. de reform. Indulgentias uero &c. debitis rpibus populo publicandas cẽ decernit &c. ut cęleſtes hoc eccleſiæ theſauros ad pietatem exercẽt; omnes uerè indulgant. Hæc ibi. Indulgentiæ ergo, contra ea. ſupra, ſunt theſauri cœleſtes (nam Chriſtus, & ſancti, quorum merita ſunt, in cœlis ſunt) eccleſiæ dati, & applicati. Cæterum de hoc theſauro uide ſuſius, art. ſeq. app. nẽ fiat nunc ſermo debito prolixior. Itẽ à Leone X. in bulla contra errores Lutheri, quam uide ſupra q. 1. art. 1. app. connectendo q. 24. art. 1. app. Item à Greg. 9. damnantur Vualdenſes ſub noie Pauperũ de Lugduno (notabantur n. & Vualdẽſes, & Pauperes de Lugduno, & Inzabbatati) & conſequẽter ista doctrina, ſeu errores illorum. Nã Aug. teſte (ut alias dictum eſt) quorũ dãnator author es, quo eorum capitula recipi ꝓhibet. Hæc autem hæt Gregorius. Excõicamus, & anathematizamus uniuerſos hæreticos, Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Paſſagenos, Toſſepinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & alios quibuſcunq; nominibus cenſeantur &c. Damnati uero p eccleſiam ſeculari iudicio relinquantur animaduerſione debita puniendi: clericis prius à ſuis ordinibus degradatis. Hæc ille, de hæreticis rapexcõ camus. 2. Vide Roſſenſem cõtra art. 17. & 19 Lutheri.

¶ Tertio habes quo p rationẽ prædicta ſint ſpiritualia, & Patrum pro quanto indulgẽtias ſtatuunt aliquid ualere eiuam in foro cęli, et intelligas, et p bes. & defendas.

¶ 2 ſtro uidesquo modo ex ijs uerißim Angelica hæc doctrina, & declarẽ, et confobdetur.

* In corp. art.

Conſilij optimi.

* Epiſt. 2. parũ ab med. to. 4

QVÆST. XXV. ART. II.

CONCL. 1. Cauſa remiſſionis pœnæ in indulgẽtijs nõ eſt,

est nisi abundantia meritorum ecclesiæ, quæ se habet sufficienter ad totam pœnam expiandam.

¶ *Corollarium.* Ergo, licet ualeant indulgentiæ quantum prædicantur, neque sit magnum eorum nimis de misericordia Dei (ut quidam dicunt) neque iustitiæ diuinæ, derogatum: quia non de pœna dimittitur, ita uidelicet ꝙ peccatum nec minimum remaneat impunitum: sed unius pœna alteri computatur (ut in corp. text. hu.)

¶ NOT. Duæ propositiones uirtualiter continet conclusio ista, in quas resoluitur, unam affirmatiuam, scilicet quòd abundantia meritorum ecclesiæ sit causa remissionis pœnæ in indulgentiis: aliteram negatiuam scilicet quod nihil aliud à prædictis sit causa remissionis pœnæ in indulgentiis. Et ideo utraque pars probanda est. Primo probabitur prima, secundo secunda.

¶ PROB. Quia ex articulo præcedenti, ut clara, supponitur (cum ibi de thesauro meritorum huiusmodi fiat mentio) Quia (ly nisi) neq; deuotio, neque labor recipientis indulgentiam, neque datum, neque causa, pro qua fit indulgentia, est cā effectiua remissionis pœnæ in indulgētiis (ut patet) supra in textu, hoc ex reprobatis tribus opinionibus.

¶ *Corollarium.* Ergo quātitas remissionis non debet proportionari ex necessitate ad laborem, aut deuotionem recipiētis indulgentias, neque ad datum in indulgentiis, neque ad causā pro qua fiunt, ut indelicet tanta præcise fit remissio per indulgentias facta, quanta est uel deuono, uel labor, uel datum, uel causa huiusmodi: sed proportionari habet ad merita ecclesiæ. s. ad satisfactiones à sanctis pro bono ecclesiæ factas, quæ procul dubio non modo sufficiunt, sed etiam superabundant, ad quācunque pœnæ remissionem (ut ex articulo primo in corpore patet. Vide & elucid.) Ergo ires pdictæ in textu, tres etiā aliæ opiniones peccant in fallacia secundum nō causam ut causam. Prima quidem deuotionem, ac laborem æstimat ueram causam quantitatis remissionis pœnæ per indulgen-

secundum iustam æstimationē, non tamen recipientis indulgentiam, qui nimis forte æstimat quod datur, aut secundum æstimationem datis, qui minus parum æstimari posset quod datur: sed secundum iustam ꝙtimationem quæ iusta est secundum iudicium bonorum, pensata conditione personæ, & utilitate, & necessitate Ecclesiæ, quia uno tempore Ecclesia plus indiget, quàm alio.

Sed hæc etiam opinio stare non potest, ut uidetur. Primo, quia secundum hoc indulgētiæ non ualerent ad remissionē, sed magis ad commutationem quādam. Et præterea, prædicatio Ecclesiæ à mendacio non excusaretur, cum quandoque indulgentia prædicetur longe maior, quàm iusta æstimatio posset requirere, omnibus prædictis conditionibus pensatis. Sicut quando dat Papa indulgētiam, quod pergens ad unam Ecclesiam, habeat septem annos indulgentię, cuiusmodi etiam indulgentiæ à Beato Gregorio in stationibus Romæ institutę sunt. Et ideo alij dicunt quod quantitas remissionis indulgentiæ non est mensuranda secundum deuotionem tantum suscipientis: ut prima opinio dicebat, neque secūdum quantitatem eius quod datur, sicut dicebat secunda, sed secundum causam pro qua indulgentia datur, ex qua reputatē dignus ut talem indulgentiam consequatur. Vnde secundum quòd accedit ad illam causam, secundum hoc consequitur remissionem indulgētiæ, uel in toto, uel in parte.

Sed hoc iterum non pōt saluare consuetudinem Ecclesiæ, quæ interdum pro eadem causa maiorem indulgentiam ponit: sicut rebus eodem modo se habentibus quandoque datur unus annus uisitantibus Ecclesiam unam, quandoque 40. dies, prout gratiam Papa facere uoluerit, in dulgentiam constituens. Vnde quantitas remissionis nō est mēsuranda ex causa, quæ facit indulgentia dignum. Et ideo aliter dicendum est, quòd quantitas effectus sequitur quantitatem suę causæ, causa autem remissionis pœnę in indulgentiis non est nisi abundantia meritorum Ecclesiæ, quæ se habet sufficienter ad totam pœnam expiandam: non autem causa remissionis effectiua est uel deuotio, aut labor, aut datum recipientis indulgentiam aut causa pro qua fit indulgentia. Vnde non oportet ad aliquid horum proportionare quantitatem remissionis; sed ad merita Ecclesię, quæ superabundant, & ideo secundum quod applicantur ad illum, secundum hoc remissionem consequitur. Ad hoc autem quod applicentur ifti, requiritur authoritas dispensandi huiusmodi thesaurum; & unio eius cui dispensatur ad eum, qui merebatur, quod est per charitatē; & ratio dispensationis secundum quam saluetur intentio illorum, qui opera meritoria fecerunt. fecerunt autem ad honorem Dei, & utilitatem Ecclesię. Vnde quæcunque causa adsit, quę in utilitatem, & honorem Dei uergat, sufficiens est ratio indulgentias faciendi. Et ideo secundum alios dicēdum, quod indulgentię simpliciter tantum ualent, quantum prędicantur, dummodo ex parte dantis sit authoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causę pietas, quę comprehendit honorem Dei & proximi utilitatem. Nec in hoc fit nimis magnū forum de misericordia Dei (ut quidam dicunt) nec diuinę iustitię derogatur, quia non de pœna dimittitur, sed unius pœna alteri computatur.

¶ *Corollarium.* Ex hui⁹ ergo cōclusionis prima parte reiiciuntur omnes tres opiniōes prædictæ in textu. Quantum autem prima præ aliis fugienda sit, uidebis in principio appendicis.

¶ Examen. Ly dūmodo &c. Hoc est, dummodo applicentur ad recipientem illas.

¶ Ly charitas Christi.

¶ Ly pietas. Hæc (ut declaratur in textu) comprehendit honorem Dei, & proximi utilitatem. Hæc requiritur ad hoc: quòd intentio sanctorum, quorum satisfactiones per indulgentias communicantur, ad istum applicari possit. Vide ad quintū. Sancti enim opera sua ad honorem Dei & proximi utilitatē facere intenderunt: & consequenter, ubi non est pietas, illuc non extenditur intētio illorum.

¶ *Corollarium.* Ergo aliquis ratione pietatis participat principaliter de indulgentiis, inquantum ad eum per hoc, quòd causa est pia, applicatur intentio sanctorum, ex quorum satisfactionibus fiunt indulgentiæ (ut in responsione ad quintum.) Sed ratione charitatis principaliter, inquantum per charitatem fit capax huius, quòd applicatio præmissę intentionis sibi prosit. Dato etiā sed non concesso, ꝙ intentio sanctorum prædicta huic nō existens in charitate applicaretur, hic non participaret indulgētiam.

¶ PROB. Quia (ly tantum ualent quantum prædicantur) aliter in prædicatione ecclesiæ reperiretur mendacium, qđ est maximè inconueniens (cum ex hoc authoritas ecclesię emaneret, ac per consequens documenta eius non essent alicuius

authoritatis ad roborandam fidem.) a Quia (ly dummō &c.)

¶ *Corollarium.* Ergo prædicare mendacia, uel prædicationibus menda-

mendacia inferre, est peccatum mortale grauissimum (ut ex A Non enim idem est iudicium de paupere, & diuite, & de ratione patet.) Nam hoc quantum in se est, euacuat uniuersam ecclesiæ authoritatem, & (quod prius est) fidē Christi prædicationē propagatā. Vide Apostolū ad 1. Corinth. 15. Si Christus non resurrexit, ergo inanis est prædicatio nra, ergo inanis est & fides uestra.

Quare) Quia telles falsi (inq;) mentis fumus dicentes, ꝙ surrexit, si non surrexit. Et notandum ꝙ sine sint mēdacia contra doctrinam fidei, siue morū, sine circa miracula, sanctorū uitas, professus, siue quodlibet aliud, quod tangit uerbum Dei prædicatur ad docendum, persuadendū, instruendum auditores, sunt mortalia: quicqd à prædicatore, ut sic, dicitur uerū esse oportet tōne iam dicta.

Vnde, si est incertum dicatur ut incertum: quia sic nō recedetur à uero, dum sūi ꝙ sciatur, dicitur. Quod si dubium prædicatur, ut certum, i. assertiue peccatur mortaliter, simili ratione.

De prædicatoribus quærendū.

1m de maiori. Claudum. & indifferentiæ: non, ordinis. ¶ Tunc &c. Licet enim in claui ordinis non possit taxari ab homine taxata arbitrium suum quantum de pœna debita per clauem illam dimittatur, ut arguitur, quia taliter clauis effectus determinati sunt à Deo: tamen de claui iurisdictionis aliter dicendum est in proposito (ut patet in textu.)

NOT. Diligēter aduertenda sunt uerba Sancti Doctoris in fine, ly si in inordinate remittat, ita ꝙ homines quasi &c. Nā p hoc, cū obiectione tacita cōtra solitæ fieri rideat, conscientias multorū cōsuluit qđ hinc edoctus facere potes & tu.

2m illatio cōclusionis. Ergo ꝙ &c. R. Negat illatum. ¶ Nā quāuis limōsin dulgētiæ multum ualeant &c. ut in litera. Consequenter ergo, diminuenda non sunt opera propria, propter solam acquisitionem indulgentiarum.

3m de antecedente. Auxilium. R. Conueniens dā si illud, non aliter. ¶ Tūc &c.

Ad primum ergo dicendum, quod clauis * est duplex, scilicet ordinis, & iurisditionis. Clauis ordinis sacramētalequod dam est, & quia sacramētorum effectus non sunt determinati ab homine sed a deo, non potest taxare sacerdos, quantum per clauem ordinis in foro confessionis de pœna debita dimittat, sed tantum dimittitur, quantū Deus ordinauit. Sed clauis iurisditionis non est quid sacramētale, & effectus eius, arbitrio hominis subiacet: & huiusmodi clauis effectus est remissio, quæ est per indulgentias; cum non pertineat ad dispensationem sacramentorum talis dimissio, sed ad dispensationem bonorum communiū Ecclesiæ; & ideo etiam Legati non sacerdotes indulgentias facere possunt. Vnde in arbitrio dantis indulgentiam est taxare quantum per indulgentiam de pœna dimittatur. Si tamen inordinate remittat, ita quod homines quasi pro nihilo ab operib. pœnitentiæ reuocentur, peccat, faciens tales indulgentias, nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur.

Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis huiusmodi indulgentię multum ualeāt ad remissionem pœnæ, tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu præmij essentialis, quod in infinitum melius est, quàm dimissio pœnæ temporalis.

Ad tertium dicendum, quod quando datur indulgentia determinate, qui dant auxilium ad fabricam Ecclesiæ, intelligit tale auxilium, quod fit cōueniēs ei, qui auxilium dat; & secūdum quod accedit ad hoc, secundum hoc plus, uel minus de indulgentia consequitur. Vnde etiam aliquis pauper dans unum denarium, consequitur totam indulgentiam, non autem diues, quem non decet ad opus tam pium ira parum dare, sicut non diceretur Rex alicui homini auxilium facere, si ei obolum daret.

Ad quartum dicendum, ꝙ ille, qui est ultimus Ecclesiæ, & Ecclesiæ sacerdotes, & clerici, consequuntur tantam indulgētiam, sicut illi, qui uenirent à mille diētis, quia remissio non proportionatur labori ut dictum est, sed meritis, quæ dispensantur. Sed ille, qui plus laboraret, acquireret plus de merito. Sed hoc intelligendum est quando indistinctē indulgentia datur. Quandoque enim distinguitur, sicut Papa in generalibus absolutionibus, illis, qui transeunt mare, dat quinque annos, aliis, qui trā seunt montes, tres, aliis unū, nec tamen quotiescunque uadit infra tempus indulgentiæ, toties eam consequitur. Quandoque enim ad determinatum tempus datur, ut cum dicitur. Quicunque uadit ad Ecclesiam talem usque ad tale tempus, habeat tantum de indulgentia, intelligitur semel tantum. Sed si in aliqua Ecclesia fit indulgentia perennis, sicut in Ecclesia beati Petri, quadraginta dierum, tunc quoties aliquis uadit, toties indulgentiā consequitur.

Ad quintum dicēdum, quod causa non requiritur ad hoc ꝙ secundum eam mēsurari debeat remissio pœnæ, sed ad hoc quod intentio illorum, quorum merita communicatur ad ipsum peruenire possint. Bonum autem unius communicatur alteri dupliciter. Vno modo per charitatē, & sic etiam sine indulgentiis aliquis est omnium bonorum particeps, quæ fiunt si in charitate fit. Alio modo per intentionem facientis, & sic per indulgentias si causa legitima adsit, potest intentio illius, qui pro utilitate ecclesiæ operatus est, ad illū continuari.

tes, indulgentias esse saluares, & sal fructum spiritus nullas. Iā hæresim Ioan. Vuiclef (Prat. Io. Vuiclef) iuxta nu. 3. indulg. Papæ & Epi-

APPENDIX. 1 Vuil. p 5. Eccl. &c.

EX articulo habeas ¶ Primo quo pertōne cōcordas erro rē Luth. (Prat. Luther.) dicētiq; indulgētiæ sūt piæ fraudes fidelū. Hinc uideas tu, quātū cauenda sit 2a opi. I prime cui. ar. reprobata. Quicqd. n. foris de intētione dicētū illā, unā ē. q. in uerbis Luthe. rr. nō differt, qđ magnū sane inconueniēs est, (et quæcūq; alia falsitate omissa) qm cū hæreticis nec uocabula debemus hīr chia. Item habes, quomodo &c. et. aiuidem addentis, q. indulgētiæ sunt remissiones bonorum operū, q̄ fiunt, nō ex pedient. ité dicentis, q. seducuntur credē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

&c. scoporum credere, fatuum est. Item Iacobi præpositi (Prat. Iacobus præpositi) dicentis, quòd nullus est ecclesiæ thesaurus, præter Christi merita, quæ dantaxat per ipsum Christum applicantur unicuique secundum suam fidem.

2 ¶Secundò habes, quomodo per rationem ostendat, meritò in hoc damnatum fuisse Vuiclef à Conc. Cõstantiensi sess. 8. ubi, recitato errore præmisso inter alios ipsius Vuiclef profert sententia damnationis, quæ refertur supra q. 1. art. 1. app. & q. 20. ar. 3 app. Item de Luthero habes damnationem quo ad præmissos errores supra q. 1. art. 1. app. cum q. 24. art. 1. app. Item à Conc. Trid. & Luthero, & Vuiclef, & Iacobi præpositi damnatur omnis scripta cuiuscunque nominis, nisi, aut à gremio ecclesiæ existant, quandoquidem in prima classe ab ipso concilio repo nuntur, in indice librorum prohibitorum. Vnde nota: quòd ex illo indice potes canonicè multas hæreses, & errores, plurimorum sic universaliter breuibus damnatos agnoscere. Vide ergo illum indicem, & pone in practica. Itẽ specialiter à Clemente sexto ad Archiepiscopum Terraconensẽ, & hi in extravag. commun. de pœnitẽt. & remiss. Dudum de fratrum nostrorum consilio & plenitudine apostolicæ potestatis in dulgentiam &c. Ad perpetuam rei memoriam. Vnigenitus Dei filius &c. nunc guttam sanguinis mundicam (quæ tamen propter unionem ad verbum pro redemptione totius humani generis sufficeret) sed copiosum, uelut quoddam profluuium, noscitur effudisse &c. Tantum ergo exinde (ut nec superuacua, inanis, aut superflua, tantæ effusionis miseratio redderetur) thesaurum militanti ecclesiæ acquisiuit &c. Quem quidem thesaurum non in sudario repositum, non in agro abscondium, sed per Beatum Petrum cœli clauigerum, eiusque successores, suos in terris Vicarios, commisit fidelibus salubriter dispensandum: & p̃ pias & rationabilibus causis nunc pro totali, nunc pro partiali, remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ, tam generaliter, quàm specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent) uerè pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum Beatæ Dei genitricis, & omnũ electorum, à primo iusto usque ad ultimum, merita administiculum præstare noscuntur. De cuius consumptione, seu minuitione non est aliquatenus formidandum: tam propter infinita Christi (ut prædictum est) merita, quàm pro eo quòd quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum. Hæc ille ibi. Vnde per ly plures eius applicatione trahuntur ad iustitiam, damnat Lutherum negantem indulgentias esse salutares & ad fructum spiritus utiles. Item à Conc. ut in ar. 2. maximè in app. Vide Roffensem contra art. 18. 20 Lutheri.

Ex indice librorum hoc, inhibitorum fermè errores detegitur, & damnatur.

*Q. 11. ab ipso concilio repo 100. ar. 1.

De thesauro indulgentiarum.

3 ¶Tertiò habes, quomodo per rationem ostendat, meritò infinuatum esse à summis Pontificibus, & Conciliis, quòd tantũ ualent indulgentiæ, quantum prædicantur. Infinuatum est autem hoc; quando falsa circa indulgentiarum largitionem prædicari magnis pœnis prohibuerunt: ut quando Clemens Quintus in Concil. Viennensi dicit. Quibus etiam religiosis in utriusque sanctæ obedientiæ, & iub interminatione maledictionis æternæ districtius inhibemus, ne in sermonib. suis ecclesiarum prælatis derahant, aut etiam retrahant laicos ab ecclesiarum suarum frequentia, uel accessu: seu indulgentias pronuncient indiscretas. Hæc ille ibi, & recitantur de priuileg. & exercit. pruuisegia, in clementin. Religiosi. Vbi dicit glossa super ly indiscretas, i. non concessas. Item ab eodem in eodem. Abusionibus, quas nonnulli in suis proponunt prædicationibus, ut simplices decipiant, & aurum subuli, uel fallaci ponere ingenio extorquent ab eisdem &c. Duximus prohibendum districtè, ne quæstores aliqui (nisi à apostolicas uel diocesani Episcopi literas exhuerint) quomodolibet ad mittantur, nec permittantur (cum solum ipsis competat indulgentias sibi concessas infinuare populo &c.) ullatenus ipsi populo prædicare, nec aliud exponere, quàm quod in literis continebitur supradictis. Literæ quoque apostolicæ diocesani Episcopi (ne quid fraudis per eadem committi ualeat) antequam admittant quæstores ipsos, examinant diligenter. Hæc ibi, & habentur de pœnit. & remissan clementin. Vbi uidere est quanta circumspectione utitur Papa: nè aliqua fraus, aut mendacium in publicandis indulgẽtiis committatur. Vnde & infra dicit. Non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum, indulgentias populo motu suo proprio cum aliqui concedant &c. Nos abusus huiusmodi, per quos censura uilescit ecclesiastica, & clauium ecclesiæ authoritas, abolere uolentes omnimodo &c. eos per locorum Episcopos puniri uolumus. Hæc ibi. Item ab Innocentio 3. in Concil. Lateranensi de pœnit. & remissio. Cum ex eo. Ibi enim eadem fermè recitantur cõformiter ad Clementem. Item à Conc. Trid. sess. 21. decr. de indulg. Abusus uerò, quorum occasione insigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendatos, & correctos cupiens præsenti decreto generaliter statuit omnino abolendos esse &c. uera sanctarum indulgentiarum munus piè, sanctè, & incorruptè omnibus fidelibus dispensetur. Hæc ibi.

*cancel. m

Quatro habes, quomodo per rationem prædictã patrum, quantũ indulgentias tantum ualere docent quantum ab ecclesia prædicantur, & intelligas, & tueatis. 4

¶Quinto audes quomodo ex iis vltimis Angelica doctrina, & declaretur, & confoluatur. 5

QVÆST. XXV. ART. III.

CONCLVS. Pro temporalibus simpliciter non potest fieri indulgentia; sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia. 99

¶Examen. Ly simpliciter. Hoc est, nullo addito. Quasi apertè diceret; pro temporalibus præcisè, uel tantum, ut temporalia sunt, ut sic, inquantum huiusmodi (hæc omnia sunt idem) id est, non considerando, in temporalibus, nisi quòd temporalia sunt.

¶Ly temporalibus ordinatis. Hoc est, ut actualiter à dante indulgentias ordinatis. Nam temporalia secundum se ordinata sunt ad spiritualia: quoniam quæcunque à Deo sunt, ordinata sunt, & taliter, ut inferiora semper ordinentur ad superiora. In signum enim huius est, quòd non utens temporalibus non in ordine ad spiritualia, sed contrà, dicitur abuti ipsis temporalibus, quasi utatur temporalibus pernecessario, uel saltem non seruando ordinem, quem temporalia secundum naturam sibi à conditore rerum datam habent. Nihil ergo addereret ad primam partem conclusionis Diuus Thomas dicendo, quòd pro temporalibus secundum se ordinatis ad spiritualia potest indulgentiæ fieri. Vnde oportet, ut aliquid nouum dicatur (sicut intendit) accipere in secunda parte conclusionis temporalia, prout ordinantur à dante indulgentiarum ad spiritualia, & hoc confirmatur ex forma ipsarum literarum, dum dicitur ibi: dantur indulgentiæ, tales uel tales, huiqui auxilium, seu manus adiutrices, porrexerint ad fabricam templi talis, ad tale opus pium (puta bellum contra hostes fidei & similia.)

¶PROBATIO. Quia, ut clarum, supponitur hoc: Quia (ly sed pro &c.) propter spiritualia debemus uti temporalibus. Cum temporalia secundum se, ordinentur ad spiritualia.)

¶NOT. Meritò, ut patens, conclusionis prima pars supponitur: cum quia ultima symoniæ, tum quia ordo finium, id exposcit. Nemo enim uel mediocriter instructus, fermè est qui nesciat, quòd symonia est peccatum, & quòd uendere spirituale pro temporali purè est symonia. Rursus. Nemo est, qui nesciat, finem præcipuum præponderare secundationis consequenter, quòd spiritualia non debent ordinari ad temporalia.

1m de minori. Temporali. Ac. Vt præcisè temporale ad actionem, ut ordinatum ad spirituale. §. Tunc &c. Qui enim dantur indulgentiæ p̃ spiritualibus, non primo, sed secundo modo consideratis damnari ut patet ex conci.

¶NOT. 1ª. Dare spũale p̃ spirituali uel è contra ad hoc, ut faciat simoniam, multa consideranda requirit. Primo ly spũale, secũdo ly (spũales) tertio ly pro; quarto ly dare. De primo iam dictum est. De secundo recurrendum est ad locum inferius citandum de 2. 1. q. 2 nunc de simonia non est loquendum, nisi pro quãto facit ad istium pũm & risio huic absque distinctione rei spũalis sufficit, quòd indulgentiæ sint res spũales. De tertio scié dum ly pro, potest dicere pœnitum uel causam principalem (& sic constitueretur symonia) uel administrium, ut pedium, eleemosinam deuotionem (sic non constitueretur.) De quarto sciendum q̃ debet cessare in dando ois pactio & conuentio etiam mentalis. q. 6. 1. Quum pio.

¶NOT. 2ª. Ex nunc dictis patere potest quantum roabi tei dicat textus q̃ ibi non est simonia. Non tñ. nõ deficit dicta conditio ibi, quæ facere: timoniam alias concurrẽtibus: sed ẽ deficiunt istæ conditiones non minus principales, s. appetatio, & pactio. Nam ly Pro, nõ dicit pcipuum: sed nec dantis intentionem Ecclesiæ indulgẽtias, tales intendunt ponere subpretio tãta bona, sed excitare ad eã dam libertas eleemosinam administrium, stipendium; nec recipientes tñ intentionem suæ piæ matris Ecclesiæ emere illas p̃ pretio uolunt. Rursus tales dantes illas, & recipientes, cessat omnis pactio. Cæterum de simonia consule 2. 2. q. 100. ar. 1. 2. 4. & 3. & inuenies plenius quàm toto cœlo errent Lutherani uel similes rẽne indulgentiarum talium, uel maiorum uocalium catholicos impingentes symoniam, ubi non est.

2m minor. Prospiritualibus subsidiis non uidentur fieri indulgentiæ. & negatur illa. §. Nam & possunt fieri, & fiunt, ut patet in textu.

B Et per hoc patet, quòd non fit ibi simonia, quia nõ datur spirituale pro temporali: unde patet solutio ad primum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd etiam pro pure spũalibus potest fieri indulgentia, & fit quandoque: sicut quicunque orat p̃ Rege Franciæ, habet decem dies pro indulgentia à Papa Inn. 4. & similiter crucem prædicantibus datur quandoque eadem indulgentia, quę crucem accipientibus.

QVAEST. XXVI.

De his qui possunt indulgentias facere, in quatuor articulos diuisa.

C DEinde considerandum est, de his, qui possunt indulgẽtias facere.

Circa quod quatuor quæruntur.

¶Primo, vtrum quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere.

¶Secundo, Vtrum Diaconus, uel non sacerdos possit eas facere. D

¶Tertio, vtrum Episcopus possit eas facere.

ARTIC. I.

D ¶Quartò, vtrum existens in peccato mortali, possit eas facere.

ARTICVLVS I.

Vtrum sacerdos parochialis possit indulgentias facere.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur quod quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere. Indulgẽtia enim habet efficaciam ex abundantia meritorum Ecclesiæ: sed non est aliqua congregatio, in qua non fit meritorum abundantia, ergo quilibet sacerdos potest facere indulgentiam, si habet plebem subiectam, & similiter quilibet prælatus.

¶2 Præterea, Prælatus quilibet gerit personam totius multitudinis, sicut unus homo gerit personam suam, sed quilibet potest alteri communicare bona sua pro altero satisfaciendo, ergo, & prælatus potest communicare bona multitudinis sibi commissæ: & sic uidetur q̃ possit indulgentias facere.

SED CONTRA. Minus est excommunicare, quàm indulgentias facere, sed hoc non potest sacerdos parochialis, ergo nec illud.

E ædificationem pontium, prodesse illis tantummõ arbitramur, quibus ut prosint, propriè iudices specialiter indulserunt. Hæc ille. & recitantur de pœnit. & remiss. Item ab Inn. 3. approbante Concilio maximo Lateranensi, quo nullum fuit gr̃ialius à Christo passo (secundum Echium in confutatione articuli secundi Protestantium de Eucharistia: cum in eo fuerint Papa, Constantinopolitanus Patriarcha, & Hierosolymitanus, mille & ducenti octoginta plati orientalis simul & occiden. ecclesiæ. Nos igitur omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Apost. Petri & Pauli authoritate cõfisi ex illa, quã nobis (licet indigne) Deus ligandi, atq; soluẽdi contulit, pñte oib. q &c. plenã suorũ peccaminũ de quib. fuerit liberaliter corde contrit. & confessi, uenia indulgemus, & in retributione iustorum, saluti pollicemur augmentum, eis aũt, q in suis ddixerat expẽsis iuxta facultatẽ, & qualitatẽ suam utiles idoneos destinarint &c. plenam suorũ cõcedimus ueniam peccatorum. Huius quoque remissionis uolumus, & concedimus esse participes, iuxta quantitatem subsidij & deuotionis affectũ omnes, qui ad subuentionem ipsius terræ sanctæ de bonis suis congrue ministrabũt aut consilium, & auxilium, impenderint opportunum. Ha ille ca 70. in expeditione pro recuperanda terra sancta. Vbi & nota ly iuxta facultatem suam, & ly iuxta quantitatem subsidij, pro q. 15. ar. 2. ad tertiũ. Item ab Alexandro 3. in Concilio Lateranen parte 44. cap. 5. Milites templi Hierosolymitani &c. per quos Deus orientalem ecclesiam à paganorum spurcitia liberat &c. ipsi peregrinos ad sancta loca proficiscentes tam in eundo, quam in redeundo, à paganorum incursibus defendũt. Et quoniam ad tam sanctum, & piũ opus explendũ eis facultates (pptiæ non suppetũt, pluribus fris exoratis, quatenus inde subleuetur eorum inopia, populum à Deo nobis commissum collectas facere moneatis. Quicunque autem de facultatibus à Deo sibi collatis in alta secunda collecta se constituerint, eisque benefecerint personis pernarunt, sequimur partem pñæ minuẽtæ confisi de B. Apostolorum Petri & Pauli meritis indulgemus. Item a Leone X. in Conc. Later. sess. 9. datur indulgentia omnibus pro decernenda expeditione contra infideles & pace christianorum. Videmus ibi in bulla, postea quam ad uniuersalis ecclesiæ curam, &c.

¶Secundo habes, quòd per rõnem ostendat, prædicta patrum, pro quanto indulgentiam posse dari innuunt pro temporali, solubito, & meritigas & defendas.

¶Tertiò uides quomodo ex iis doctrina Angelica hæc uicissim declaretur, & confirmetur.

1 Vel. p. 5. Eccl. &c.

2

3

QVÆST. XXVI. ART. I.

CONCL. 1ª. Communicatio bonorum suorum facta per intentionem in singulari aut certis singulis non dat indulgentiam; sed tantum communicatio per intentionem in generali. 100

¶Examen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Examen. Ly per intentionem in singulari, in speciali, in particulari. Hoc est, sicut cum quis pro &c. sicut cum quis orat &c. sicut cum quis opera &c. ut in textu istos terminos declarante.

¶PROB. 1 Quia per illas duas primas communicationes hó non soluitur à reatu pœnæ iniunctæ sibi ab Ecclesia, sed per hanc tertiam sic: 2 Quia in primis duabus communicationibus non est indeficientia meritorũ, sed in tertia sic.

¶*Corollarium.* Ergo probationis litera insinuat ad quod quid est, seu ad effectum, indulgentiæ propriè dictæ requiri illum inexhaustibilem thesaurum satisfactionum (de quo in q6. 25. art. 1. & 2.) ut ego remittam, pro tollenda pœna quo ad forum Dei & ecclesiæ (de quo q. 25. art. 1.)

¶CONCL. 2ª. Solus ille potest indulgentias facere, qui propriè prælatus Ecclesiæ dicitur: & hic est, solum episcopus.

¶Examen. Ly solũ. Hoc non excludit Papam, neque archiepiscopum, neque patriarchas: quia & isti sunt episcopi, licet aliquid plus habeant.

¶PROB. 1 Quia tertia solum communicatio bonorum (i. communicatio p intentionem in generali facta) habet indeficientiam meritorum ac tollit pœnam quo ad forum eius ecclesiæ (ut probatum est prius:) & solum propriè Prælatus ecclesiæ potest communicationem illam tertiã facere (ut patet:) 2 Quia solus Episcopus, in signum huius recipit annulum quasi sponsus ecclesiæ. solus quasi ipse habet potestatem plenam sacramentorum (Lomnia sacramenta dispensare potest.) ac iurisdictionem in foro causarum quasi persona secũdam se publica.

¶NOT. Signanter aduertely quasi sponsus ecclesiæ: & ly quasi persona sibi sponsa publica. Ex primo dicens, q non eos clericos deferentes annulũ sunt Episcopi non acceperit illum omnes quasi sponsi ecclesiæ, sed quasi per signum tale denotantes, aliquam aliam dignitatem præ aliis se habere in ecclesia. Ex secundo dicens, non publicam secundum se personam præferunt illi, q ex commissione facta dispensant, licet publicã ex commissione.

¶NOT. Ostenditur summi Pontifices, q; præeminentia ordinum minorū remanet in clericis illis ad laicatum, etiam cum coniugio reuersis, qū illis (dummodò seruentur ea, quę supra q. 34. ar. 1. ex ipsis Pōtificib. annotata sūt) priuilegium personæ clericorū, quod est de non impetendis violentis manib. in illos, conferuari esse uoluerunt. Vide tu ibi supra loco citato & priuilegium aliud, fi. eccle. 1. rerum à gabellis &c. referuntur. Et eāque conseruari eisdem ab ipsis Pontificibus conspicies. Ex his ergo Pontificib. dictis confirmatur responsum. *Aug. li. 2 cōtra epi. Par. 13. & de bapt. cōtra donat. lib. 1. c. 1.*

3m de maiori Aliquid facit ad id. quod primum.

¶NOT. Dare immediate aliquod sacrum. i. sacramentum, conuenit sacerdotibus: mediate autem cæteris ordinatis, inquātum alij ordinantur ad aliquo modo ministrandum sacerdotibus. De hoc uide pulchram declarationem textualem & diffusam q. 37. ar. 2.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primò quomodo per rationem ex abū damni interimas hæresim Lutheri (Praeol. Lutheran.) dicentis characterem in nullo imprimi sacramento. Item, cum minoria Doctorum, addentis characterem sacramentalem esse merā nouorum theologastrorum fictionem. Vt enim patet, articulus ille a sancto Doctore motus militat plusquam sufficienter contra prædictos errores, & præsules. *Vtil. p. S. Eccl. &c.*

¶Secundò habes quomodo per rationem offendas, hos meritò damnatos à Concil. Flor. in illo decret. Armen. in principio de sacramentis. Inter hæc sacramenta tria sunt baptismus, confirmatio, & ordo, quę characterem, i. spirituale quoddā signum à cæteris distinctionem, imprimunt in āīa indelebilem: unde in eadem persona non reiterantur. Hæc ibi. Et à Concil. Trid. sess. 7. de sacramentis can. 9. Si quis dixerit in tribus sacramentis baptismo, Confirmatione, & ordine non imprimi characterē in āīa, hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

est signum quoddam spirituale & indelebile, unde ea iterari nõ de-
bent. Anathema sit. Hæc ibi. Item ab eodem sess. 23. c. 4.
Qui uerò in sacramento ordinis, sicut in baptismo, & cõfirma-
tione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest,
merito sancta synodus damnat eorum sententiam, qui asserũt,
nouí testamenti sacerdotes temporariã tantũmodò potestatem habere, & semel rite ordinatos iterũ laicos effici posse, si uerbi Dei ministerium non exerceant. Hæc ibi. Et can. 4. Si quis dixerit: per sacram ordinationem non imprimi characterem, uel eum qui sacerdos semel fuit laicũ rursus fieri posse. Anathema sit. Hæc ibi; ubi & can. 3. præmittitur: Si quis dixerit in ordine, siue sacram ordinationem esse figmentũ quoddam humanum, excogitatum à uiris rerum ecclesiasticarũ imperitis. Anathema sit. Hæc ibi. Ecce q̃ ordo imprimit characterem, & q̃ dicit re sie, non est figmentũ humanum: utex cõfessione canonũ duorum positorum à Papa Gregorio IX. ad Archiepiscopum Bracharen. scribente. Eos, qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt, characterem non esse dubium recepisse, quos pro transgressibus huiusmodi primo eis pœnitentia imposita competenti sustinere poterit in suis ecclesiis ordinibus ministrare. Hæc ibi & recitatur de tempore ordin. Confultationi. Vide q̃ character non imprimitur ex figmento nouorum, sed neque uetustorum theologistarum (et uerbis Lutheri ipsummet confodiamus;) imõ q̃ neq; ex statuto ecclesiæ. Alioquin isse transgressus ecclesiæ statuta temporis, quo ad ordinationem, nondũ recepisset characterem: quod est contra Gregorium ibi. Et si character esset figmentum, quõ uirtute eius, etiã contra statutum ecclesiæ receptus, ueraciter exercuit ordinum administrationem? Hoc ibi dicit Gregorius. Ex ui ergo sacramenti procedit character ipse: & consequenter ex iure diuino, & consequenter aliquod uerum est, ipsumq; dicere figmentum, est summa blasphemia. Ité ab Apostolo Ephes. 4. Nolite contristare spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Non est. In die quo baptizati estis. Recepit, sed non Apostolũ, q̃ nunus utiq; nõ est, ita & ceteri recepti aliqua est, & in sacramento aliquo datur. Nam ly signati, characterem latinè dicit: quoniam secundum concilia superius adducta character est signum per aliquod sacramentum datum. Græce namque dicitur character, quod latinè sonat signum. De reliquis uero habemus ex Apostolo testimonium non esse, q̃ circa quæstiones & pugnas uerborum (cõtra doctrinam eiusdem 1. Tim. 6. Ita nos habemus. Quinimo & de uerbum characteris habemus ex Apostolo: sed latinũ. Quod si de Doctoribus, præter Apostolos, loquat Lutherus Ecce Augustinus, qui plus mille annis præcesserat Lutheri scribens Donatistæ præsbitero epistola 204. uultum noscharacteris sic. Et uos oues Christi estis, characterem dominicum portatis in sacramento, quod accepistis. Hæc ibi & recitatur. 23. q. 4. Dilicet. Item ille ipse de baptismo, 5. c. 20. Habere, & dare, & accipere baptismi sacramentum satis ecclesiæ catholicæ pastoribus eluxit & quemquam forte errabat, & dominicum characterem foris accepisse, uenientem ad Christianæ unitatis salutem corrigi ab errore, characterem in dominico in ea cognosci posse, q̃ improbari, q̃quidem ipsum characterem multi lupi, & lupis similes, ueruntamen ad illam quem, quæ ex multis una est, non pertinent. Hæc ibi & recitantur de consec. distin. 4. Quo. Ecce, quam licibi, in tam breui spatio B. Aug. plusquam millenarius characterem uerbis expressissimis nominat. Ité damnari a quibuscunq; iteratio sacramentorum non admittitur. Ob hoc. n. non iteranda sunt quia characterem imprimunt: ita ut semuicem consequa-

Characteris impressio ẽ crux facrans, & ideo non est iterãda.

Virum character ordinis præsupponat characterem baptismalem.

AD TERTIVM sic procedi-
ditur. Videtur q̃ character ordinis non præsupponat characterem baptismalem: quia per characterem ordinis homo efficitur dispensator sacramentorum, per characterem baptismalem susceptiuus eorundem, sed potestas actiua non præsupponit de necessitate passiuam, quia potest esse sine ea, sicut patet in Deo, ergo character ordinis nõ præsupponit de necessitate characterem baptismalem.

¶ 2 Præt. Potest contingere, q̃ aliquis non sit baptizatus, qui se baptizatum existimat probabiliter, si ergo talis ad ordines accedat, non consequitur characterem ordinis, si character ordinis præsupponit characterem baptismalem, & sic ea quæ faciet, uel in consecratione, uel in absolutione, nihil erunt, [h] & in hoc ecclesia decipiet, quod est inconueniens.

SED CONTRA, Baptismus est ianua sacramentorum, ergo cũ ordo sit quoddam sacramentũ, præsupponit baptismum.

RESPONDEO, Dicẽdum, quòd nihil potest aliquis accipere, cuius receptiuam potentiam non habet, per characterem autem baptismalem efficitur homo receptiuus aliorum sacramentorum unde, qui characterem baptismalem non habet, nullum alterum sacramentum recipere potest, & sic [m] character ordinis baptismalem characterem præsupponit [n].

Singuli ordines singulos imprimunt characteres.

¶ Traditur autem per calicis cum uino & patenæ cum pane porrectionẽ diaconatus uerò per libri Euangelinrum dationẽ subdiaconatus p̃ calicis uacui, cum patena uacua super posita traditionẽ, & similiter de alijs p̃ rerum ad ministeria sua pertinentium. Hæc ibi. Vbi prudens lector, connectẽdo principium illud sexto loco, ad literam cõsecratio q̃ de mente concilij innuitur, q̃ libet ordo singillatim characterẽ est. Si. n. ordo characterẽ imprimit (ut dñi in principio) & præsbiteratus ordo tradit q̃ &c. ergo ordo præsbiteratus imprimit characterem. Ité si diaconatus ordo per libri etc. ergo diaconatus alium characterẽ numero eum sit alius ordo numero imprimit. Alioqui uel ordo simpliciter characterẽ, uel saltẽ ratus ordo characterẽ, uel saltẽ ordo præsbiteratus imprimit characterem. Ité si diaconatus ordo per libri etc. ergo diaconatus alium characterẽ numero eum sit alius ordo numero imprimit. Alioqui uel ordo simpliciter

Universidad de Deusto
Biblioteca

143

CONCL. De cognitate characterordinis characterem confirmationis præsupponit, & non de necessitate.

¶NOT. Cum ista conclusio habeat duas partes, vt patet; probabitur primò secunda, secundò prima vt textus cõformetur.

¶PROB. Quia (ly non de necessitate) non est confirmationis, sacias accedentem ad ordines esse confirmandũ (cum hoc sit baptismi: art. 3.) Quia (ly de congruitate characteres &c.) omnis perfectio, per quam aliquis redditur idoneus ad executionem ordinis, de congruitate requirit ante id & nudum de illis est, ut accedens ad ordines sit confirmatus.

1m de maiori

Sicut medius præsupponit primum, ita ultimum præsupponit medium. & Sed non eodẽ modo. S. Aliud est enim locum de præsupponere simili modo: aliud est de præsupposito eodem. Tunc enim hæc. Licet enim character confirmationis præsupponat baptismalem modo necessario, vt asseritur tamen esse ordinis non necessario, sed congruenti, solum præsupponit illum confirmationis. Ratio fundamentalis horũ in textu dicitur quia scilicet diuersa est habitudo primi ad medium, baptismi ad confirmationem, & modi ad ordinem. Confirmatio ad ordinem. Baptismus enim concurrit in ratione suscepti respectu confirmationis: confirmatio autẽ, nõ in ratione huius.

2m de maiori

Dicunt. & de congruo non de necessitate. § Tunc nihil &c. ut patet ex dictis in conclusione cum probatione sua.

¶NOT. Ex eo, q̃ conferentes sacramentum ordinis in virtute alterius, scilicet Christi, cuius ministri sunt, operantur: consequens est, ut ipsi etiam si non sint confirmati, possint confirmare alios dicit & non baptizati possunt alios baptizare. Similiter tanquam per quandam proportionem adaptando, quia illi, qui suscipiunt ordines, constituuntur super alios tanquam eruditores aliorum, & administratores sacramentorum: ideò non est necesse, quòd sint confirmati. Ad communicandum enim eruditionem, & sacramenta non requiritur necessariò, q̃ quis habeat sacramentum confirmationis in re: sed sufficit, quòd habeat scientiam, & potestatem. Tale quid docetur supra. q. 19. ar. 6. nota. & 2. post ad primum, & in appen. ubi statuitur quòd Prælati etiam mali non amittunt potestatem. Vide ibi: vnde etiam non confirmatos posse confirmare alios, tanquam ἀπαιλὶ inferre poteris.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ character ordinis p̃supponat characterem confirmationis.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd præsupponat de necessitate characterem confirmationis: quia in his, quæ sunt ordinata ad inuicem, sicut medium præsupponit primum, ita ultimum præsupponit medium, sed character confirmationis præsupponit baptismalem quasi primum, ergo character ordinis præsupponit characterem confirmationi, quasi medium.

¶2 Præt. Qui ad alios confirmãdos ponuntur, maxime h debẽt esse firmi: sed illi, qui sacramentum ordinis suscipiũt, sunt aliorum cõfirmatores, ergo ipsi maxime debent habere sacramentum confirmationis

SED CONTRA, Apostoli receperunt potestatem ordinis ante Ascensionem, Ioan. 20. ubi dictum est. Accipite Spiritũ sanctum: sed confirmati sunt post Ascensionem per aduẽtum Spiritussancti, ergo non præsupponit confirmationem.

RESPONDEO, Dicendum, q̃ ad susceptionem, ordinis prꝛexigitur aliquid quasi de necessitate sacramenti, & aliquid de cõgruitate. De necessitate enim sacramenti exigitur, quòd ille, qui accedit ad ordines, sit susceptiuus, quod competit ei per baptismum, & ideo character baptismalis præsupponitur de necessitate sacramẽti, ita quòd sine eo sacramentum ordinis cõferri non potest: sed de congruitate requiritur omnis perfectio per quam aliquis reddatur idoneus ad exequutionem ordinis, & unũ de illis est, ut sit cõfirmatus, & ideo de congruitate character ordinis characterem confirmationis præsupponit, & nõ de necessitate.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd non est similis habitudo huius medij ad ultimum, & primi ad medium, quia per characterem baptismalem fit homo susceptiuus sacramenti confirmationis, non autem per sacramentum confirmationis fit susceptiuus sacramenti ordinis, & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd illa ratio procedit de idoneitate quantum ad congruitatem.

ARTICVLVS V.

Vtrum character unius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius ordinis.

AD QVINTVM sic procedi-
tur. Videtur quòd character unius ordinis præsuppo-

per ly quorum remiseritis peccata, remittuntur; &c. Et confirmationem receperunt post Ascensionem Christi, in die penthecostes, quãdo scilicet indutí sunt virtute ex alto Luc. 24. K Monstratur ergo ex ipsa textura Euangelij quòd ordo conferri potest etiam non confirmato. Inuenatum uerò est id secundum, videlicet quòd character de congruitate &c. à Concil. Triden. sess. 23. cap. 4. de refor. Prima tonsura non initientur qui sacramentum confirmationis non susceperint. Hæc ibi. Prima autem tonsura datur ante collationem ordinum.

Secundò habes quomodo per rationem prædictã patrum in Euangeliorum, pro quanto characterem confirmationis non necessariò, sed de congruo præexigi insinuant susceptioni ordinis, & intelligas, & prones, atq; defendas.

Tertiò audes quomodo ex 13s vicissim Angelica doctrina præsens & declaretur, & consolidetur.

QVÆST. XXXV. ART. V.

CONCL. 1ª. Non est de necessitate superiorum ordinum, q̃ aliquis minores ordines prius habeat. 144

Corollarium. Ergo hic est inclusa responsio verbalis ad titulum: quæ

I Vtil. p 8. Eccles. ad &c.

quæ est hæc. Character unius ordinis non de necessitate præsupponit characterem alterius.

¶Examen. Ly non de necessitate. Scilicet sacramentũ nõ præcepti. Peccaret siquidem suscipiens aliquem ordinem superiorem antequam susperet inferiorem (quod dicunt, ordinari per saltum:) sed tamen consequeretur characterem superioris.

¶Ly superiorũ ordinum. Scilicet siue sacrorum, siue nõ sacrorum. Non enim solus ius is dicitur ordinari per saltum qui suscipit aliquem sacrorum non seruato ordine, puta sacerdotiũ ante diaconatum, uel diaconatum ante subdiaconatum; sed ẽt q̃ suscipit aliquem non sacrum prætermisso ordine, puta Acolytatum ante lectoratum: & de omnibus his casibus intendit textus p ly superiorum ordinum. Consequenter igitur per ly minores ordines, non intendit ordines nõ sacros ũi qui communiter dicũtur quatuor minores sed etiam ordines sacros dempto sacerdotio.

In decr. h. q. 11. 29. Tuq; liq.

¶PROB. 1. Quia potestates ipsorum ordinum sunt distinctæ, & una, quantum est de sui rõne, nõ requirit de necessitate aliã in eodẽ subiecto. Quia primitiua ecclesia p suum factum id monstraun (cõ tunc aliqui ordinarentur in presbiteros inferiorib. ordinibus non præsuppositis) 3. Quia canones Romanorum Pontificum id ostendũt (ordinatos per saltum non statuunt reordinari, sed tantum ordinẽ omissum supplerí.

¶Exam. Ly in primitiua ecclesia aliq ordinabantur in psbyteros, q̃ prius &c. Tunc id fiebat quasi ex necessitate: propter. s. paucitatem ministrorũ. Vnde q̃ quotidie celebrabat Missã. Nec tamen sic uniuersaliter factum fuit in primitiua ecclesia; quod textus designauit per ly aliqui. Quasi dicatur non omnes, neque in omni loco, neque omni tempore, primitiuæ ecclesiæ sic ordinabantur. Hic sensus D. Thomæ, confirmatur ex concil. vi. sess. 23. c. 17. de refor.

CONCL. 2ª. Per constitutionem ecclesiæ determinatum est, q̃ ad maiores ordines se non ingerat, qui prius in minoribus officijs se non humiliauit.

¶NOT. Et sic diximus in exam. primo, esse de necessitate præcepti seruare ordinem in suscipiendis ordinibus.

¶Examen. Ly minoribus officijs. Scilicet ex officio, seu ex præfixa sua exercitatia. Pôt. n. quis legere epistolam, & non ex officio, acolytatus officium exequi, & non ex officio uti subdiaconi quique præsupposita ministrorum legentes epistolam sine manipulo, quasi ostendentes per carentiam manipuli, q̃ officium tale exequuntur non ex officio, & ut nondũ minoribus ordinibus iuuati pro acolyto officium exercentes. De his igitur non intẽdit

A conclusio sed (ut diximus) de talia officia exequentibus ex officio quo, to ordinem talibus officijs correspondentem habentibus.

¶NOT. Quòd uero sic intelligatur (ut dixit hoc exam.) constat tutio Ecclesiæ. & per consequens ista 2ª. conclusio, patet ex Cõcil. Trid. sequenti. 23. Ecclesiam totam repræsentante. Inquit ergo sess. 23. c. 17. de refor. Vt sanctorũ ordinũ à diaconatu ad ostiariatũ functiones ab Apostolorũ sporibus in ecclesia laudabiliter receptæ, & plurib. in locis aliquandiu intermissæ, eõsilio iuxta sacros canones renouentur; ne ab hac retenta, tãq; otiosæ, traducant, illius pristini moris (ut limẽdi desiderio Flagrãs sancta synodus, decernit ut in posterum huiũmodi ministeria nõ, nisi p̃ constitutos in dictis ordinib. exercẽtur, omnesq; & singulos Prælatos ecclesiarum in dño hortatur, & illis præcipit, ut quantũ fieri cõmodè poterit in ecclesijs cathedralibus, collegiatis, & parochialibus tuæ diœcesis, si populus frequens, & ecclesiæ prouentus id ferre queant, hmõi functiones curent restituendas; & ex aliqua parte reddituum aliquorũ simpliciũ beneficiorũ, seu fabricæ ecclesiæ si prouentus supperint, aut urrinsq; illorũ, eas functiones exercendas stipẽdia assignent iuxta quibus, si negligentes fuerint, ordinarij iudicio, aut ex parte molestari, aut ipsorũ priuari possint. Quòd si in ministerijs quatuor minorũ ordinũ exercendis Clerici cõiuges præsertim nõ erunt sufficiẽs possint & coniugati, uitæ honestæ, dũmodo nõ bigami ad ea munia obeunda idonei, & q̃ constantiam, & habeatur clerici cale ecclesia gesserẽt. Hæc ibi. Vbi et videre cõfirmati sensũ sanctorum doctorũ, q̃ non ordines neque in omni loco, neque in omni tempore, primitiuæ ecclesiæ sic ordinabantur &c. explicatum in exam. mox post prob. concl. 1. Vide tu.

Ordinũ singulorũ usus ante apostolorũ in S. Ecclesia.

Conel. p 4 in decr. D. 52.

† in decretali in ar. Sed cõtra cita.

¶PROB. Quia, ut clarã, præsupponitur.

¶NOT. De hac claritate vide appen. sequen.

1m de minori. Conueniẽtia. & secundũ similitudinẽ speciei non secundum proportionẽ potentiæ ad actum. §. Tunc nihil &c. Non n. unus ordo respectu alterius dicit potentiam passiuam necessariam, cum unus possit esse sine altero: qualem tamen potentiam dicit pabulinus re specie ordinitur in articulo tertio.

2m de minori. Gradum. & in eodem motu, seu in eadem actione, occurrentes: non autem in diuersis rebus. §. Tunc nihil &c. Licet n. ordines sint gradus (ut argitur) non sunt tamen similes gradibus existentib. in uno motu, sed in diuersis reb. & exempla hic ex notato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶Primò quòd per rõnem ostendat meritũ a summis Pontificib. & concilijs insinuatũ esse, & q̃ quis non ordinetur per saltum, & q̃ hoc non sit de necessitate sacramenti. Insinuatum autẽ est id à Concilio Sardicensi can. vij. Ossius Episcopus dixit. Hoc quoq; necessarium existimo ut cum omni cura & diligentia examineñ ut hiquis diues, uel ex foro scholasticus, Episcopus fieri dignus habeat, non prius constituatur, quàm lectoris, & diaconi, & presbiteri ministerium peregerimus in unoquoque gradu si dignus existimatus fuerit, ad Episcopatus fastigiũ per progressionẽ possit ascendere &c. Omnia dixerunt ipsis placere, & omnino non oportere ea subuertere. Hæcibi. Vbi Ossius per ly lectoris omnes minores ordines, sicut & per ly diaconi, subdiaconũ & cointelligit. In cuius signum uniuersaliter subdit ly in unoquoque gradu, ordinum aut gradus ẽ septiformis, etiam à sapore Apostolorum. Item à Zosimo Papa in epist. ad Hesych. ũ Salonitanum Episcopũ. Hoc aũt spliter & sub successoribus nostris, & nuper à nobis interdictum confirmat &c. quo peninus, contra patrum præceptum, qui ecclesiasticis disciplinis imbutos per ordinem nõ fuisse, neq; aliquã sum mum ecclesiæ sacerdotium aspirare prætumpserit & ministerium in eo amb tio inefficax haberetur, nerũ etiam in ordinatores eius ut careret eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrũ erediderãt psumendum. Hæ ibi. Ité à B. Gregorio Magno in epist. 110. Etherio Lugdunensi Episcopo an. 2. Ordinate ergo ad ordines accedendũ ẽ. Nam catum appetit q̃ ad summa loci fastigia postponus gradibus per abrupta quærit assensum. Hæ ibi. Item à synodo apud D. Medardum. Ostensum est in eodem ex Concilio Sardicensi c. 9. & ex alijs concilijs, ac decretis, damnationis scripturæ eundem canonicam formam eundem Episcopum nihil de illius ordinatione attigisse, sed qui salu, sine gradu diaconi, ad sacerdotium profiliret, in degradationem debitũ resilire debere. Hæcibi. Quæ intelligas de rigore iuris. Nãde dispensatione ex clementia, dic, ut in sequentib. Ité ab Alexandro secundo ad Crimaldũ Constantinensẽ Epm. Solicitudo dilectionis tuæ studuit nos suscitare, ut tũ portator istarũ litterarum diaconatus, & sibi tecatus Tho. ubi sup. art. 3. flat &c. contra Conc. Tri. sess. 23. de refor. c. 5. ¶Aug. li. 5. cõtra Pet. c. 54. & 55 to. 7. & in Cõc. Cart. 4. c. 31.

Gregorius de salu saltem in elusiuè loquit. ẽ hmõi fit contra mores, anne.

QVAESTIO XXXVI.

De qualitate suscipientium, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de qualitate susciepientium hoc sacramentum.

Circa quod quæruntur quinq;.

Primo, Vtrum in suscipientibus hoc sacramentum requiratur bonitas vitæ.

Secundo; Vtrum requiratur scientia totius sacræ Scripturæ.

Tertio, Vtrum ex ipso merito vitæ aliquis ordinis gradus consequatur.

Quarto, Vtrum promouens indignos ad ordinem peccet.

Quinto, Vtrum aliquis peccator existens possit sine peccato ordine suscepto uti.

ARTICVLVS I.

Vtrum in susciepientibus ordinem requiratur bonitas vitæ.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur q̃ in suscipientib. ordines non requiratur bonitas vitæ * quia per ordinem aliquis ordinatur ad dispẽsationem sacramentorum, sed sacramenta possunt dispensari à bonis, & malis, b ergo non requiritur bona vita.

¶2 Præt. Non est maius ministerium quod Deo in sacramentis exhibetur, quàm quod ipsi corporaliter adhibeatur, sed à ministerio ipsius corporali non repulit Dominus mulierem peccatricem, & infamem, ut patet Luc. 7. ergo nec à ministerio eius in sacramentis tales sunt amouendi.

¶3 Præt. Per omnem gratiã datur aliquod remedium contra peccatum, sed illis, qui habent peccatum, non dẽt aliquod remedium denegari, q̃d eis ualere posset, cũ ergo in sacramento ordinis gratia conferatur, vt * q̃ debeat etiam peccatoribus hoc sacramentum dari.

SED CONTRA. Leu. 21. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offerat panes coram Domino, nec accedat ad ministerium eius; sed per maculam, (ut dicit Glos.) omne uitium intelligitur, ergo ille, qui est aliquo uitio irretitus, non debet ad ministerium ordinis adhiberi.

Præt. Hiero. dicit, q̃ non solum Episcopi, presbyteri, & diaconi, debent magnopere prouidere, ut conctum populum cui præsident, sermone, & conuersatione præcedant, uerum ẽt inferiores gradus, & omnes, qui diuino oraculo deseruiũt, & qa uehementer Ecclesiam Dei detruit meliores esse laicos, quia clericos, ergo in omnib. ordinibus requiritur sanctitas uitæ.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut Dionysius dicit; 1. c. 2. Eccl. Hier. ut subtiliores, & clariores essentię repletę influxu solariũ splẽdorũ, lumen in eis supereminẽs ad similitudinem Solis ad alia corpora inuehunt, sic in omni diuino non est audendum aliquis dux esse, nisi secundum omnem habitum suum factus deiformissimus, & Deo simillimus. Vnde cum in quolibet ordine aliquis constituatur dux alijs in rebus diuinis, quasi præsumptuosus, m mortaliter peccat, qui cũ conscientia peccati mortalis ad ordines accedit, n & iõ p sanctitas K uitæ requiritur ad ordinem de necessitate pcepti, sed non de necessitate sacramẽti. ¶Vsi malus ordinatur, nihilominus ordinẽ habet, o tñ cum peccato.

F officiũ iđoneus sit peragere, nec necẽ ad id ppostero cursu, sub diaconatus ordine postpositio, negligẽtia potius q̃ superbia, cognoscatur ascendisse. Vnde non consulendo eharitati nec mãdamus ut ab officio sacerdotali eum prohibeat, donec proximo quatuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sub imponas; & sic deincepo ad maiora ossi eis eum redire concedas. Hæc ibi; & recitantur distin. 52. Sed ab Innocentio Tertio ad Bononiẽsem ep scopum. Tuæ literæ &c. P. presbiter, diaconatus ordine p termisso, se fecit ad sacerdotij ordinem promoueri. Ipse ubi quoque secreto confessus est; se pro certo nescire, si rite saltiter se haberet. Sed ex quo boni utri hoc asserebãt, inter quos fuerat conuersatus, credebat assertioni eorum; eo q̃ tempore, quo ordines inferiores susceperat, infra annos discretionis fuerat cõstitutus ere Mandamus quatenus condignã pœnitentiam pro huius modi negligentia iniunctã eidem; qua peracta, quia non intelligitur iteratũ q̃d factum esse nescitur, ipsum in diaconum ordinari procuretes sic ex misericordia eundem ministrare permittas in ordine sacerdotis. Hæcibi et recitantur, decleper salt. prom.

¶ Secundò habes quomodo per rationem prædictã patriũ pro quanto ordinẽ superiorem non de necessitate sacramẽti, sed præcepti præponente inferiorem indicem, et intelligas et probes ot tuearis.

¶ Tertiò uides quomodo ex ijs ut cissim Thomistica doctrina præsentet declaretur et consolidetur.

QVAEST. XXXVI. ART. I. 241

¶ NOT. Ex ijs fibulis ad inuisibilia notmeipsos man A ducere debere. monstrat Dionisius in exemplo posito in textu quod totius probationis huius fundamentum est. Dicit ergo, q̃ corpora superiora, & si fuerint luciduora inferioribus non transmittunt lumen a sole participatum ad inferiora. Applica ad propositum: & hinc discas in aliis similibus procedere ad tui & aliorum eruditionem.

¶ Examen ly in quo libet ordine. f. etiã de minoribus. Ergo patet hinc quod (sup. dicebamus, uidelicet q̃ quilibet ordo ẽt minor dicit gradum, & facit consequẽter hominem talẽ, ut sic, superiorem ad omnes laicos.

*Deer. li. 1. tit. 15. c. 1

Quid sit esse præsumptuo sum, & quid præsumptuosum sit. Hinc col. ligitur.

¶ Examen. Ly constituitur Dux, scilicet ut in potentia saltem ducat alios. Non. n. ẽ necesse per hoc, q̃ quilibet ordinatus sit pastorchus, seu cutatus; sed sufficit, q̃, quãtũ ẽ ex ordine susceptio, posse ducere alios. i. dirigere in rebus diuinis.

AD SECVNDVM dicendum, quod illud ministerium erat tantũ in exequutione corporalis obsequij, quod etiam licite peccatores facere possunt. Secus autem de ministerio spirituali, ad quod applicantur ordinati, quia per ipsum efficiuntur medij inter Deum, & plebem, * & ideo debent de bona conscientia nitere quo ad Deum, & bona fama quo ad homines.

AD 3^m dicendum, quod aliquæ medicinæ sunt, quæ exigunt robur naturæ, aliàs cum periculo mortis assumuntur; & aliæ sunt, quæ debilibus dari possunt: ita etiam in spiritualibus, quędam sacramenta sunt ordinata ad remediũ peccati, & talia peccatoribus sunt exhibenda, sicut baptismus, & pœnitentia, illa uero, quæ perfectionem gratiæ conferunt, requirunt hominem per gratiam confortatum.

¶ NOT. Potuisset D. Thom. ẽt respondere, illa peccatrix narrata Luc. 7. quæ ad Christi obsequium corporale accessit, nõ erat illo tunc peccatrix (ut alibi declarat idem Sãctus) sed sic dicẽs nõ resoluisse uniuersaliter instantiã ab argũ intentum. Facilẽ .n. insurrexisset denuò argumẽtator q̃ instans: q̃ multi pharisæi (puta qui dolo eum inuitabãt ad rũ ducendũ,) existentes formaliter pẽitores, Christo ministerio corporali inseruiebant. Ideò, ut uniuersaliter quæcunq; similis tenoris instantias breui cłusione excludarem; præelegi, secundum rationem differentiæ inter corporale & spirituale obsequium, argumento huic respondere.

3^m de minori. Non debet aliquod remedium. &. ordinatum ad remediũ peccationon autem, præsupponens innocentiam in remedium receptorum. §. Tũc nihil &c. Licet enim per omnem gratiam detur aliquod remedium contra peccatum (ut arguitur:) tamen sicut in corporalibus aliquæ medicinæ sunt quę exigunt, &c. ut in textu.

¶ *Corollarium.* Ex his ergo patet ratio huiusmodi differentiæ. quare. f. peccatores etiam magni, laudabiliter accedunt ad cõfessionem; & ad Eucharistię sacramentum non laudabiliter, nisi innocentiam ad altare portantes.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶Primo: quomodo per rationem ostendat, meritò esse inſinuatum, & requiritur bonitas vitæ in accedente ad ordinem, tum a scripturis, tum a Pontificib. summis. A scripturis quidem ad Tim. 1. conſtituas per ciuitates præsbyteros, licet dispositionibus, si quis sine crimine est, &c. Item, Apostolos inter alias conditiones ordinandorum, hanc uult ẽ primam, quod. f. sint sine crimine. i. sine mortali peccato. Item Io. 13. vbi laudantur pedes Apostolorum antequam sacerdotium conferatur eis. Item Leuit. 21. Homo qui habuerit maculam nõ offerat panes Deo suo, nec accedat ad ministeriũ eius. Si cæcus, si claudus, si uel paruo, uel grandi, uel torto naso, si fractope de, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginẽ in oculo si ingẽ scabiẽ habuerit, si impetiginem in corpore, uel hernioſus. hæc Leu. igitur dic, ut supr. Nam in figura omnia contingebant illis. 1. Co. 10. & consequenter habens maculam intelligebatur ille, q̃ alicui pẽccato mortali subiacebat. Proh dolor habuimur ergo a ministerio. i. abordine (loquẽdo in ppositio) cæcus. i. ignorans (sic quo ad sc. fe.) claudus. i. inſtabilis in pposito non procedẽs; malo passo, grãdi, uel torto. i. indiseretus plus uel minus, aut prauus contra legẽ exercẽs; fracto pede, uel manu. i. nolens bene operari, uel procedere in uirtutibus, gibbus ante, uel retrò. i. amator superfluus terrenorũ, lippus. i. ingeniũ obscuratũ hãs p carnalẽ affectionem (nã lippitudo contingit ex fluxu humoris,) his albuginem in oculo. i. præsumptionẽ cædoris iustitiæ in sua cogitatione, uel ingẽ scabiẽ. i. pruritũ carnis, uel impetiginem (hæc sine dolore corpus occupat, & mẽbrorũ decorem fædat) i. auaritiam, hernioſus, uel ponderoſus. i. gestãs pondus superfluitatis in corde, licet non exerceat in opere. Hæc ex 1. 2. q. 102. a. 5. ad 10. Ité a Conc. Carthag. 5. c. 22. vt nullus ordinetur clericus, nisi probatus, uel ejus rei examine, uel populi testimonio. Hæc ibi. & recitatur dist. 24. Nullus clericorũ. De ista uerò probatione loquens simul & declarans Conc. Trid. sess. 23. c. 5. de refor. sic ait. Ad minores ordines promouendi bonum a parocho, & a magistro scholæ, in qua educantur testimonium habeant. Iij uerò qui ad singulos maiores erunt assumendi per mensem ante ordinationem episcopum adeant, qui parocho

Vtil. p. S. Eccl. &c.

Probatur maior ad maiores requiriẽ quam ad minores.

anne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut alteri, cui magis expedire uidebitur, committant nominib. F ad desiderio eorum, qui uolunt promoueri, publicè in ecclesia propositis, de ipsarum ordinandorum natalibus, ætate, moribꝰ, & uita, à fide dignis diligenter inquirat, & literas testimoniales, ipsamq; inquisitionem factam commendet, ad ipsum Episcopũ, quam primũ transmittat. Hæc ibi, & cap. 7. Episcopus autẽ sacer dotibus, & aliis prudentibus uiris, peritis diuinæ legis, ac in ecclesiasticis sanctionib. exercitatis, sibi associtis, ordinandorũ genus, personam, ætatem; institutionem, mores, doctrinam, & fidem, diligenter inuestigei, & examines.

Hæc ibi. Quæ etiã pro art. 2. & 4. aliqualiter facianꝰ & ea 8. Vnusquisque a proprio Episcopo ordinetur.

Quod si quis ab alio promoueri pecuniæ fauorisue id ei, cui cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, uel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus, permittatur: nisi eius probitas, ac mores, ordinarii sui testimonio commendentur. Si secus fiat ordinãs a collatione ordinum per annũ, & ordinatus a fusceptorum ordinũ executione, quandiu proprio ordinario uidebitur expedire, sit suspensus. Hæc ibi. Ité à Stephano 1. Papa ep. 2. ad Hidatium Epm. Quod uerò consului sti iisdem Apostolicè qui ad gradus ecclesiasticos non sunt admittendi pro authoritate sedis apostolicæ te informare non denegamus. Hactenus.

* Mag li. 1. ep. 24. 11. D. gos, omnes capitalib. & hi 3 De crimin bus ir retitos, ere. d. 25. sepulchrorum violato. 2. ex lij tores, Apostolorum, do. in ep. atque successorũ eo ad Ludif. rum, reliquorumque Qui non patrum statuta liben debẽt or- ter uiolantes; omnes dinari. qui aduersus patres suos armãtur, qui in omni mundo infamia notantur, incestuosos, homicidas, periuros, raptores, malefactos, nenefcos, adulteros, debent studiosè cauere, & qui indigna sibi putant loca tenere, aut facultates ecclesiæ abstrahunt minuũt, & qui fratres calumniantur, aut accusant & non probant; uel qui contra innocentes principũ animos ad iracundiam prouocant, & omnes anathematizatos, uel pro suis scelleribus ab ecclesia pulsos; & omnes quos ecclesiasticæ uel seculi leges infames pronunciant: hos omnes ad sacros ordines non licet promouere, nec seruos antè legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos qui curiæ deseruiunt, uel qui non sunt integri corpore; aut sanam non habent mentem, uel intellectum; aut inobedientes sanctorum decretis existunt; aut furiosi manifestantur. Hæc ibi. Quæ etiam pro 4. 30. 2. 3. 4. & 6. aliqualiter facianꝰ.

¶ Secundò habet: quomodo per rationem prędictã patrũ & scripturarum, pro quanto bonitas istarum uitæ præquiri ad ordines de necessitate præcepti decernatur, & intelligas, & probes, & tuearis. *concl.*

¶ Tertiò uides quo modo ex iis uiciũ sim Angelica doctrina p̃sens, & declaratur, & confolidetur. *concl.* 1

ARTICVLVS II.

Vtrum requiratur scientia totius sacræ scripturæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod G requiratur scientia totius sacrę scripturæ: quia ille debet habere h legis scientiam a cuius ore lex requiritur, sed legem requirunt de ore sacerdotis, ut patet Malach. secundo. ergo ipse debet legis totius habere scientiam.

¶ 2 Præterea Primæ Petr. 1. Parati omni poscenti uos h ad satisfaciendum de ea, quæ in uobis est, fide, & spe: sed H reddere de his rationem, quæ sunt fidei, & spei, est illorum, qui perfectam scientiam sacrarum Scripturarum habent, ergo talem scientiam debent habere illi, qui ponuntur in ordinibus, quibus uerba prædicta dicuntur.

¶ 3 Præterea. Nullus h congrue legit quod non intelligit, quia legere, & non intelligere negligere est, ut dicit I Cato. Sed ad lectores, qui est quasi infimus ordo, pertinet legere uetus Testamentum, vt in litera dicitur, * ergo ad eos pertinet habere totius veteris Testamenti intellectum, & multo fortius ad alios superiores ordines.

SED CONTRA est, quod multi promouentur ad sacerdotium, qui penitus de talibus nihil sciunt, etiam in religionibus multis, ergo uidetur quod talis scientia non requiratur. K

Præterea. In vitis patrum legitur, aliquos simplices monachos ad sacerdotium promotos, qui erant sanctissimæ uitæ, ergo non requiritur præ-

dicta scientia in ordinandis.

RESPONDEO, Dicendum, quod in quolibet actu hominis, si debet esse ordinatus, oportet quod adsit directio rationis, unde m ad hoc quod ordinis officium exequatur, oportet, quod habeat tantum de scientia, quę sufficiat ad hoc quod dirigatur in actum ordinis illius, n & ideo p etiam talis scientia requiritur in eo, qui debet ad ordines promoueri, & non quod uniuersaliter in tota Scriptura sit instructus, sed plus, uel minus secundum quod ad plura, uel pauciora se eius officium extendit, q ut scilicet illi, qui aliis præponuntur, curã animarum suscipientes, sciant, quæ ad exequutionem sui ordinis spectant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sacerdos habet duos actus, unum principalem supra corpus Christi uerum, & alium secundarium supra corpus Christi mysticum, secundus autem actus dependet à primo, sed non conuertitur, & ideo aliqui ad sacerdotium promouentur, quibus committitur primus actus tantum, sicut religiosi, quibus cura animarum non committitur, & à talium ore lex non requiritur, sed solùm quod sacramenta confeciant, & ideo talibus sufficit si tantum de scientia habeant, quod ea, quæ ad sacramentum perficiendum spectant, rite seruare possint. Alii autem promouentur ad alium actum, qui est supra corpus mysticum, & a talium ore populus legem requirit, unde scientia legis in eis debet esse, non quidem ut sciant omnes difficiles quæstiones, quia in his debet ad superiores recursus haberi, sed ut sciant, ea, quæ populus debet credere, & obseruare de lege. Sed ad superiores sacerdotes, scilicet Episcopos pertinet ut etiam ea, quæ difficultatem in lege facere possunt, sciant, & tanto magis quanto in maiori gradu collocantur.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio reddenda de fide, & spe, non est intelligenda talis, quæ sufficiat ad probandum, quę fidei, uel spei sunt, B cum utrumque de inuisibilibus sit; sed ut sciant in communi probabilitatem, utriusque ostendere, ad quod non requiritur multum magna scientia.

AD TERTIVM dicendum, quod ad lectorem non pertinet tradere intellectum sacræ Scripturæ populo, quia hoc est superiorum ordinum, sed solum pronuntiare, & ideo ab eo non exigitur, quod habeat tantum de scientia, qua sacram Scripturam intelligat, sed solum quod recte pronuntiare sciat, & quia tali scientia de facili adsciscitur a multis, ideo probabiliter æstimari potest, quod ordinatus talem scientiam acquirat, si etiam tunc eam non habeat, maxime si in uia ad hoc esse uideatur.

Præsumptio qd sit.

¶ *Corollarium.* Ergo Malachias intelligit proprie de sacerdotibus parochialibus, i. qui habent curã animarum. Ostendere nũquę uultꝰ, præsumptionis peccatum est, uelle medicare alas illum facei dotem, qui nescius est sacrarũ literarum, quãtum ad ea, quæ populus sibi subiectus debet credere, & obseruare de lege. Sicut & præsumptionis peccatũ esset in illo, qui ignorans medicinã uellet medicare corpora. Præsumptio. n. est; qua homo interiore, uel exteriore actu aggreditur opus sui facultatem excedens, qua si non excedat; sed sit sibi commensuratum. Maior tñ præsumptio, quàm medici corporalis: esset illa quæ contra authoritatẽ Malachiæ militaret; cum ars artium sit regimen animarum.

¶ NOT. Docet S. Thom. in doctrina ista ad primum; qualiter, seu quomodo examinandi sunt accedentes ad ordinem sacerdotalem similiter & accedentes ad recipiendum curam animarũ; nec C non & accedentes ad suscipiendum Episcopatum. In omnibus his, & aliis ordinibus, uel similibus, habendum esse innuit, pro fine officium, ad quod tales tunc manipantur, & secundum illud examen est dirigendum; quandoquidem a fine diriguntur, & ordinantur, seu regulantur ea, quæ sunt ad finem.

Modꝰ examinandi quosdam que &c.

2m ex 1. Petr. 1. Ad satisfaciendũ. &c. ostendendo in communi probabilitatem utriusq. D rationem credibilium & sperandorum; non autem probando sufficienter. §. Tunc nihil &c. Nam reddere rationem de his, quæ sunt fidei, & spei, ostendendo in communi probabilitatem utriusq. non requirit, cum aldemagnam scripturarum scientiam: ut in tex.

¶ NOT. Quòd non possit, neque debeat attentari redde ratio sufficienter probans ea, quæ sunt fidei, docet D. Thom. 1. part. q. 33. ar. 1. corp. ubi loquens de trinitate personarum diminarum, & consequenter per quandam proportionem etiam de aliis credibilibus similia intendens, inquit. Qui autem probare nititur E trinitatem personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primò quidem, quantum ad dignitatem ipsius fidei; quæ est ut ea de rebus inuisibilibus, quæ rationem humanã excedũt, sit de Apostolis dicit ad Hebr. 11. q. fides est de non apparentibus; & 2. Cor. 2. q. sapientia, quam loquimur inter perfectos in mysterio est abscondita. Secundo quantum ad utilitatem trahendi alios ad fidem eorum, n. aliquis ad probandam fidem inducit rationes, quæ non sunt cogentes, exinde in irrisionem infidelium. Credũt enim homines nos ideo inniti rationibus inanibus, & propter eas credamus. Quæ igitur sunt fides, non sunt tentanda probare, nisi per authoritates (scilicet sacræ scripturæ. 1. par. q. 1. ar. 8. corp.) his, qui authoritates suscipiunt. Apud alios uerò sufficit defendere non esse impossibile, quod fides prædicat. Vnde Dionisius ait 2. cap. de Diuinis nominib. Si aliquis est, qui totaliter eloquia (scilicet sacræ scripturæ) rehsilit, longè erit a nostra philosophia. Si autem ad ueritatem eloquiorum sacrorum respiciuhoc & nos eatione utimur. Et 1. par. q. 1. ar. 8. dicitur. Sacra scriptura, cum non habeat F superiorem, disputat contra negantem sua principia; si aduersarius aliquid concedat eorum, quæ per diuinam reuelationem habentur, licet per authoritates sacræ scripturæ disputamus cõtra hæreticos, & per unum articulum contra negantes alium. Si uerò aduersarius nihil credat eorum, quæ diuinitus reuelantur, non remanet amplius uia ad probandum articulos fidei, per rationem, sed ad soluendum rationes, si quas inducit cõtra fidem. Cum enim fides infallibili ueritati innitatur, impossibile autem sit, de uero demonstrari contrarium manifestum est, probationes, quæ contra fidem inducuntur non esse demonstrationes, sed solubilia argumenta. Hæc ibi. Hoc ultimum dictum de solubilitate argumentorum omnium contra fidem, confirmatur a Leone Decimo Sacro Concilio Lateranensi approbante sessione octaua.

Modus probãdi, & disputandi, circa credibilia a prædicatoribus, & doctoribus, necessitate sit per & ubique, prudentissimè seruanda.

3m de maiori. Congruè legit, &c. sic, ut intellectũ rei lectæ tradat alteri: non, ut solus recte pronunciare sciat. §. Tunc nihil &c. Licet enim illius legere & non intelligere sit negligere, quia uult in tell gentiam lectionis alteri tradere (ut argumentur ex Catone:) tamen illius legere non est negligere, q recte scit tantum pronunciare lectionem, si non ordinat eam, ad explicandum eius intelligentiam alteri (ut est in proposito de lectoribus.)

¶ *Corollarium.* Ergo Legere de lectura ueteris testamenti, quæ pertinet ad citer. ordinem lectorum, non coincidit cum illa, de qua dicit Apostolus ad Thimot. attende tibi & lectioni. Ergo si Sacerdos, uel Episcopus uel etiam aliquis in sacris constitutus, sciret legere eo modo tantum, quo conuenit lectoribus ordinatis non satisfaceret officio suo, nec esset quis dignus ad ordines, uel sacerdotii, uel etiam maiores, propter huiusmodi scientiæ defectum.

¶ Examen. Ly probabiliter æstimari potest, &c. Scilicet loquendo de scientia, quæ de facili addiscitur, & a multis. Ad differentiam illius scientiæ, quæ uel non de facili addiscitur, uel non a multis; sed solum ab aliquibus per spiciatioris ingenii. Hæc examinasse innuit, ne aliquis minus exactè ponderans uerba Sancti Doctoris, indignos ex defectu scientiæ ordini, quem petit, non correspondentis admittat ad ordinationem; grossam conscientiam faciendo prætextu uerborum horum. D. Thom. se quasi palpando. Talis generis, de quo intendit hic tera, est adeptio grammaticæ ita, ut sciat quis expedite legere. Non autem omnis scientia, quæ ad ordines requiritur est tantæ facilitatis: ut de facili addiscatur a multis; licet a studiosis aliquibus, & bene otio literario uacantibus. His etiam adiectis, ne fallaris: q multi, qui ad ordines accedunt, deficientes in literis sibi propotionaliter ad ordines necessariis recurrunt ad hoc dicentes, se esse in uia ad addiscendum; monetes & maria (ut aiunt) promittentes, dummodo possint ordine consequi quicquid tamen possea (ut experti est) non stant promissis. Litera itaque D. Thom. sana est, & si recte intelligatur, practicabilis.

APPENDIX.

EX articulo hẽs. ¶ Primò quomodo per rationem tanquã in radice, excludas errorem Iterici (Prat. Licinius Imperator Quintus, literarum penitus ignarus) dicentis; literæ appellandę sunt uirtutes pestis. Nec mirum cum illorum esset tam infelix omninò, ut nè decretis quidem subscribere posset. Item errorem Quintini (Prat. Quintinus 4.) dicentis, literas esse abiiciendas, & spiritum uiuificantem sequendum. Sub prætextu enim huius secundi boni (si tamen per hoc ipse bonum intendebat) illum errorem primum de literis abiiciendis amplectebatur. Item errorem Iuliani Imperatoris apostatæ (qui habetur ex Nicephoro historiæ ecclesiast. ex lib. 10. cap. 32. & Ruffin. ibidem ca. 38 & 39.) dicentis; studia liberalia inuentui Christiana interdicenda. Hoc instituit Iulianus ipse apostata (quem quidam, proh dolor, utinam non sequerentur:) nè Christiani, dicta sua ratione fulti amplificando uanam eius religionem rellerent. Sic & Pharao mares interfici iussit; nè quando oppugnaretur, & expugnaretur abilis.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem ostendas hos merito damnari a Concilio Toletano uti recitatur distinctio. 38. Canon. primo. dicente. Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè sacerdotibus Dei, cauenda est, qui docendi officium in populo Dei susceperunt. Sacerdotes legere sanctas admonemur scripturas Paulo Apostolo dicente ad Timotheum. Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ, & semper permane in his. Sciant ergo sacerdotes sanctas scripturas, & canones: & omne opus eorum in prædicatione, & doctrina.

Vitl. p. 5 Eccl. &c.

Fabritius corũ stoquidam, dia scola stica dãnantium

Mater est horumer torũ fugienda & cõtrariũ amplectendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scina confilat, atque ædificent cunctos, tam fidei scientia, quã operum disciplina. Hæc ibi. Item Leo Papa Episcopis Constantinopolit. Si in laicis videtur intolerabilis insania: quanto magis in his, qui præsunt, nec excusatione est digna, nec venia? Hæc ille: & recitantur di. 38. Isé a scripturis. 1. Cor. 14. Ignorãs, ignorabit. Hoc est, exponente B. Greg. Papa I. moralib. Qui ea, quæ Dei sũt, sapunt, a deo sapiũtur, & qui ea quæ Dei sunt nescíunt, a deo nescíũt & q ea, stante qui ait, Si quis ignorat, ignorabitur. Hæc ille: & recitatur dist. 38. Item 1. Cor. 2. Christum Dei virtutem & Dei sapientiã. Hoc est, exponãte B. Hieronymo in Esaiã: ut recitatur dist. 38. Si, iuxta Apostolum Paulum, Christus Dei virtus est, & Dei sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam, scripturarũ ignorantia, Christi ẽ ignorantia. Hæc ibi. Item a Daniel 12. Quidocti fuerint, fulgebunt quasi splẽdor firmamẽti; & qui ad iustitiam eruditunt multos, quasi stellæ perpetuæ æternitates. (Ergo ut Zeferinus Papa ait: & recitatur dist. 38.) sicut stellas cœli non extinguit nox: sic mentes fidelium, & inhærentes firmamento sanctæ scripturæ non obscurat mundana iniquitas. Hæc ibi. Item a & c. ut 1. par q. 117. a. 1. app. & q. 1. a. 5. app. & q. 32. ar. 2. q. 40. ar. 1. & q. 95. ar. 1. appen.

*ho. 43. & Matth. in oper. imperf. non procu. a prin. 1. 1. c. 4. p. 3 in ti. contemplatio. circa med. illi.

Articvlvs III.

Verum ex merito vitæ aliquis gradus ordinis consequatur.

Ad tertivm sic procedi tur. Videtur, quod ex ipso merito uitæ aliquis ordinis gradus consequatur. Quia sicut dicit Chrysostomus, * non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos b est, sed ex merito uitę aliquis efficitur sanctus, ergo, & sacerdos, & multo fortius alios ordines habens.

¶ 2 Præterea. In rebus naturalibus ex hoc ipso aliqua in gradu superiori collocantur, q Deo appropinquant, & magis de eius bonitatibus participant, ut dicit Dion. 4. cap. Eccles. Hierarc. c sed ex merito sanctitatis, & scientię aliquis efficitur Deo propinquior, & plus de eius bonitatibus recipiens, b ergo ex hoc ipso in gradu ordinis collocatur.

Sed contra, Sanctitas semel habita potest amitti: sed ordo semel habitus, numquam amittitur, ergo ordo non confistit in ipso merito sanctitatis.

Respondeo Dicendum, quod causa debet esse proportionata suo effectui: & ideo sicut in Christo, a quo descendit gratia in omnes homines, oportet quod sit gratiæ plenitudo, ita m in ministris Ecclesię, quorum non est dare gratiam, sed gratiæ sacramenta, non constituitur gradus ordinis ex hoc q habent gratiam, sed ex hoc q participant aliquod gratię sacramentum n.

Ad primvm ergo dicendum, quod Chrysostomus accipit Sacerdotis nomen quantum ad rationem interpretationis, * secundum quod sacerdos idem est quod sacra dans. Sic enim quilibet iustus, inquantum sacra merita alicui in auxilium dat, sacerdotis interpretationem habet, non autem loquitur secundum nominis significationem. Est enim hoc nomen sacerdos institutum ad significandum eum, qui sacra dat in sacramentorum dispensatione.

prehendi) & ordinatores & ordinatos ultioni graui decernimus subiacere. Satius enim est, maximè in ordinatione sacerdotum, paucos bonos, quàm multos malos, habere ministros. Hæc ibi. & recitantur, de xtat. & qualitat. & ord. præf. Cum sit ars artium. Item ab Honorio 3. titul. eodem facto suo damnantur errores illi: dum ex defectu scientię deficit ià promotum, & sic. Quamuis &c. Quia episcopus. ca. confessus est coram nobis, se nunquam de grãmatica didicisse, nec eam legisse Donatum, & per euidentiam facti de illiteratura, & insufficientia sua constat, quod contra Deum esset & canonicas sãctiones, tantum in Episcopo tolerare defectum, ipsum a pontificalis officii executione & ab administratione Callinen. ecclesiæ penitus duximus amouẽdum. Hæc ibi. Item a papa Leone Decimo sacro approbat. Concil. Lateranense. session. octau. de studiis generalibus, pro electis. & sessione. nona. de liberalibus artib. pro pueris.

Notãdũ.

concil. mil.

¶ Quarto habetur quomodo per rationẽ prædicta patrum, & scripturarum, pro quanto scientiam debitam requiri dicunt in insuperpetib. ordinẽs, & intelligas, & probes, & defendas.

¶ Quinto uides: quomodo ex iis uicissim Angelica doctrina pius, & declaretur, & consolidetur.

*Vide totam q. 63. in 3. p. & q. 64. a. 1. corp.

Quæstio. XXXVI.

Art. III.

Conc. In ministris ecclesiæ, quorum non est dare gratiã, sed gratiæ sacramenta, non constituitur gradus ordinis ex hoc quod habent gratiam, sed ex hoc, q participant aliquod gratiæ sacramentum.

¶ Prob. Quia causa debet esse proportionata suo effectui, & è contra (ficut patet in Christo, ut in littera.)

¶ Not. Circa hanc materiam uide sup. q. 19. art. 4. textu, & eluci.

1m ex Chrisostomo. Sed omnis Sanctus sacerdos. Resi ly sacerdos sumatur quantum ad interpretationem nominis: non, quantum ad significationem eius. §. Tunc nihil, &c. Nos enim tractamus de sacerdote, quantum ad significationem nominis, non, præcisè, quantum ad interpretationem eius. Hoc est: consideramus hic sacerdotem quatenus sacra dat, non quomodocunque, puta spiritualiter merendo: sed hoc modo specificato, uidelicet, sacramenta ecclesiæ dispensando.

seruilis conditionis ad ordines promouere præsumas. Hæc ibi: & recitantur de ser. non ordinan. & eorum manumiss. Item à Concilio Toletano, De famulis ecclesiæ constituere præbiteros & diaconos per parochias licentia tamen ut antea manumissi tarum recipiant libertatis. Hæc illud ibidem. Ecce quòd etiam de seruis ecclesiæ intelligitur denegata promotio ad ordines cum conditione utili. Item à Gregorio IX. ad Archiepiscopum Neapolitanum. Dilectus filius C. diaconus pro posuit, quòd li. miles, ea occasione, quòd pater ipsius hominem seruum esse proponit (licet mater sua, cuius debet imitari conditionem, libera esse no scatur) ne promoueatur in præbiterũ impedire præsumit. Quocirca mãdamus: quatenus, si ubi constiterit de præmissis, eundem militem ab huiusmodi impedimento cessare compescas. Hæc illa & recitantur ibidem. Vbi nota: quòd filius patris serui tanquam, & matris liberæ, non indicatur seruus respectu ordinum suscipiẽdorum. Vide ibidem per multa capitula de materia hac.

¶ Secundò habes: quomodo prædicta patrum, pro quanto seruos non posse ad clericatum promoueri insinuant, & mulligas, & probes, & defendas.

¶ Tertiò videsne quo modo ex ijs uerissimis Angelica doctrina præsens & declaratur, & confoliditur.

QVÆST. XXXIX. ART. IIII.

CONCL. De necessitate præcepti est, quod non sit homicida, qui ad ordines promouetur, quamuis non sit de necessitate sacramenti.

¶ PROB. 1. Quia omnis minister debet cõformari Christo passo (cum omnia sacramenta referantur ad Eucharistiam) & homicida magis assimilatur occisoribus Christi, quàm Christo occiso: 2. Quia homicida maxime cõtrariatur paci, quæ per Christum passum facta est: 3. Quia (ly quamuis &c.) relinquitur tantẽ clarum.

1m illatio conclusionis. Ergo &c. ℟. negatur illatio. § Nam lex nouæ & ueteris non assimilatur in hoc cæteribus in textu.

2m de maiori. Propter actum uirtutis. ℟. inactus uirtutis est nõ ut occidat effundendo sanguinẽ. § Tunc nihil &c. Licet enim index declinando malefactorem committat actum uirtutis (ut arguitur) & propter hoc præcise non fiat irregularis tamen declinando illum, effundit sanguinem & propter hoc irregularitatem incurrit.

¶ NOT. Aduerte pro intelligentia terminorum textualium q irregularitas est inhabilitas ad ordines recipiendos uel ad ordinũ iam susceptorum executionem, ita q non potest irregularis nondũ ordinatus, sine dispensatione promoueri ad illos; nec iam ordinatus potest sine dispensatione exequi officia ordinum suorũ. Hæc aũt inhabilitas trahit formaliter ex effusione sanguinis; siuecilla effusio sit iusta, & consequenter actus uirtutis, siue iniusta, & consequenter actus uitij. Vnde patet, q irregularitas est pœna, quæ non semper incurritur propter culpam, licet semper incurratur iniuste. Vbi autem consistat ista iniustitia quando infligit pœna sine culpa in se quenti responsione cũ suis annexis dicetur.

Irregularitas q sit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum propter homicidium aliquis debeat ab ordinibus prohiberi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd propter homicidium aliquis nõ debet prohiberi à sacris ordinibus. Quia a ordines nostri sumpserunt initium à Leuitarũ officio, ut in præcedenti distinctione dictum est, sed Leuitæ conseeraverunt manus suas in sanguinis effusione fratrum suorum, ut patet Exodi. 2. b ergo, & in nouo testamento non debent aliqui ab assumptione ordinum prohiberi propter sanguinis effusionem.

¶ 2 Præterea, Propter actum b uirtutis nulli debet impediri ab aliquo sacramento, sed aliquando sanguis effunditur per iustitiam sicut à iudice, & peccaret habens officiũ, si nõ effunderet, ergo nõ impeditur propter hoc à sacramenti susceptione.

¶ 3 Præt. b Pœna non debetur nisi culpę, sed aliquis sine culpa quandoq; homicidium committit, sicut se defendendo, uel etiã casualiter, ergo non debet incurrere irregularitatis pœnam.

SED CONTRA hoc sunt plura Canonum statuta, & Ecclesiæ consuetudo.

RESPON. Dicendum, quòd omnes ordines referuntur ad Eucharistiæ sacramẽtum, quod est sacramentum pacis nobis factæ per effusionem sanguinis Christi, & quia homicidium maxime contrariatur paci, & homicida magis conformatur occidentibus, quàm ipsi Christo occiso, cui omnes prædicti ministri debent conformari, ideo de necessitate præcepti est, qd nõ sit homicida, qui ad ordines promouetur, quamuis non sit de necessitate sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vetus lex inferebat pœnam sanguinis, non autem noua lex, & ideo non est simile de ministris ueteris, & nouæ legis, quæ est iugum suaue, & onus leue.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd irregularitas non incurritur propter peccatum tantum, sed principaliter propter inceptitudinem personæ ad sacramentum Eucharistiæ ministrandum, & ideo iudex, & omnes, qui in causa sanguinis ei participant, sunt irregulares, propter hoc quòd effusio sanguinis non decet ministros dicti sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quòd nullus facit nisi illud, cuius est causa; quod est voluntarium in homine, & ideo ille, qui ignorans hominem occidit homicidio casuali, non dicitur homicida, nec irregularitatem incurrit, nisi operam dederit illicitæ rei, vel nisi omiserit debitam diligentiam, quia iam quoddam efficitur uoluntarium, nec hoc est propter hoc quòd culpa careat, quia etiam sine culpa incurritur irregularitas, & ideo etiam ille, qui se defendendo in aliquo casu non peccat, homicidium committendo, nihilominus irregularis est.

Mos sanctorum Doctorum consiliandi deducit.

Pœna luenda, etiam sine culpa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fit de necessitate sacramenti. Quasi aperte dixisset irregularitatem incurrituram ex sanguinis effusione iuncta prohibitione ecclesiæ; & consequenter ab eius incursione (cuiam data effusione sanguinis) potest præseruare ecclesia, declarando scilicet quòd talis effusio sanguinis in casu non est contra talem prohibitionem suam; & hoc facere non posset ecclesia, si irregularitas huiusmodi impediret ordinem de natura sacramenti. Quia unde natura sacramenti femineus sexus ad clericatum non admittitur id eo non potest in casu aliquo declarari, quòd mulier ordinem recipere possit.

Cap. 1. & multis seq. extra de filijs presbyt.

¶ *Corollarium.* Ergo non mirum: quòd irregularitas non incurratur in casibus dictis in textu, etiam ꝙ effusio sanguinis incrueniat. Ratio est: quia ecclesia, cuius precepto accedit ad effusionē sanguinis incurritur irregularitas, declarauit quasi præseruando: quòd in illis casibus effusor sanguinis pœnam illam non incurrit.

¶ Examen. Ly qui se defendendo in aliquo casu non peccat homicidium cōmittendo, nihilominus irregularis est. Hoc dictum exponitur a nonnullis sic, quòdde mente D. Thomæ fuerit; quòd defendēs se sine peccato in quocunqs casu occidendo inuaforem nō fiat irregularis. Et quando adducitur in contrarium clementina: sit. de homicid. volunt. vel casua, respondent, ꝙ hoc non diminuit vllo modo bonitatem doctrinæ huius attendentis effusionem sanguinis secundum se tantum, vel etiam secundum iura posituua priora: quoniam incursus irregularitatis cùm pendeat etiam ex declaratione summorum Pontificum pro tempore, & post D. Thomam clementina illa facta fuit ideò quamuis præmaleat huic dicto, non tamen diminuit famam doctrinæ eius. Expositio hæc licet verum dicat pro aliqua parte, scilicet & quòd aliquis defendendo se modo, quo clementina dicit, non fit irregularis, & quòd per hoc non minuitur excellentia doctrinæ D. Thomæ: tamen videtur minus perspicaciter verum dicere pro ista parte, quòd scilicet dictum sancti Thomæ differret a clementina. Pro cuius intellectu notes clementinæ verba: cuius ordinariam glosam. Ecce clementina. Si furiosus, aut infans, aut dormiens hominem mutilet, vel occidat nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo censemus, qui mortem aliter uitare non valens suum occidit, vel mutilat, inuasorem. Hæc ibi. Glosa autem eius ordinaria ibidem est hæc. Nota: quilicet sit horum alicui sum illatam repellere cum quòd non teneatur fugere, cùm sit honesta persona, cui non esset honestum fugere: tamen, si resistendo occidat, incurrit irregularitatem; licet non veniat puniendus in foro seculari. Ex glosa ista super illā clementiam sic notante patet: ꝙ clementina intendit (vt etiam expressit) de illo, qui mortem aliter uitare non valet, non de illo, qui fugiendo (licet videretur sibi, nec tenendum) vel clamando, vel alio modo mortem euadere potest. sanctus Thomas ergo, cū dicat ly in aliquo casu, & non dicat absolute, in casu quo mortem aliter uitare non potest, videtur loqui in sensu glosæ illius, non clementinæ: & consequenter non discordare a clementina.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primò qūo per rōnem offendas, meritò infinuatum esse a scriptura ii. & summis Pontificibus, quod homicidium ab ordine impedit, & effusio sanguinis. Infinuatum autem est hoc ab Exod. 22. 5. qui per industriam occideris proximum tuum, & per insidias, ab altari meo vuelles eum: ut moriatur: Hæc ibi. Vnde argue, si fortiori, pro clericato non licentiamento: quoniam in mortal bus sic licentia ferre à uctet ad

ARTICVLVS V.

Vtrum illegitime nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ illegitime nati nō debeant impediri à sumptione ordinum, quia filius non debet portare iniquitatem patris: h portaret autē si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis, ergo, &c.

¶ 2 Præterea, Magis impeditur aliquis propter defectum h proprium, quàm alienum: sed à susceptione ordinum propter illicitum concubitum suum nō semper aliquis impeditur, ergo nec propter illicitum concubitum patris sui.

SED CONTRA est, quod dicitur Deuter. 23. Non ingredietur Mamzer (hoc est de scorto natus) Ecclesiam Dei, usque in quartam generationem, ergo multo minus debet promoueri ad ordines.

RESPONDEO dicendum, quòd ordinati, in quadam dignitate præ alijs constituuntur, ideo, ex i quadam honestate requiritur in eis claritas quædam non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti, a vt scilicet sint bonæ famæ, bonis moribus ornati, non publice pœnitentes; & quia obscuratur hominis claritas ex uitiosa origine, ideo etiam k ex illegitimo toro nati à susceptione ordinum repelluntur, nisi cum eis dispenfetur, l & tāto est difficilior eorum dispensatio, quanto eorum origo est turpior.

¶ Primo vider: quomodo ex ijs uitijs Angelica doctrina hæc & declaretur, & confoldetur.

QVAEST. XXXIX. ART. V.

CONCL. 1ª. In hit, qui ordinandi sunt, ex quadam honestate requiritur claritas quædam; non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti.

¶ Examen. Ly claritas. Scil. est respectus sui, & aliorum. Ratione primi debent esse boni moribus; ratione secundi debent esse bonæ famæ, & non publicè pœnitentes. Remaneret enim quantam recordatio in mente suæ hominum de pœnitentia ex facta ab huiusmodi; & sic obscuraretur quodammodo apud illos fama talium clericorum non ratione, qua pœnituerunt; sed ratione qua ante grauiter peccauerunt.

¶ PROB. Quia ordinati constituuntur in quadam dignitate præ alijs (patet ex suprādictis): 2. Quia (ly non de &c.) hoc clarum est: 3. Quia (ly sed de &c.) patet ex Deutor. 23. allegatu in argumento sed cōtra.

¶ NOT. Vide appen. seq. pro meliori captu ultimæ partis cōd.

¶ CONCL. 2ª. Illegitimo thoro nati à susceptione ordinum repelluntur; nisi cum eis dispensetur.

¶ PROB. 1. Quia hominis claritas obscuratur ex uitiosa origine (patet experientia:) & claritas pulchra requiritur in ordinatis (patet ex prima conclusione.) 2. Quia (ly nisi cum &c.) clarum relinquitur.

1m maior: Portaret autem, si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis. &c. negatur ista. §. Nam irregularitas non est pœna iniquitati debita &c. ut in textu. Videat 2. ad 2m. & 3m. cum annexis, quare irregularitas sit pœna, & cuius.

2m maior. Magis impeditur aliquis propter defectum proprium, quàm alienū. &c. nisi defectui actus proprij possit prouideri, non autem defectui actus alieni. §. Tunc nihil &c. Nam, stante regula, clarum est, ꝙ magis impeditur quis per actū alienum, quàm per actū proprium: licet cæteris paribus, i. si utrique possit æquè bene prouideri, magis impeditur homo per defectum proprium, quàm per alienum.

APPENDIX.

EX articulo habes, ¶ primo quòd per rationem offendas, merito insinuatum a Stephano Papa primo, quòd illegitime natus à clericatu prohibeantur: ut habes supra q. 16. art. 1. appen. Item à &c. q. 37. ar. 2. appen. Item à Concil. Pictauiensi, sic. Vt filij presbiterorum, & cæteri ex fornicatione nati ad sacros ordines nō promoueantur: nisi aut monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes; præfationem uero nullatenus habeant. Hæc illud: de filij presbiter. ordin. vel non. Item à Gregorio IX. ad Archiepiscopum Turonensem. Nimis in tua prouincia ecclesiæ deformatur honestas: ex eo ꝙ filij sacerdotum, & alij non legitimè nati promouentur ad dignitates & personatus, & alia beneficia curam animarum habentia. Hæc ille ibidem. Ecce ꝙ extra hoc testimonium est, illegitime natos admittere ad clericatum (ut habet conclusio:) ex quo nimis deformatur illa honestas, si ad dignitates in ecclesia assumantur. item, ꝙ possint admitti cum dispensatione, infinuatum esse merito ab Alexandro secundo potes ostendere per D. Thomam: & consequenter illegitimos ordinari non posse, non esse de necessitate sacramenti. Dicit ergo Alexander sic, ut recitatur dist. 56. Apostolica authoritate præcipimus vobis, ut si cum, qui ab ecclesia electus est, altero digniorem esse, canonicamque eius electionem probauerit, fuit: nostra authoritate confecrens. Nam pro eo, ꝙ filius sacerdotis est, si cæteris uirtutes in eum conueniant, non rejicimus; sed fuisse gantibus meritis conueniendo recipimus. Hæc ille. Hoc idē scribit Vrbanus Papa Bartholomeo Turonensi Archiepiscopo, ibid. c. Cenomanensem. Vide tu ibi, & in eod. distin. per capitula multa. Item de pœnitentibus publicis à Concil. Autesiodorensi. Vt pœnitentes ad sacerdotium non assendant. Hæc illudit. recitatur de ligam. non ordinan. c. 1. Item quo ad dispensationem illegitimorum inquit Bonifacius VIII. His, qui defectum patiuntur nata lium ex dispensatione potest licere (si et aliud canonicum non obstat) ad ordines promoueri minores, & obtinere beneficium, cui cura non immineat animarum, dummodo sit tale, sup quo per ipsum Episcopum uale at dispensari. Ad ordines autē maiores, vel beneficia, super quibus nequit Episcopus dispensare, hue dispensationem sedis Apostolicæ prouideri non pōt. Hæc ille. de 2. Et præcitatorum in 6. ¶ Secundò habes, quomodo per rationē prædicta patrum, pro quanto illegitimos & publicè pœnitentes ad ordinem promouendos non esse infinuant, & intelligas, & probes, & tutare. ¶ Tertiò vides quomodo ex ijs uitijs Angelica doctrina hæc, & declaretur, & confoldetur.

QVAEST. XXXIX. ART. VI.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd irregularitas non est pœna iniquitati debita, & ideo patet quod illegitime nati, nō portant iniquitatem patris, ex hoc quòd irregulares sunt.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ea, quæ per actum proprium cōmittuntur, possunt per pœnitentiam ad actum contrarium aboleri, non autem ea, quæ ex natura sunt, & ideo non est simile de uitioso actu, & de uitiosa origine.

ARTICVLVS VI.

Vtrum propter defectum membrorum debeat aliquis impediri.

AD SEXTVM si proceditur. Videtur quòd propter defectum membrorum nō debeat aliquis impediri, quia h afflictio non debet addi afflicto, ergo non debet priuari ordinis gradu propter pœnam corporalis defectus.

¶ 2 Præterea, Plus exigitur ad actū ordinis integritas discretionis, quàm integritas corporis, sed aliqui possunt promoueri ante annos discretionis, ergo, & cum corporis defectu.

SED CONTRA, Tales prohibebantur à ministerio ueteris legis, ergo multo fortius debent in noua prohiberi. De bigamia uero dicetur in tractatu de matrimonio.

RESPONDEO, dicendum, quòd (sicut ex dictis patet) aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinum, uel propter impedimentum actus, uel propter impedimentum claritatis personæ, & ideo m patiētes defectum in membris, impediuntur à susceptione ordinis, si sit talis defectus, qui maculam notabilem inferat per quem obscuretur personæ claritas, ut abscisio nasi, uel periculum in executione facere possit " alias non impeditur. Hæc autem integritas exigitur de necessitate præcepti. Et per hæc patet solutio ad obiecta.

CONCL. Patientes defectum in membris, impediuntur à susceptione ordinis, si sit talis defectus, qui uel maculam notabilem inferat, per quem obscuretur persone claritas, uel periculum in executione facere possit. 161

¶ PROB. Quia aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinum, uel propter impedimentum claritatis personæ, uel propter impedimentum actus executionis.

1mantecedés Afflictio non debet addi afflicto. &. nisi Infra. q. de iure scilla secun da afflictio addita. §. Tunc nihil &c. Nam afflictio hæc priuatiua, scilicet non promoueri posse ad ordines, est de iure præceptū quod quidem i Decret. factum est non ad al li. 2. ti. 20. fictionem afflicto ad cauel. m dendam; sed ad dignitatem ordinis, & honestatem conseruandam.

¶ NOT. Videretur dutum nimis, si affli cto addetur afflicto sine causa & propter hoc dictum est in scriptura ꝙ non debet talis afflictio addi. Videretur enā iniustum, si causa exigente non adderetur afflictio afflicto (ut fit quotidie in foro iudiciali respectu malefactorum: quibus afflictis iterum, exigente iudicio, remouantur afflictiones:) & ideo ecclesia sancta ordinauit circa huiusmodi corpore uitiatos fieri, ut in conclusione.

Nē addas afflictionem afflicto.

2mmaior. Plus exigitur ad actū ordinis integritas discretionis, quam integritas corporis. &. cæteris paribus: non autem, si cætera sint disparia. §. Tunc nihil &c. Nam differētia in pueris, & defectus membrorum in hominibus multis multis disparēs habent successus. Procedente enim tempore indiscretio puerorum tranfit, & discretio aduenit: quod non est sic de defectibus membrorum (ut patet) quoniam, nec per mille annos redditur manus naturaliter ei, qui defectum manus habebat.

¶ *Corollarium.* Pueris ergo, & huiusmodi (ut ar. 2.) dēbet dari ordines minores, quia speratur de eis status discretionis qui status quodammodo etiam interim præuenitur per institutionem, & assuefactionem puerorum ad ministeria ecclesialia. Hucautem de corpore innatis, cum non possit dici, facit disparitatem conditionis horum & illorum ad ordinum susceptionē. Alias (ut tactum est in responso formali) plus exigeretur ad ordines suscipiendos integritas discretionis, quàm corporis: & consequenter susceptionem ordinū magis impedirent indiscretio puerorum, quàm defectus membrorum siue per naturam, siue modo alio inuolatorum.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primò: quomodo per rationem offendas merito esse dictum ab Innocentio Tertio ad Episcopū Mimen. Expositis nobis ꝙ prædecessor tuus. N. in Abbatem monasterij nefensis, qui se ipse effecit manu altera mutilatum &c. Respondemus: cum propter enormi defectu ad tactus non possit ordines promoueri: & in promotione sua id tacuerit fraudulenter: ab Abbatia ostium est non immerito amouendus. Hæc ille: de corporis uitiat. non ordin. Item ab Honorio Tertio ad Episcopum Engolismen. Thomas monachus propositus cum in

1 Vtil. q. 8. Eccl. &c.

2

Tertia pars S. Tho. S j annis

Universidad de Deusto
Biblioteca

annis puerilibus esset constitutus, quædam hasta ferrea super dextræ suæ pollicem fortuito casu cadens ungulam auulsit ab eoquòd circa mandamus, quatenus si ad frangendum eucharistiam sit in pollice ipso potens, & aliud canonicum non obsistat, propter deformitatem huiusmodi non dimittas, quin eũ ad ordinem sacerdotis promoueas. Hæc ille ibid. Vide etiam eod. tit. per totum. Item ab Innocentio ad Febcem Macerat. Epiſcopum. Qui patiem cuiusliberdigiti sibi ipsi uolens abscidit, hunc ad clerum canonica non admittunt. Cui uerò casu aliquid contigerit, dum operi rustico curam impendit, aut aliquid sciens se nõ sponte peremit, hos canones præcipiunt, & clericos fieri, & si in clero reperti fuerint non abijci. Hæc ille distinct. 55. Item à Concil. Martini Papæ. Si quis pro ægritudine naturalia a medicis secta habuerit, similiter & qui à Barbaris, aut qui à dominis sua castrati fuerint & moribus digni inueniuntur, horum canon admittit ad clerum promoueri. Siquis autem sanus, non per diuinam religionis & abstinentiæ, sed per abiectionem à Deo plasmati corporis existimat posse à se carnales concupiscentias ampuuari, & ideo se castrauerit: non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quòd si iam fuerit ante promotus ad clerum, prohibitus à suo ministerio deponatur. Hæc illud. dist. 55. Item ab Hilario Papa. Pœnitentes, uel infœlicitate, aut aliqua damna membrorum perpessi, ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis autem talium conferatur exuterit: factum suum ipse dissoluet. Hæc ille dist. 55. Facunt hæc etiam pro quæstione 5. articulo secundo, & quæst. huius articul. 5. Vide distinct. 55. per totum.

Castrati & discepti ad religionis, & seruare cęlibatũ de quo Matth. 19.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto patientes defectum membrorum à clericatu prohibent, & intelligas, & probes, & mactis.

¶ Tertiò vide quomodo ex ijs Angelica doctrina præsens & declaratur, & confolidetur.

CONCLEG, qui ad diuina ministeria applicantur, competit rasura & tonsura in modum coronæ. 163

¶ PROB. 1. Quia (ly rasura) mens eorum, qui ad diuina ministeria applicentur non debet retrahi à contemplatione diuinorum occupationibus temporalibus & subtractio capillorum ex parte superiori per rasuram significat hoc ipsum: 2. Quia (ly & tonsura) sensus eorum, qui ad diuina ministeria applicantur, non debent obtundi rebus temporalibus, & subtractio capillorum ex parte inferiori per tonsuram, significat hoc ipsum: 3. Quia (ly in modum coronæ) corona est signũ regni: (cum sit circularis) & illi qui ad diuina ministeria applicantur, adipiscuntur regiam dignitatem, per hęc quę in uirtute esse debent.

¶ Collarium. Ergo corona, quæ modo ante rasura fit, est aliquid diuinus, quam tonsura: sicut finis est nobilior his, quæ sunt ad finem. Profine enim habet homo contemplari diuina, ad quod manuducitur p abstemptum, panesque occupationes, circa inferiorum. Hinc est: q corona nõ conuenit conuersis, sed solum clericis, tanquam dignioribus illis.

1m de maiori. Sic antecedens. & ad eius demonstrãdũ, ad eulum diuinũ. §. Tunc nihil, &c. Nam clerici sic attondẽtur in honorem diuinũ, vt. ea à cæteris ad instructionem populorum faciant ex quę sanctitatem recolent sibi competentem: vt de hac sanctitate in corp. art. declaratur.

¶ Examen. Iy dæmonum. Scilicet re uera: nõ autem secũdum opinionem illorum idolatrarum de quibus Deut. 32. & Hieremi. 49. ut in argumento. Nam genti lesidola sua, in quibus secundum rei ueritatem colebant dęmones, opinabantur esse Deos: vt habes prima par. quæstione 13. articulo 10. Quia tamen ignorantia talis illorum gentilium non eos excusabat, quin tanquam dęmonum cultores re uera haberentur, & essentideo in textu dicitur, quòd illi hoc ad cultum dęmonum faciebant.

2m de

QVAESTIO XL.

De his quæ annexa sunt sacramento ordinis, in septem articulos diuisa.

DEINDE consideranẽum est de his, quæ sunt annexa sacramẽto ordinis.

Et circa hoc quæruntur septem.

Primo, Vtrum ordinati debeãt habere coronæ rasuram, & tonsuram.

Secundo, Vtrum corona sit ordo.

Tertiò, Vtrum per acceptionẽ coronæ aliquis abrenuntiet corporalibus bonis.

Quartò, Vtrum supra sacerdotalem debet esse potestas epiſcopalis.

Quinto, Vtrum epiſcopatus sit ordo.

Sexto, Vtrum supra Epiſcopos possit esse aliqua potestas superior.

Septimo, Vtrum uestes ministrorum conuenienter sint institutæ.

ARTICVLVS I.

Vtrum ordinati debeant tonsuram deferre.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q ordinati nõ debeant coronę rasuram habere. Quia dominus comminatur captiuitatem, & dispersionem his qui sic h attondentur, ut patet Deut. 33. de captiuitate inimicorum denudati capitis. Hiere. 49. Dispergam in omnem uentum eos, qui attonsi sunt in coma: sed ministris Christi non debetur captiuitas, sed libertas, ergo coronæ rasura, & tonsura eis non competit.

¶ 2 Præterea, Veritas debet, respondere &. superabundanter tamen, æqualiter tantum. §. scilicet ad figurã, seu respectu figuræ sux. Tunc nihil &c. Nam licet clerici nouæ legis quòd ad tonsuram figurabantur quidem à Nazareis tonsuratis sed tamen deficientes ita q clerici nouæ legis in correspondentia ad illam figuram superant in corona, ut in textu.

Figura & figurati.

¶ NOT. Veritas figurata quòd debet respondere figuræ superabundanter, i. q a figura nũ secundum omnẽ sui perfectionem repræsentatur, patet & ratione uniuersali, & ratione speciali. Vniuersali quidem; quia finis unius existens est nobilior multis rebus, quæ sũt ad ipsum finem: specialiter uerò, quia testamentum nouum, in quo reperitur ueritas figurata, est nobilius testamento ueteri, in quo reperiuntur figuræ huius. Item. Quòd res pfecti vna, repræsentetur ab imperfectis pluribus, & deficientes adhuc (vt in textu colligitur) patet in vno sole, cuius lumen repræsentatur a pluribus, puta à lucernis, candelis, laternis, faculis, accensis, ignibus, & stellis: & tamen adhuc valde admodum imperfectè, & deficienter. Sic & splendor, & uerbum, & filius, patris unigenitum repræsentantur & tamen deficienter adhuc 1. par. q. 42. ar. 2. ad 1m. Ideò autem multa imperfecta ad repræsentandum vnum perfectum inducuntur à sacris literis (puta Leuitæ, & Nazarei ad repræsentandum clericorum nostrorum perfectionem:) vt ex multis illis possimus colligere similitudinem, quantum fieri potest, conformem isti uni perfecto: ita ut quod deest ex uno suppleatur aliqualiter ex alteio.

Coneil. Toleta. 1510.

†Vt expo nit Magist. loco nota to in arg. 2.

3m minor. Ministri altaris omnem superfluitatem à se debent expellere. &. ita, ut & dignitas regalis in eis appareat, & indecentia in eis non uideatur. §. Tunc nihil &c. Nam licet per capillos superflua significentur, inquantum ex superfluis generantur; tamen non sunt omnes superflui, per respectum ad coronam, & decentiam: quia si capilli omnes tollerentur omninò, & forma coronæ dignitatem regalem repræsentans non appareret, & quædam indecentia capitis denudati uiderentur.

¶ NOT. Per tonsuram & rasuram subtracti capilli sufficienter significãt, ministros altaris debere à se expellere omnem temporalium superfluitatem, inquantum superfluitas est (pro quo nide art. 1. seq.) non inquantum quodammodo necessaria est Ideo sanctus Thomas, ex quo respondit tam in corp. quòd ad superfluitatem ipsam, non fuit sollicitus (& hoc ex industria non repetendi) respondere ad ly omnem; sed tantum dixit ly abiectio temporalium debet significari.

APPENDIX.

Vsil. pro 3. Dec. &c.

EX articulo habes. ¶ Primò quo per rõnem offendas, meritò insinuatum esse a Concil. Agathensi, quòd clerici tonsuram ferre debent. Hoc autem insinuatum est cap. 20 Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono (etiam si noluerint) inuiti derondeantur. Hæc illud: & recitantur dist. 23. item à Gregorio IX. Siquis ex clericis comã reliquerit anathema sit. Hęc habes dist. 21. item ab Inn. III. in concil. general. Clerici officia &c. coronam, & tonsuram, habeant congruentem. Hæc illende vit. & honest. cler. Item ab Anacleto Papa & martire in Epist. ad Episcopos Galliæ c. 4. ubi de tonsura & rasura in modũ coronæ, inquit. Prohibete fratres per vniuersas regionum uestrarũ excellias, ut clerici qui laicis & simplicibus, mirantis, honestam, pudicam, & grauitatis exemplar esse debent, ne se prior, tanquam signum puttoris utur, rudioribus ad imitationem prodeat ter exhibere, iuxta Apostolum, comam non nutriamus: sed deroper

1 Cor. 11. zelbata torũ damnat mul tipliciter.

Corona clericalis quòdo in corp.

Quæri fa cienda est corona

2m de maiori. nem temporalium, sed non radantur, qa non occupatur diuinis ministerijs, in quibus diuina oportet eos mẽte contẽplari.

AD TERTIVM dicendũ, quòd non solum debet significari temporalium abiectio, sed etiam regalis dignitas in forma coronæ, & ideo non debet totaliter coma tolli, & etiam ne indecẽs uideatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum corona sit ordo.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur quòd corona sit ordo. Quia in actibus Ecclesiæ h spiritualia corporalibus re spondent: sed corona est quod dam corporale signũ quod Ec-

Clericalis Corona rude.

exponunt 1. Petr. 2. Vbi sacerdotium nouæ legis ipse uocat regale sacerdotium. Per quod nocabulum & ipse insinuat de clericis quòd ad rasuram in modum spheræ id ipsum, quod supradictum est ab alijs summis Pontificibus. Ex his prædictis, maximè 12. q. 1. Duo sunt, patet meritò damnari pestiferũ illum errorem Pauperum de Lugduno (Prat. Pauperes de Lugduno) dicentium, clericos omnes, & etobedientes, à tempore B. Siluestri Papæ, esse damnatos. Ex ipsa enim interpretatione nominis clericorum patet reprobari temerarium hunc errorem. & p consequens etiam oltẽdi, quòd isti Pauperes de Lugduno sunt maximè depauperati in intelligentia propriæ uocis: quoniam ipsam non intelligunt. Et notat quòd talis corona per rasurã facta à B. Petro inceptse monstratur in edicto Constantini Magni Imperatoris, ubi legitur. Decreuimus itaque & hoc meritò venerabilis pater noster Siluester summus Pontifex, & omnes eius successores Pontifices, diademate (videlicet corona quam ex capite nostro illi concessimus) ex auro purissimo & gemmis preciosis uti debeant; & in capite ad laudem Dei, & pro honore B. Petri gestare. Ipse uerò Beatissimus Papa, super coronam electus, quam gerit ad gloriam B. Petri, omnino ipsa ex auro nõ est passus uti corona. Hæc ibi, 1. tomo Conciliorum. Ecce reputauit B. Siluester maioris dignitatis coronam clericalem, quàm coronam Imperatoris auro & margaritis intexam; & per hoc, ipsos Pauperes de Lugduno in errore suo clericos per sequentes, ualidè condemnauit: dictaque à sancto Thoma in tertia articulo præsenti maximè confirmantur.

¶ Secundò habes: quomodo prædicta patrum & scripturarũ, pro quanto ordinatos statuunt tonsuram atque rasuram debere portare, & intelligas, & probes, & defendas.

¶ Tertiò videsi quomodo ex ijs uicissim doctrina hæc Angelica & declaretur & confolidetur.

QVAEST. XL. ART. II.

CONCL. Corona non est ordo: sed præambulum ad ordinẽ 164

¶ PROB. 1. Quia per coronam homo nõ deputatur ad exercenda diuini cultus ministeria per potestatem aliquam determinatam. 2. Quia (ly sed &c.) homo per coronam extra populũ separatus deputatur ad ea, quæ attinent collegio ministrorum Ecclesiæ hunc. 3. ad dicendum laudes diuinas.

¶ *Confirmatur.* Ergo alij clerici etiam ordinum minorum separantur extra populum dupl citer: videlicet ad diuinas laudes perfoluendas, & ad ministeria aliqua diuini cultus per potestatem determinatas exequendas: tonsurati uero tantum extra illum separantur ad primum, non ad secundum exercendum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratione primi clericus est in via dispositiua de propinquo ad ordinem. (Hoc dicit textualy esse præambulum) ratione secundi est in ordine. Nam ratione secundi habet characterem ordinis: ratione potentiæ illæ determinatæ sunt ipsi characteres. Vnde & sic ordinatus, puta ostiarius, dicitur claudere ostia ex potestate spirituali, siue (quod in idē redit) ex officio.

ematerea 21 dist. c. ex contin gat de a ta. & qua lit. c. vl. de temp. ord. lib. 6.

1m de maiori

concl. 2o

Spiritualia. s. aliqua: nō, ista vel illa in particulari. §. Tunc nihil &c. Nam coronæ exteriori correspondet aliquid spirituale intus in anima, licet non correspondeat spirituale, hoc scilicet character.

¶Contrarium. Argumentum ergo ab uniuersali ad particulare procedebat affirmando: & ideo erabat. Non n. licitū est dicere: illud est animal, ergo est homo. Sufficit n. ad nec ificandū antecedens q̄ sit bos, capra, leo, uel &c. Sic in proposito, ad uerificandum illam maiorē, scilicet in actibus ecclesiæ spiritualia corporalibus respōdent, sufficit q̄ aliquo modo spiritualia sint, quæ correspondent: & non requiritur necessario, q̄ sint hoc, uel illo, modo singulari spūalia.

¶NOT. Illud spirituale interius, de quo in sexto respōdali est quædam promissa diuinitus collata ei, qui corona hac insignit, & hæc promissa respicit diuinas laudes dicendas: Adeo quōd, sicut ille per receptionem coronæ exterioris ab Episcopo, deputatur ad dicendum diuinas laudes, ita huic eidem infunditur à Deo quædam promptitudo, seu appetitus, præ lætitia, ad exequendū delectabiliter illud, ad quod deputatur. Et hoc est, illud interius spirituale videre corporali: sicut signata signo contrarie dicit.

2m illatio conclusionis.

Ergo &c. R. negatur illatio. §. Non enim omnia, quæ dantur ab Episcopo, imprimunt characterē, nec sunt ordines in eorum signum existentes, q̄ Episcopus benedicat uestes, & uasa sacra: quæ tū benedictio nec characterem, nec ordinē, auferri in rebus benedictis.

¶NOT. In hierarchia ecclesiastica (ut hīt ex concil. Trid. sess. 23. c. 4. & can. 6.) Episcopus tenet primū locū. Vnde ad ipsum, velut ad principē, pertinet dispōnere ea, quæ ad ecclesiā à se recta uniuersaliter pertinent. Et hoc est q̄d dicit textus per ly deputatur homo ad diuinū cultū, & ideo talis deputatio dēt fieri p Episcopū. Pro quo fuisset intelligēdo vide. q. 38. ar. 1. corp. Hinc est, q̄ & nomen Episcopi hoc idem confirmatiuē ly Episcopus, inter præteritur superintendens: ab Epi, quod est super, & scopus, q̄d est intentio. Quod uerō hic per coronam deputari ad diuinū cultū sit aliquid ad cōitatem pertinens (ut in textu infunditur) & per consequens cōuenienter fiat per Episcopū, patet hac rōne exacta in conclusione, q̄ scilicet est præambulū ad ordinem. Quia n. quilibet ordo ordinatur tandem ad eucharistiā, & eucharistia est sacramentum muniuersitatis seu uniuersalis Ecclesiæ. p. 17. ar. 4. ad 3m. ideo ista corona, q̄ tanquā dispositio, ordinat remotē ad eucharistiā, est aliquid cōitatis rationem habens.

3m de minori

Gradu. &c. dignitatis non semper, gratis. §. Tunc nihil, &c. Nam clericus ordinatus, licet, sit in gradu & dignitatis & potestatis, altiori, quam laicus: in clericalium corona insignitus est in aliquid gradu dignitatis, sed non potestatis: q̄m per ipsam coronam non cōsequitur characterem.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶Primo: quōd per rōnem ostendas, merito esse insinuata à Concil. Flor. & Trid. immo & ab omnibus hmōi tractantibus de ordine, q̄ corona nō est ordo. Hoc autē insinuatur à Hor. in decret. Arm. dat. de sacramentis, q̄ in nostrum ad pontificale Romanum de formis ordinū laicē conuenē. Nā ut patet q. 34. ar. 4. ad 6m & q. 37. ar. 1. 3 sp. per ea, quæ singulas formas ordinū nunquā mentio fit de corona. Imō. q̄ h de corona agit, nunquam forma similis formis ordinū exprimit. q̄m de nulla alia data memorat. Nō. n. Epūs coronā do dicit, Accipe hanc, vel illā pōtem; sicut dicit ordinādo. Cēs ergo in singulis ordinib. imprimat character q. 24. ar. 1. q. est ptās aliqua, cuius meminit Epūs per formā patet sed m Concilii illud Flor. q̄ corona nō est ordo. A Conc. 6. Trid. sess. 23. ca. 2. Ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent, ita distribuit: ut q̄ is clericali tonsura insignitus esset, & per q̄ insigniti ascenderent. Hæc ibi. Mox uerō, facit de singulis ordinibus mentionē expressam, nolens ascendentes, diaconos, subdiaconos, acolytos, exorcistas, lectores, ostiarios: & nihil prorsus de tonsura clericali dicens. Vnde colligi apertē q̄ clericalis tōsura non est ordo, neq; maior, neq; minor: sed est illa res, per q̄ insigniti ascendunt per ordines minores ad maiores. Hoc autē est esse præambulū dispositionē, ad ordinē. ¶Secundō habes: quōd prædicta pars ū, pro quanto corona insinuat non esse ordinē, & intelligas, & probes, & defendas. ¶Tertiō videre: quōd ex 132 vicis sim Angelica doctrina hæc & declaretur, & confolidetur.

QVAEST. XL. ART. III.

CONCL. Clerici per hoc, quōd coronam accipiunt, non renūciant patrimonio nec aliis rebus temporalibus.

¶PROB.

Epist. ad Nepotianū inter prime. & med. to. 1.

*Epist. ad Nepotia. inter pri. & med. to mo 1.

*Deut. 10. & 18.

¶PROB. Quia possessio terrenorum non contrariatur diuino cultui, ad quem clerici deputantur.

1m Ex Hieronymo.

Filib. 1. de Gen. ca. p. 1. q. 1. c. 11.

Pars. &. seorum, qui resmū dī habent pro fine: non, cō habent pro fine. §. Tunc nihil &c. Non

-R. omnes possidētes terrena ponunt finē suum in eis: cum sint multi, qui per eorum possessionē a Dei amore & cultu non retrahantur.

¶NOT. Patet hoc p exemplū de Abraam, Dauid, immo & de Christo, qui habebat loculos, Io. 12. & 13. Cum igitur ad coronandos episcopus dicat illud psalm. 15. dominus pars hæreditatis meæ, &c. intenditur ipse per hoc, q̄ deputantur ad diuinas laudes, debent præ lætitia diligere Deum rā quōd hæreditate sua, ita q̄ nullam alia hæreditatem puta terrenam diligatis æqualiter eum illo non aut intenditur q̄ hoc nullam aliam hæreditatem, tanquam subordinatam ad illius hæreditatis primæ acquisitionem, admittant. Quasi dicat esp̄s. Hæreditas mea, quæ est Deus, nullam alia hæreditatem anteponens neque adæquabis, in dilectione mea & quāvis ad hoc ēt laici teneantur tamē cu magis specialiter teneabitis per hoc, q̄ coronam clericali donatis a me. Ex non recta igitur intelligentia illius dicti ad coronandum ab episcopo procedit error præsentis argumenti. Alias n. dixisset sic. Dominus pars hæreditatis meę, dicitur ad coronandos: ergo coronand hæreditati huic diuinæ nullam temporalem in affectu suo præponere, uel etiam adæquare debent.

2m de minori.

Non acceperunt partem. §. ex impossibilitate, non, ex illicito iure possidendi terrena. §. Tunc nihil &c. vi patet.

¶NOT. Si non hemisset Leuitis in ueteri testamento possidere terrena, non habuissent ius in patria hæreditate: quod tamen habuerunt; ut in textu. Quōd ergo non acceperint partem hæreditatis communis cum fratribus processit ex impossibilitate accipiendi illam: secundum q̄ textus declarat. Non ergo per hoc concludi potest, q̄ ministri noui testamenti possidendi terrena uis non habeantis: quod ad impossibiliter possidenda se extēdere non debent: quod cum omnino sit extra conclusionis propositum, patenq; sic argumentans non tantum non infringit, sed nec attingit intentum articuli.

3m ex Vgone.

Postquam aliquis est factus clericus. §. & non habet unde sustentetur. §. Tunc nihil, &c. Nā ex hoc q̄ aliquis clericus est indigens, patet non posse concludi, q̄ hæc indigentia prouenit hinc, q̄ in clericatus assumptione renūciauerit temporalibus. Potest. n. aliūde prouenire: sicut de facto prouenit.

APPENDIX.

Vide 1. Sa. qui. &c.

EX articulo hīs. ¶Primō: quomodo per rōnē interimatur error pessimū Io. Vvielef (ut refert Conc. Constan. sess. 8. Idicit: Papa cum omnib. clericis suis possessionē habentib. sunt hæretici, eo q̄ possessionem habent. Item addemus, q̄ extra scripturā sacrā est, q̄ ecclesiastici habeant possessiones. Ite dicit 19 q̄ dicare clerum est contra regulā Christi. Item dicentur q̄ Silvest. Papa, & Constant. Imperator ecclesiam dotando erraverunt: & q̄ (ut refert pratil. Io. Vvielef.) ipse Constant. cæteriq; dñi tales reducti sunt a diabolo; ut ecclesiam bonis temporalibus dotarent.

¶Secundō habes: quomodo per rationem ostendas hos errores meritō damnator esse a Conc. Constant. sess. 8. ut patet 15. nō. 20. a. 3. app. de Vvielef. Item als Vrba. 1. qui fuit 16. Papa post Petrum, Tiburtii cognati, & Valeriani sponsi B. Cæciliæ, baptizator & sanctus anno Dñi. 222. Hicrin epist. decret. ad uniuersos episcopos inquit. Scim⁹, uos non ignorare, qa hactenus uita cōis inter omnes bonos Christianos nos uiguit, & adhuc (gratia Dei) uiget, & maxime inter eos, q̄ in sortem dñi sūt electi. clericos, sicut in Act. legitur Apostolo rum, &c. Quotquot n. possessores agrorū aut domorum erant, uendentes afferebant præcia eorū, quæ uendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur ut singulis prout cuique opus erat, &c. Videntes ergo facere dorcadem, & alii, atque Leuitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis posse afferre, si hæreditates & agros quos uendebant, ecclesiis quibus præsidebant episcopi tradērent: eo q̄ ex rebus eorum iā præsentibus, quam futuris temporibus, plurima & eleganciora possent ministrare fidelibus decentibus, quam ex precio eorum: cæpere

Act. 4.

quod Dominus dedignatur pars fieri eorum, qui res mundi ita possident, ut ex æquo cum aliis diligatur, ita scilicet quod aliquis ponat finem suum in Deo, & in rebus mundi: non tamen dedignatur fieri pars eorum, qui res mundi ita possident quod per eas a cultu diuino non retrahuntur.

AD 2m dicendum, quòd Leuitæ in ueteri Testamento habebant ius in hæreditate paterna: sed ideo non acceperunt partem cum aliis tribubus, quia erant per omnes tribus dispergendi, & fieri non potuisset si unam determinatam partem cæpissent, sicut aliæ tribus.

AD 3m dicendum, quod si sint indigentes clerici, & ad sacros ordines promoti, Episcopus qui eos promouit, tenetur eis prouidere, alias eis non tenetur, ipsi autem ex ordine suscepto tenentur ecclesiæ ministrare. Verbum autem Hug. intelligitur de illis, qui non habent unde sustententur.

Quod sit similes ha dæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt quid perditionis hæc putantes perditionem esse, quæ ecclesiæ mi nistrisq. eius, ob amorem Dei sunt commodata, &c. & c.11. Dñm nostrum Christum uota offerentium respexisse, & uiduam duo minuta. i. omnia, quæ habebantin Gazophilacium mittentem laudasse, & quo animo quis quid mitteret ineffabili discretione significabat, ecclesiam suam a fidel. b. multiplices oblationes accepturam: & si tunc respiciendo uota offerentium certo examine discernit atq; approbauit, dubitandū non est, quin factum uolū tatis ex d ecclesia sua auferre ut uiuperet. ité c.21. Cessa singulorū Imperatorum (& ut de multis unum ponamus, Constantini) ac Regum, principūque erga cultum diuinum amplificādum, & cæterorum Christianorum frequentissimam deuotionē manifestam qualiter mouerat ecclesiam usq; in præsens tēpus honorando exaltauerint, & exaltādo honorauerint, atq; multisfariis donatis diuitem effecerint. Hæc ibi.

Item a Con. Tri. fe. 21 c. 1. de refor. Cum nō deceat eos, q diuino ministerio adscripti sūt cum ordinis dedecore mendicare, aut fordidum aliquem quæstum exercere, statuit sancta synodus, nē q; deinceps clericus secularis, quamuis alias sit idoneus, ad sactos ordines promoueat, nisi prius legitimē ōstet, eum beneficium ecclesiasticum, q̄ sibi ad uictum honestè sufficiat, pacifice possidere. Patrimoniū ue rō uel pensionem obuentiū ordinari post hac non possint, nisi illi, quos episcopus iudicauerit assumēdos pro necessitate uel ex moditate ecclesiarū suarum. Eo quoque prius perspecto patrimonii illud, uel pēsionem, unde ab eis obtineri: uiāq; esse, q̄ eis ad uitam sustentādam satis sint aut q̄ illa deinceps finiendi tia episcopi alienari, aut extingui, uel remitti nullatenus possint donec beneficiū ecclesiasticum sufficiens sint adepti: uel aliunde habeant, vñ uitam e possint, antiquorum canonum pœnas super his innouādo. Hæc ibi. item a &c. extr. de præben & dign c. ep. Episcopum. nimo per totum. & eod. tit. in 6. c. cum secundum, & ca. si episcopus. & 70. dist c. Neminem, cum seq. Item a sua Sancta Catholica ecclesia facto sūo solemni quotanis damnari merito Vvicliefitas, & similes, ostendere possumus S. Thomas Cantuariensem Archiepiscopum, eo q̄ pro defendendis iuribus & redditibus ecclesiæ suæ gladio impiorum occubuit, tanquam uerē gloriosū martyrem col. reditus gloriam manifestarunt & Angeli dum canonicis pro defuncto ipso ad canendam Missam, de Requiem æternam paratis, ipsi de cœlo uenientes more cantorum præcinuerunt, lætab tur iustus in Domino, quod est, Missa de martyrum, & canonici illi profecti sunt ut narrat S. Antoninus Archiep. Flor. 2. par. hist. tit. 17. c. 3. Item damnari ab eadem sota ecclesia dum celebrabit B. Dominici ordinis prædicatorum fundatoris ordinem tertiariam confirmauit, multisque priuilegiis cōmunisti: qui ordo semper habitus usque hodie perseuerat. Hic n. contra hæreticos quorū dirigientes bona & iura ecclesiarū ab eadē patre influctu spūs sancti olim militantes fuerat: qua pp & eos fratres de militia Iesu Christi appellauit. Ministerio aūt cōpleto, cum armis ipsorū militum orationibus que uxorum suarum hæretic. prædicti fuissent quam plurimū debellati, & destructiuum est tam patrib. ordinis, quam ipsis confratribus mutare nomen militiæ in nomen pœnitentiæ, & ad honorem institutoris sui appellari uoluerunt fratres & sorores de pœnitentia B. Dominici. De qua re 3. to. conciliorū ingestis Innoc. Papæ 3. tie, quasi digitis tamquā monstrando factum, dicitur. Huius temporib. oborta apud Tolosam hæresis est, quam, eodem procurante, B. Dominic⁹ qui postea in sactorē latus est, mira celeritate compescuit; adiuuante etiam Simone Monforti. Non enim disceptationibus uerborum tantum, uerum etiam armis opus fuit: adeō inoleuerat tanta hæresis. Hæc ibi.

¶ Tertiò habes quō p dicta patrū, quanto p receptione coronæ clericalis minuāt nō renunciari patrimonio, ac honis temporalibus, & intelligas & probes, & defendas.

¶ Quartò uide quomodo ex iis uicissim Angelica hæc doctrina & declaretur & cō solidetur.

*Ii. 4. sen. dist. 24. § 1 & Rab. li. 1. de inst. cle. c. 6. & 15. li. 2. de of. eccles. c. 7.

*c. 5. eccl. hier. p. 1. & c. 3 platiō.

B

C

D

*C. Trid. sess. 23. de sacr. ord. can. 7.

E

*In eor. ait.

*Di. 24. li. a. sen. post dist.

F

1 Epiph. hæresi 75. contra Aer. & Aug. diuersib. ad Qd uult Deū hæc. 53. to. 4.

QVÆST. XL. ART. IIII.

166

CONCL. Oportet potestatem episcopalem esse supra sacerdotalem, quantum ad actum secundarium sacerdotis, nō quantum ad primum.

¶PROB. 1 Quia sacerdos non potest soluere, nec ligare, nisi præsuppositis iurisdictione data ab Episcopo, qua sibi subdantur illi, quos absoluit, uel ligat: & omnis potestas, quæ non potest exiri in actum, nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus dep[e]

det ab illa potestate, quæ illas ordinationes facit. 2 Quia sy. nō Ad quantum ad &c. Sacerdos p̄t p se conficere quamlibet materiam a Christo determinatam; nec aliud requiritur, quantū est de necessitate sacramenti.

¶NOT. Omnia clara sunt ex supradictis in diuersis q̄stionib. & articulis & terminis conclō nis in corpore declarantur.

1m demaiori

Ab Aaron. &. inquantū fuit sacerdos: non, inquantum fuit Pōtifex. §. Tunc nihil &c. Licet. n. supra Aaron, inquantū pontifex, nullus alius cēt (ut arguuit) in ipsemet, inquantū pontifex, erat supra ipsum in quantum sacerdos. Et hoc sufficit ad demonstrandum aptē, q̄ sacerdotalis pūs ē infra episcopalem.

¶NOT. Procapite faciori d. dictum in rhsorecole dictum Porphyrii de prædicab. & de differen. q. 1. sorores puer differt a resp so sene.

2m de cōclusione.

Supra sacerdotalem potestatem. &. quātum ad actum primum, cōsideratam nō ad 2, considerata[m] quoad secundarium. &. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione.

3m deminori

Nullus est maior Christo. &. est in aliquis maior repræsentante Christo modo tali. §. perfectione, quōad actum minoris perfectionis. 1. ad in textu. Tunc nihil &c. ut patet.

APPENDIX.

Vel. p. S. Eccl. &c.

EXamine hēs. ¶Primo quomodo potōnem internat hæresim Aerii (prat. Aerium) dicētis, iter quoduis sacerdotes nullū differmen esse etiam apos. i. epum non ē simplices sacerdotes superiorem. Hinc concordat in malum Io. Vvesphal. (Pra. Io. Vvesphal. Judicis, epos oēs, & præsbteros dignitate & authoritate æquales ee, potentia diuina tū, uel humilitate pauperis inferiores, uel sublimiores epm hierarchiam. Tandem (prat. Tandemus) dicens ipsejalem gradum, ac sacerdotalem ordine, ex crosq. facti ordinis ministros nihil esse. item errore Io. de Poliaco (ut refert Cardinal, Turre Crem. de ecclesia li. 2. c. 65. fin.) dicentis, q̄ epus non pōt audire confessiones parochianorum, neque dare gḥalē pñiā audiendi illas, item Pauperum de Lugduno (ut refert ium mafra tris Yconeti. p. c. 2. Bibliotheca Vaticana manuscripta) dicentium, epos esse lenbas & satellites Apostolorum pseutores. Contra hos oēs, ut patere potest recte appheant, præsens articulus uniuersaliter pugnat.

2 ¶Secdo habes quō per rōnem ostendas meritò errores p̄dictos damnatos &c. ut q. 10. a. 1. & 2. app. & q. 14. a. 1. app. & q. 38. a. 1. app. & q. 8. a. 3. app. & q. 17. a. 4. app. item a Damaso Papa i. in epi. a Prospero Leoni, Reparato, Alexandro, & omnibus epis orthodrix a Marco Euang. usq; ad Heraclam & Dion. epos, pralyti ri semp. unis ex le electū in excellioni gradu subiectis, epm non hēs. Hæc ille ibi. Cōsig. q̄ Marcus Cremonensis epus fuerit sicut Heraclas & Dion. epus Hieron. patet q̄ hæc prælatura ex tunc erat, & a B. Hier. cognita. Vñ uerba eius diligenter examinata prælaturam illā non negant reuera, sed ponunt. & dato, sed nō cōcesso, q̄ B. Hie. aliter sentuerit de hoc, q̄ sentiat cōcilia gñalia Triden. &. eadē hac non ecclesia ad Hier. sed Hier. ad ecclesiā, uelut ad regulā Sanctissimā debē inflecti dēcre. vid. q. 19. a. 2. ap. quō Catholici circa eod. gpediēdi nobis Deus Terciò hēs, duo p rōnē prædicta patrū, q̄ eumo epalē pāte dñi præesse sacerdotali, & intelligas, & probes, & defendas.

¶Quarto uide quomodo ex iis uicissim Augustini doctrina & declaretur & confolidetur.

1 Epiph. hæresi 75. contra Aer. & Aug. diuersib. ad Qd uult Deū hæc. 53. to. 4.

2

3

4

QVÆST. XL. ART. V.

167

CONCL. 1°. Sacerdos accipiatur, secundum q̄ est sacramentū, episcopatus non est ordo.

¶PROB.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum supra sacerdotalem ordinem debeat esse potestas Episcopalis.

AD QVARTVM sic procedi- B tur. Videtur, quod supra sacerdotalem ordinem non debet esse aliqua potestas episcopalis. Sicut enim in litera dicitur, a ordo sacerdotalis b ab Aaron sumpsit exordium, sed in veteri lege nullus erat supra Aaron, ergo nec in noua lege debet aliqua potestas esse supra sacerdotalem.

2 Præterea, Potestas ordinatur secūdum actus: sed nullus C actus sacerdotalis potest esse ma ior, quam consecrare corpus Christi, ad hoc est enim potestas sacerdoralis, ergo supra sacerdotalem b potestatem non debet esse episcopalis.

¶ 3 Præterea. Sacerdos in offerendo gerit figuram Christi in ecclesia, qui se patri pro nobis obtulit, sed in ecclesia nullus est b maior Christo, quia ipse est caput Ecclesiæ, ergo ut D prius.

Sexto, Vtrum affinitas matrimonium impediat.

Septimo, Vtrum affinitas habeat per seipsam gradus.

Octauo, Vtrum gradus eius extendatur sicut gradus consanguinitatis. C

Nono, Vtrum matrimonium, quod est inter consanguineos & affines, semper sit dirimendũ per diuortium.

Decimo, Vtrum ad dirimendum tale matrimonium sit procedendũ per uiam accusationis.

Vndecimo, Vtrum in tali causa sit procedendum per testes.

ARTICVLVS I. D

Vtrum ex matrimonio consanguinei, affinitas causetur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ex matrimonio consanguinei, affinitas non causetur, quia propter quod vnumquodque, & illud magis: sed mulier ducta in matrimoniũ non coniungitur alicui de consanguinitate uiri, cum ergo nõ fiat uiro affinis, nec alicui consanguineorum affinis erit.

¶ 2 Præterea, Eorum, quę sunt abinuicem separata, si 2 uni aliquid coniungitur, non oportet propter hoc ꝙ sit alteri coniunctum, sed consanguinei iã sunt abinuicem separati, ergo non oportet ꝙ si aliqua mulier coniungatur alicui uiro, ꝙ propter hoc coniungatur cõsanguineis E eius omnibus.

¶ 3 Præterea, Relationes ex aliquibus mutationibus innascũtur, sed nulla † fit in consanguineis uiri per hoc, ꝙ ille duxit uxorem, ergo non accrescit eis affinitatis relatio.

SED CONTRA, Vir, & uxor efficiuntur una caro, si ergo uir secũdum carnem omnibus suis cõsanguineis attinet, & mulier eadem ratione attinebit eisdẽ.

Præterea, Hoc patet per auctoritates in litera * adductas. *ii. 4. sent. d. 41. §. 1.

RESPONDEO, Dicendum, quòd amicitia naturalis in communicatione naturali fundatur, naturalis autem communicatio est duobus modis secundum Philosophum. 8. Ethicor. * Vno modo per carnis propagationem, alio modo per cõiunctionem ad carnis propagationem ordinatam. Vnde ipse † ibidem dicit, ꝙ amicitia viri ad vxorem est naturalis. Vnde sicut persona coniuncta alteri p carnis propagationẽ, quoddã uinculum naturalis amicitiæ facit, ita si coniungatur per carnalem copulã, sed in hoc differt, quod persona coniuncta alicui per carnis propagationem, sicut filius, patri, fit particeps eiusdem radicis communis, & sanguinis, unde codẽ genere uinculi colligatur filius, consanguineis patris, quo patet coniungebatur, scilicet consanguinitate, quãmuis secundum alium gradum propter maiorem distantiam à radice; sed 2ᵐ persona coniuncta per carnalem copulam † non fit particeps eiusdem radicis, sed quasi extrinsecus adiuncta; & ideo ex hoc efficitur aliud genus uinculi, quod affinitas dicitur, * & hoc est, quod in uersu dicitur. *Al. nepotem. concel. m

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

Quia persona scilicet generata, fit in eodem genere attinentiæ, sed alio gradu; per carnalem uero copulam fit in alio genere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis causa fit potior effectu, non tamen oportet semper quod nomen idem effectui, & causæ conueniat; quia quandoque illud, quod est in effectu, inuenitur in causa non eodem modo, sed altiori, & ideo non conuenit causæ, & effectui per idẽ nomen, neque per eãdem rationem, sicut patet in omnibus causis æquiuoce agentibus: & hoc modo coniunctio uiri, & uxoris est potior, quam coniunctio uxoris ad consanguineos uiri, non tamen debet dici affinitas, sed matrimonium, quod est vnitas quædam, sicut homo est sibi ipsi idem, non consanguineus.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ consanguinei sunt quodammodo separati, & quodammodo cõiuncti, & rõne coniunctionis accidit ꝙ persona, quæ uni

uir & uxor sit ratio, quam cõtinet vxor ad consanguineos &c. ut in textu. A. 2. ad 1. §. 1. vsque.

2ᵐ maior. Eorum, quæ sunt abinuicem separata, si uni aliquid cõiungitur, nõ oportet propter hoc, ꝙ sit alteri coniunctũ &c. si illud aliquid coniungitur eorum uni, secundum ꝙ ab inuicem separata sunt: non secundum ꝙ ad inuicem coniuncta sunt. ¶. Tunc nihil &c. Nam consanguinei sunt quodammodo separati, & quodammodo &c. ut in textu. *li. 4. sent. d. 41. §. 1.

¶ Examen. Ly quodammodo separati. Videlicet secundum rationem. Videlicet per amicitiam naturalem in propagatione sanguinis eiusdem fundatam: ut ex principio corp. colligitur. *lib. 8. Enumeralem differentiam, ut patet. à medio, loco citato.

1ᵐ de

Universidad de Deusto
Biblioteca

3m de maiori

Mutationibus ℞ uel utriusque extremi vel alterius tantum omninò, uel alterius tantum sed non omninò. § Vt declaratur in textu à principio vsque exclusiuè ad ly & similiter est de consanguinitate & affinitate. Tunc nihil &c. Namlicet nulla mutatio fiat in consanguineis uiri per hoc quòd ille duxit vxorem (vt arguitur) si loquamur de mutatione primo, vel secundo, modo prædicto: tamen aliqua mutatio fit in eis, quamuis non nota, si loquamur de mutatione tertiomodo declaratur in textu à ly & similiter est de consanguinitate & affinitate. &c. usque in finé.)

¶NOT. Id, quod textus dicit, relationem innascentem ex motu unius fine motu alterius, uel præcedente uel concomitante, responsum formale notauit per ly alterius tantū omninò. Item id, quod textus uocauit relationem innascentē ex motu unius fine motu alterius tunc existente, non tamen fine motu præcedente, responsum formale notauit per ly alterius tantum, sed non omninò.

APPENDIX.

1 Vtil. p S. Eccl. &c. EX articulo habes. ¶Primò quomodo per rationem ostendas, meritò à Gregorio Papa esse insinuatum ꝙ ex consanguinei matrimonio affinitas oritur & sic. Potrò de affinitate, quam dicis parentelam esse, quæ ad vitū ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad uxorem pertinet: manifestissima ratio est, quia si secūdum diuinā sententiā ego & uxor mea sumus una caro, profectò mihi, & illi mea quæque parentela propinquitas una efficitur; quò circa ego, & soror uxoris meæ, in uno, & primogrado erimus filius uerò eius, in secundo erit gradu à me; ne-

coniungitur, aliquo modo omnibus coniungatur: sed propter separationem, & distantiam accidit quòd persona, quæ uni coniungitur alio modo, uel secundum genus, uel secundum aliū gradum.

AD TERTIVM dicendū, quòd relatio quandoque innascitur ex motu utriusque extremi, sicut paternitas, & filiatio, & talis relatio est realiter in G utroque, quandoque uero innascitur ex motu alterius tantum, sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quando relatio innascitur ex motu unius sine motu alterius, uel præcedenti, vel concomitante, sicut in creatore, & creatura patet, & sensibili, & sensu, & scientia, & scibili, & tunc relatio est in uno secundum rem, & in altero secundum rationem tantum. H Alio modo quando innascitur ex motu unius sine motu alterius tunc existente, non tamen sine motu præcedente, sicut æqualitas fit inter duos homines, per augmentum vnius, sine hoc quòd alius tunc augeatur, sed tamen prius ad hanc quantitatem, quam habet per aliquem motum, uel mutationem peruenit: & ideo in utroque extremorum talis relatio realiter fundatur: & similiter est de consanguinitate, & affinitate, quia relatio fraternitatis, quæ innascitur aliquo puero nato alicui iam prouecto, causatur quidem sine motu tunc existente, sed ex motu ipsius, præcedente scilicet, generationis eius. Hoc enim ei accidit, ꝙ ex motu alterius sibi tunc talis relatio innascatur. Similiter ex hoc ꝙ iste descendit per generationē pro- K priam ab eadem radice cum uxo, prouenit affinitas in ipso ad vxorem, sine aliqua noua mutatione ipsius.

ARTICVLVS II.

Vtrum affinitas maneat post mortem viri, aut uxoris.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ affi- F nitas non maneat post mortem viri, aut vxoris inter consanguineos uiri, et uxoris, quia h cessante causa cessat effectus: sed causa affinitatis fuit matrimonium, quod cessat in morte viri, quia tunc soluitur mulier à lege uiri, ut dicitur Roma.7. ergo nec affinitas prædicta manet.

¶2 Præterea, Consanguinitas h causat affinitatem: sed consanguinitas uiri cessat per mortem ad consanguineos suos, ergo, et affinitas uxoris ad eos.

SED CONTRA, Affinitas ex consanguinitate causatur: sed consanguinitas est perpetuum uinculum, quandiu personæ uiuunt, ergo, et affinitas, et ita non soluitur affinitas soluto matrimonio per mortem personæ

RESPONDEO, Dicendū, quòd relatio aliqua esse definit dupliciter. Vno modo ex corruptione subiecti: alio modo ex subtractione causæ, sicut similitudo definit, quando alter similium moritur, uel quando qualitas, quæ erat causa similitudinis, subtrahitur. Sunt autem quędam relationes, quę habent pro causa actionem, uel passionem, aut motum, ut in 5.m Meta. dicitur, quarum quædam causantur ex motu, inquantum aliquid mouetur actu, sicut ipsa relatio, quæ est mouentis, & moti, quædam autem inquantū habent aptitudinem ad motum, sicut motiuum, & mobile, dominus, & seruus, quædam autē ex, hoc ꝙ aliquid prius motum est sicut pater, et filius, non ex hoc quod est generari tūc, adinuicē dicuntur, sed ex hoc quod est generatum esse, Aptitudo autē ad motum, et ipsum moueri trā sit: sed motum esse perpetuum est, quia quod factum est, nunquam desinit esse factum. Et iō paternitas, et filiatio numquam destruuntur per subtractionem causæ, sed solum per corruptionem subiecti per alterutrum extremorum. Et similiter dicendū est de affinitate, quæ causatur ex hoc ꝙ aliqui coniuncti sunt, non ex hoc ꝙ coniunguntur, vnde m non diuimitur manentibus illis personis, inter quas affinitas est contracta, quamuis moriatur persona, ratione cuius contracta fuit n.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd coniunctio matrimonii causat affinitatem nō solum ex hoc quod est actu coniungi, seu secundum hoc, quod est prius B coniunctum esse.

AD SECVNDVM dicendum, quòd consanguinitas non est ꝓ xima causa affinitatis: sed coniūctio ad consanguineum, non solum quæ est, seu quæ fuit, & propter hoc ratio non sequitur.

ARTICVLVS III.

Vtrum illicitus concubitus affinitatem causet.

AD TERTIVM sic procedi- C tur. Videtur quòd illicitus concubitus affinitatem non causet. Quia affinitas est quædam res honesta: sed res honestæ nō causantur h ex inhonestis, ergo ex inhonesto concubitu, non potest affinitas causari. D

2 Præterea, Vbi est consanguinitas, h non potest esse affinitas, quia affinitas est proximitas personarum ex carnali copula prouenientes, omnicarens parentela sed contingeret ad consanguineos, & ad seipsum esse affinitatem, si illicitus concubitus affinitatem causaret, sicut quando homo carnaliter cō sanguineā suam incestuose cognoscit, ergo affinitas non causatur ex illicito concubitu. E

3 Præt. Illicitus concubitus est secundum naturam, & contra naturam, sed in illicito concubitu contra naturam non causat affinitas, ut iura determinant, h ergo non ex illicito concubitu

exp. extraord. naria. 35. q. 5.

2m de maiori

Causat ℞ remotè, nō propinquè. §. ut declaratur in textu. Tūc nihil &c. Licet enim consanguinitas viri cesset per mortem ad consanguineos suos (vt arguitur) tamen nunquā cessabit hoc, quòd scilicet coniunctio facta inter illius uxorem ad consanguineū illum-

APPENDIX.

1 EX articulo habes. ¶Primò quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à tribus Pontificibus, ꝙ affinitas manet post mortem uiri aut uxoris. Insinuatum autē est 35. q. 10. à Gregorio Papa ad Venered Episcopum Catalitanum cap. Fraternitatis &c. Sedem Apostolicam consulere decreuisti si mulier copula nuptiali extraneo uiro coniuncta &c. si eo defuncto cognatio remaneat &c. Potrò, uno defuncto, in superstites affinitas non deleque necalia copula coniugalis affinitatem copulæ priorem soluere valet. Hæc ibi. Item ab Innocentio Papa. Si cuius patruus uxoratus obierit & illa uirum alium postea duxerit, & filios ex illo genuerit, filiis eorum his committeri omnibus modis prohibemur, quia vir & mulier una caro sunt. Hæc illa ibid. Item à Synodo Romana ibid. Si qua mulier ad secundas nuptias transierit, & ex illo filium genuerit, nullo modo poterit ad consortiū cognationis viri primi pingere. Hæc illa.

¶Secundò habet: quomodo per rationem prædictā patrū, pro quanto consanguinitatem perseuerare post mortē personæ cuius causa contracta est, insinuant, & inculcant, & probes, & defendas. 3

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & cōfoueretur.

QVÆST. LV. ART. II.

CONCL. Affinitas inter aliquas personas contracta non diuimitur, manentibus illis personis; quamuis moriatur persona, ratione cuius contracta fuit. xxx

¶PROB. Quia affinitas causatur non ex hoc, quòd aliqui coniunguntur; sed ex hoc quòd aliqui coniuncti fuerunt (patet à simili de patre & filio: ut in textu.) conel. m

1m de

1m de maiori. Cessante causa. ℞. secundum quòd cauſa. §. Tunc nihil &c. Nam causa affinitatis, secundum q̄ quòd est eius causa, nunquam cessat: eam quòd moriatur persona illa finitatem non solum ex hoc &c. vt in textu.

¶NOT. Ex responsione ista textuali intelligas probationis prædictę sensum: propter ly non solum.

Quādo igitur in probatione dictum fuit; quòd affinitas non causatur ex hoc, ꝙ aliqui cōiunguntur, intelligitur sic quòd non est necessarium illam cōiunctionem perpetuò manere ad hoc, ut affinitas perpetuò duret: sed ad hoc sufficit, quòd ali quando fuerit illa cō iunctio. Non igitur negauit, quòd coniūctio illa actualis sit in principio necessaria: sed affirmare intendit stando in formalitate quæstū, quòd ad perpetuitatem affinitatis causandam principaliter ratio, quòd illi aliquando cōiuncti fuerint: hoc est, erat causa non ipsum coniungi, sed ipsum cōiunctum fuisse. Vnde inter probationem, & hunc textum responsio, nulla est contrarietas, immo alterutrius utilissim declarano.

2m de maiori

Causat ℞ remotè, nō propinquè. §. ut declaratur in textu. Tūc nihil &c. Licet enim consanguinitas viri cesset per mortem ad consanguineos suos (vt arguitur) tamen nunquā cessabit hoc, quòd scilicet coniunctio facta inter illius uxorem ad consanguineū illum-

APPENDIX.

1 EX articulo habes. ¶Primò quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à tribus Pontificibus, ꝙ affinitas manet post mortem uiri aut uxoris. Insinuatum autē est 35. q. 10. à Gregorio Papa ad Venered Episcopum Catalitanum cap. Fraternitatis &c. Sedem Apostolicam consulere decreuisti si mulier copula nuptiali extraneo uiro coniuncta &c. si eo defuncto cognatio remaneat &c. Potrò, uno defuncto, in superstites affinitas non deleque necalia copula coniugalis affinitatem copulæ priorem soluere valet. Hæc ibi. Item ab Innocentio Papa. Si cuius patruus uxoratus obierit & illa uirum alium postea duxerit, & filios ex illo genuerit, filiis eorum his committeri omnibus modis prohibemur, quia vir & mulier una caro sunt. Hæc illa ibid. Item à Synodo Romana ibid. Si qua mulier ad secundas nuptias transierit, & ex illo filium genuerit, nullo modo poterit ad consortiū cognationis viri primi pingere. Hæc illa.

¶secundò habet: quomodo per rationem prædictā patrū, pro quanto consanguinitatem perseuerare post mortē personæ cuius causa contracta est, insinuant, & inculcant, & probes, & defendas. 3

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & cōfoueretur.

QVÆST. LV. ART. III.

CONCL. Fornicarius concubitus *lib. 5. E- affinitatem causat, in thic. c. 12. quantum habet ali- a medio. quid de carnali coniunctione.

¶Examen: Ly fornicarius. Sollicet latgo modo. Per fornicationem enim nunc intelliguntur quæcunque species luxuriæ puta adulterium &c. exceptis contra naturam existentibus.

¶Ly de carnali coniunctione, Scilicet habente seminum commixtionem, ex qua possit de natura sua sequi generatio.

¶PROB. Quia matrimonium causabat affinitatem, secundū ꝙ erat quædam carnalis commixtio nō secundum quòd erat sortietas quædam ad uitam communem coniugij / patet ergo à simili. Vid. art. 2. conel. m

1m de minori

Ex inhonestis. ℞. ut inhonesta sunt: non ex aliquid honestatis habent. § Tunc nihil &c. Licet enim concubitus fornicarius sit inhonestus & affinitas sit res honesta: nō tamen ex illo tanquā inhonesto causatur ista, sed ex illo tantum quam aliqualiter honesto, inquantū scilicet aliquid naturale dicit. In fornicario. Siquidem concubitus est aliquid naturale: quod est commune fornicationi, & matrimonio &c. ut in textu

¶NOT. Quando dicitur, quòd res honestæ non causantur ex inhone-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inhonestis, intelligitur (vniuersaliter loquendo) attenta natura F honestorum, & inhonestorum: non autem attenta virtute alicuius superioris, puta Dei &c. Ex malo enim elicere bonum familiare est.

2m de maiori. Non potest esse. &. secundum eandem

consideratione[m]: nō autem, ratione diuersorum. §. Tunc nihil &c. Nam inconueniēs non est ratione diuersorum hunc esse affinem alicui, & simul esse consanguineum: vt declaratur in text.

3m illatio cōclusionis. Ergo &c.

*Arguitur in art.

2. negatur illatio. §. Concubitus enim secundum naturam habet cōmixtionem seminum, ex qua tanquam causa possibili generationis affinitas causatur: concubitus uerò contra naturam non habet &c. ut in textu.

¶NOT. Quòd in concubitu illicito requiratur necessariò cōmixtio ista ad causandam affinitatem: vide artic. 4. not. post ad 2m.

APPENDIX.

1 Vid. p. 8. Eccl. &c.

EX articulo habet. ¶ Primòquòd per rationē ostendas, meritò esse insinuatū à summis Pōtificibus, q. consanguinitas ex illicito concubitu causatur. Vt puta ab Innocentio iij. de probation. per tuas &c. T. Tiberinus cuius quandam per septennium habuit concubinam &c. Mulier illa dedicto T. suscepisse R. primitus constanter asseruit: & idem T. præfatæ mulieris denūcius instantia ipsum suum filium publicè recognouit, & filius eius nominat' communiter fuit, & habitus ab ambobus. Vnde apparet per cōsequens, q. prædictus R. Sophiam neptem memorati T. eius p̄sumitur consobrinam, non potest habere ali quatenus in uxorem. Hæc ibi. Vbipater, q. illicitus cōcubitus Tiberij cum illa concubina causauit affinitatem: ita q. filius illorum Robertus tanquam affinis reputatur omnino coniugio Sophiæ nepti patris sui Tiberij. Item ab eodē de eo qui cognouit consang. vxo. suæ. Tuæ fraternitatis deuotio postulauit rutrum is, qui cum sorore legitimæ coniugis fornicatur, eā uxore posset postmodum commorari: & exigere debitum ac soluere requisitus. Nos igitur respondemus, q. uxor ut à cōmixtione uiri abstineat propter publicam honestatem, & in continentia maneat, donec vir viam uniuersæ carnis ingressus fuerit, diligenter ei est monenda. Quòd si forte cōmonitioni parere recusans talis fuerit, ut delapsu timeatur ipsius: vir eius potens, & debebit, cum Dei timore debitum ei soluere coniugale: cùm affinitas post matrimonium iniquè cōtracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non exitit. Hæc ibi. Vbi per ly publicam honestatem, intelligit affinitatem: sicut & idem Papa in contextu nominauit inferius, & glosa ibi exponit. Item ab eodem ibid. Discretionē tuā, &c. Nec affinitas, quę post contractum legitimè matrimonium inter uirū & uxorem iniquè cōtrahi, ei dēt efficere: quæ humōi iniquitatis particeps non exitit nec ūm suo iure non debeat sine sua culpa priuari. Hęc ibi. Item ibid. à Gregorio ix. Ioannæ mulieri &c. Eapp mandamus, quatenus virum; ipsorū ad vouendam perpetuā cōtinentiam auctē monens. Et, si ad eam inducī nequiuerint. Memoratū, iniuncta ei primitus pro cōmissō excessu pœnitentia competenti, ut eidem cohabitet & coniugale debitū reddat exact° ecclesiastica cēsura cōpellas. Hæc ibi. Vbi ex ista difficultate de coniungendis ipsis facta monstrat apertè Papa: q. affinitas ex concubitu incestuoso causata fuerat.

¶Secundo habet: quòd per rationē prædictā Pontificum, pro quanto affinitatē ex iniquo cōcubitu causari dicunt, & intelligas, & defendas.

¶Tertiò uides: quòd ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc, declaretur & confoliderē.

QVAEST. LV. ART. III.

CONCL. Ex sponsalibus non causatur affinitas, sicut ex matrimonio: sed aliquid affinitati simile quod dicitur publicæ honestatis iustitia, quę impedit matrimonium, sicut & affinitas, secundum eosdem gradus.

¶PROB. 1. Quia sponsalia non habēt perfectam rationem matrimonij, sed sunt quædam præparatio ad matrimonium; 2. Quia (ly quæ impedit &c. relinquitur clara.

¶NOT. Merito secunda pars probationis ut patent supponitur: quia iura Pontificia ante tempus sancti Doctoris instituta & secundum quæ loquebatur, hoc determinarunt. Quid autem tenendum sit hodie post iura nouas; dicetur in appen. sequen.

1m illatio conclusionis. Ergo &c. R. conceditur illatio: loquendo de sponsalibus

3 Præt. In sponsalibus nō fit nisi quædam sponsio futurarum nuptiarum, sed aliquando fit h sponsio futurarum nuptiarum, & ex hoc non contrahitur aliqua affinitas, sicut si fiat ante septennium, uel si aliquis habēs C perpetuum impedimentum tollens potentiam coeundi, alicui mulieri spondeat futuras nuptias, aut si talis sponsio fiat inter personas, quibus nuptię per uotum reddantur illicitę, uel alio quocumque modo, ergo sponsalia non possunt esse causa affinitatis.

SED CONTRA est, quòd Alexand. Papa * prohibuit mulierē quādam cuidam uiro matrimonio cōiungi, quia fratri suo fuerat desponsata, quod non esset, nisi per sponsalia affinitas contraheretur, ergo &c.

RESPONDEO, Dicendū, quòd sicut sponsalia non habent perfectam rationem matrimonij, sed sunt quædam præparatio ad matrimonium, ita * ex sponsalibus non causatur affinitas, sicut ex matrimonio: sed aliquid affinitati simile quod dicitur publicæ honestatis iustitia, quę impedit matrimonium, sicut † & affinitas, secundum eosdem gradus *, & definitur sic. Publicæ honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniens, robur trahens ex ecclesiæ institutione propter eius honestatē ex quo patet ratio nominis, & causa, quia scilicet talis propinquitas ab ecclesia instituta est propter honestatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sponsalia non ratione fui, sed ratione eius, ad quod ordinantur causant hoc genus affinitatis, quod dicitur publicę ho

* ca. 1. de matri. cōtrac. contra inter di. eccle sia.

* ca. 1. de matri. cōtrac. contra inter di. eccle sia.

nestatis iustitia, & ideo sicut matrimonium est perpetuum uinculum, ita, † & prædictus affinitatis modus.

AD SECVNDVM dicendum, q. vir, & mulier efficiuntur in carnali copula una caro per commixtionem seminū, unde quantumcunq; claustrum pudoris inuadat, uel frangat, nisi commixtio seminum sequatur, non contrahitur ex hoc affinitas, sed matrimonium affinitatem causat, non solum ratione carnalis copulæ, sed etiam ratione societatis coniugalis, secundum quam etiam matrimonium naturale est. Vnde, † & affinitas contrahitur ex ipso contractu matrimonij, per uerba de præsenti ante carnalem copulam, & similiter ex sponsalibus, in quibus fit quædam pactio coniugalis societatis, contrahitur aliquid affinitati simile, ut publicæ honestatis iustitia.

AD TERTIVM dicendū, quòd omnia impedimenta, quæ faciunt sponsalia non esse sponsalia, non permittunt ex pactione nuptiarum affinitatem fieri, unde, siue habens defectum ætatis, siue habens uotum solemne continentiæ, aut aliquod huiusmodi impedimentum, sponsalia de facto contrahat, ex hoc non sequitur aliqua affinitas, q. sponsalia nulla sunt, nec aliquis affinitatis modus. Si tamen aliquis minor, frigidus, uel maleficiatus, habens impedimentum, ante annos pubertatis post septennium contrahat sponsalia cum adulta, ex tali contractu contrahitur publicæ honestatis iustitia, quia adhuc non erat in actu impediendi, cum in tali ætate puer frigus, & non frigus quantum ad actum illum, sit æqualiter impotens.

ARTICVLVS V.

Verum affinitas sit causa affinitatis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur etiam quòd affinitas ut causa affinitatis, quia Iulius Papa dicit, † Consanguineam relictam uxoris suæ nullus ducat uxorem, & in seq. cap. dicitur, quòd duæ consanguineorum uxores, uni viro alteri post alteram nubere prohibentur: sed hoc non est nisi ratione h affinitatis, quæ contrahitur ex coniunctione ad finem, ergo affinitas est causa affinitatis.

¶ 3 Præt. Carnalis commixtio coniungit, h sicut † & carnalis propagatio, quia æqualiter computantur gradus affinitatis, & consanguinitatis, sed consanguinitas est causa affinitatis, ergo, † & affinitas.

¶ 3 Præt. Quęcumq; uni, & eidem sunt h eadem, sibi inuicem sunt eadem, sed uxor uiri alicuius efficitur eiusdem attinentiæ cum omnibus consanguineis uiri, ergo, † & omnes consanguinei uiri sui, † efficiuntur unum per affinitatem, cum omnibus qui attinent mulieri & sic affinitas est causa affinitatis.

SED CONTRA, Si affinitas ex affinitate causatur, aliquis, qui h cognouisset duas mulieres, neutram earum posset ducere in uxorem, quia secundum hoc altera efficeretur alteri affinis, sed hoc est falsum, ergo affinitas non causat affinitatem.

Præt. Si affinitas ex affinitate nasceretur aliquis h contrahens

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primò quòd per rationē ostendas, meritò insinuatum ab Alexandro iij. q. ex sponsalibus causa[m] tur publicæ honestatis iustitiæ &c. Si puella infra nubiles annos alicui desponsata fuerit, non licet

1 Vid. p. 5. Eccl. &c.

2m deminori Magis propinquus carnali copulæ. R. nō

autem pactioni coniugalis societatis. §. Tunc nihil &c. Nam ex pactione ista societatis contrahitur affinitas, i. aliquid affinitati simile: ut patet à simili de matrimonio. Nam matrimonium affinitatē causat non solum &c. ut in textu.

¶NOT. Ex primis uerbis textualis resp̄si, scilicet vir & mulier efficiuntur in carnali copula &c. adueritq; loquitur non de coniugatis, sed de illicito concubitu se cognoscentibus: & eō sequitur loquitur in proposito articuli tertij, ubi affinitas ex talis copula causari dr. Habes ergo, ultra ibi dictā, quō intelligas affinitatem ex illo causari: & consequenter q. non tot modis ibi causatur, sicut in matrimonio; nec eo modo quo in sponsalibus. Verba huiusmodi textualia confirmantur à fortiori per Vthimum Papam 35. q. 2. & 3. Extraordinaria polluto non nisi in naturalib. admissa, uel sepius reiterata, citra maritalē affectum, non vi matrimonium impedit: quamuis ipsa sit criminosa & damnabilis. Hæc ibi. Vbi p polluto enim extraordinariam intelligitur polluto extra claustrum pudoris, & (breuiter) quomodocunque facta dummodo ibi non interuenerit commixtio seminū. Propter ly citrā maritalem affectum iudicat uerbo quod Vrbanus confirmat textū huc Diui Thomæ de matrimonio, pro quanto affinitatem causat. Nam, secundum Papam etiam, remota commixtione seminum causatur affinitas per matrimonium.

3m de minori. Fit sponsio. R. inualida: non autem valida. §. Tunc nihil &c. Nam conclusio loquitur de sponsalibus, quando valent; non autem quando sunt nulla.

¶NOT. Circa nullitatem, vel nullitatem sponsalium, de quibus in responso formali, distinctius intelligendum, unde ex tum. Non enim impedimenta omnia sponsalium nullitatem ipsorum causant.

E[x] articulo habes. ¶ Primò quòd per rationē ostenditur, meritò insinuatum ab Alexandro iij. q. ex sponsalibus causa[m] tur publicæ honestatis iustitiæ &c. Si puella infra nubiles annos alicui desponsata fuerit, non licet alteri de consanguinitate, ipsius, cui desponsata fuerit, eam ducere in uxorē: nec fas est eidem sponsō de consanguinitate sponsæ sibi aliquam copulare. Hæc ille de despon. impuber. Cōtinebatur. Item ab eod. ibid. Litteras &c. Cùm quidam esset perfectæ ætatis, quandā puellam in cunabulis desponsauit: procedente uerò tempore matrem puellæ cognouit, & eam in uxorem accepit. Si præfatus uir matrem puellæ, antequam septimum annum compleuisset, in uxorem accepit, matrimonium non dissoluas: cùm desponsationes huiusmodi nullæ sunt, quæ in cunabulis fiunt. Verum, si postquā puellā septimū annū cōpleuit, prædictus uir matrem eius accepit uxorē; cum sponsalia ex tunc placere consueuerint, inter eos finem diuortij non differas pronunciare nec ipsum illam, seu matre habere permittas. Hæc ibi. Vbi nota, q. sibi habere nō pōt, pp affinitatē superuenientem ex illicito cōcubitu. ar. 3. nec matre, pp publicæ honestatis iustitiam. Et quia illa iustitia publicæ honestatis in primo gradu est (vt patet,) ideo etiam hodie impediret à matrimonio. Dequa re sic ius nouum statuit. Iustitiæ publicę honestatis impediret. Secus de aliis gradibus: eam q. per hęc antiqua iura impedimentum, ubi sponsalia quæcunq; rōne nulida non essent, sanctę synodus protinus tollit; ubi aut nulida fuerint, primū gradū non excedat: nā in ulteriorib. gradibus tam non potest humōi prohibitio ab hiis dispendio obseruari. Hæc Conc. Trid. sess. 24. cap. 5. de refor.

31. q. 3. c. Et hoc quoq; ila tuus, &c. † Contra dicimur.

Publicæ honestatis iustitia, quo nunc ius pedat. vel non.

¶secundò habes: quòd per rationē prædictā patris, pro quanto ex sponsalibus causari iustitia publicæ honestatis minuant; & intelligas, & defendas. ¶ Tertiò uides: quòd ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & confoliderē.

QVAEST. LV. ART. V.

CONCL. 1. Affinitas non causat affinitatem, sed aliud affinitati simile genus.

¶PROB. 1. Quia affinitas non causatur per carnis propagationem, sed per matrimonialem cōmixtionē (ut patet. 2). Quia (ly sed aliud &c.) claram præsupponitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Examen. Ly primum genus. Exemplũ sit tam de isto primo, quàm de secũdo, & tertio genere. Titius, & Berta, iuncti matrimonio habent vicissim pro affinibus omnes alterius consanguineos. Vt puta. Albertus frater Bertæ est affinis Titio. Ille Albertus matrimonialiter coniungitur Margaretæ. Ista Margareta non erit propter hoc affinis Titio in primo genere (vt sunt consanguinei Bertæ: sed erit in secundo. Monica Margaretæ Albertus ducis vxorem Nicolaus inquę Titio attinebit in tertio genere. Nunc ergo Titius poterit & Nicolaum habere vxorem, & Margaretam si uiueret: sed cõsanguineos Bertæ vsque ad quartum gradum, non.

¶PROB. Qui a patet ex iuribus.

1m de minori

cum xuore defuncti, fieret affinis omnib. consanguineis prioris uiri, ad quos mulier habet affinitatem sed hoc nõ potest esse, quia maxime fieret affinis uiro defuncto, ergo &c.

Præterea, Cõsanguinitas est fortius uinculum, quàm affinitas, sed consanguinei uxoris nõ efficiuntur affines cõsanguineis uiri, ergo multo minus affines uxoris efficientur eis affines, & sic idem quod prius.

RESPONDEO, Dicendum, quòd duplex est, modus, quo aliquid ex alio procedit. Vnus secundum quem aliquid procedit in similitudinem speciei, sicut ex homine generatẽ homo. Alius secundum quem non procedit simile in specie, & hic processus semper est in inferiorem speciem, ut patet in omnib. agẽtibus æquinoce. Primus autem modus, pcessionis quotiescumque iteratur, semper manet eadem species, sicut ex homine generatur homo per actum generatiuæ uirtutis, & ex hoc generabile homo, & sic deinceps. Secundus autem modus sicut in primo facit aliam speciem, ita quotiescumq; iteratur, aliã speciem facit, ut ex pũcto per motum procedit linea non pũctus, quia punctus motus facit lineã, & ex linea linealiter mota non procedit linea, sed superficies, & ex superficie corpus, & ulterius per talem modum processus aliquis esse non potest. Inuenimus autem in processu attinẽtię duos modos, quib. uinculum huiusmodi causatur. Vnus per carnis propagationem, & hic semper facit eãdem speciem attinentiæ. Alius per matrimonialem coniunctionem, & hæc facit aliam speciem in principio, sicut patet, quòd coniuncta matrimonialiter consanguineo, nõ fit consanguinea, sed affinis. Vnde fim & ille modus procedendi iteratur, non erit affinitas, sed aliud attinentiæ genus. Vnde psona, quæ matrimonialiter affini coniungitur, non est affinis, sed est aliud genus affinitatis, quod dr secundum genus. Et ruius, si affini in secundo genere aliquis per matrimonium coniũgatur, non erit affinis in secundo genere, sed in tertio, ut hoc uersu supra posito † ostenditur.

Et hæc duo genera olim erant prohibita propter publicę honestatis iustitiã, magis quàm propter affinitatem, quia deficiunt à uera affinitate, sicut illa, q̃ ex sponsalib. contrahitur. Sed mõ illa prohibitio cessauit, & remanet sub prohibitione solũ primum genus affinitatis q̃ in quo est uera affinitas.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd alicui uiro consanguineus uxoris suæ, efficit affinis in primo gñe, & uxor eius in secũdo, unde mortuo uiro, qui erat affinis, non poterit eam ducere in uxorem propter secundum affinitatis genus. Similiter autem si aliquis uiduam in uxorem ducat consanguineus prioris uiri, qui est affinis uxori in primo genere, efficitur affinis secundo viro in secundo genere, & uxor illius consanguinei, quæ est affinis uxori uiri huius in secundo genere, efficitur affinis uiro in tertio genere. Et quia tertiũ genus erat prohibitũ propter honestatem quãdam, magis quàm propter affinitatem, ideo Canon dicit: Duas consanguineorum uxores uni uiro alterã post alteram nubere, publicæ honestatis iustitiæ contradicit, sed talis prohibitio nunc cessauit.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ quamuis carnalis cõiunctio coniungat, non tamen eodem genere coniunctionis.

AD TERTIVM dicendũ, quòd uxor uiri efficitur eiusdem attinentiæ cum consanguineis uiri quantum ad gradum eundẽ, sed non quantum ad idem attinentiæ genus. Sed quia in oppositũ ex rationib. quæ inducuntur, uidetur ostendi, quòd nullum uinculum ex affinitate causetur; ad alias rationes respondendum est, ne antiquæ ecclesiæ prohibitio irrationalis uideatur.

AD QVARTVM dicendum, q̃ mulier non efficitur affinis in primo genere uiro, cui coniungit carnaliter, ut ex pdictis patet. Vnde consequenter alij mulieri à uiro eodẽ cognitæ, non efficit affinis in sẽcũdo genere, unde nec ducenti in uxorẽ unã earũ, efficit affinis alij in tertio genere affinitatis: & ita duas mulieres cognitas ab eodẽ uiro, nec antiqua iura eidem successiue copulari prohibebant.

Affinitatis. p. largo modo dictæ. §. 1. publicæ honestatis. Sic enim loquitur Papa Iulius. Pro quo sciendum, q̃ alicui uiro cõsanguineus uxoris suę efficitur affinis in primo genere, & uxor eius in secundo &c. vt in textu. Tunc nihil contra. Nam de affinitate propriè dicta, quæ solum consanguineos uxoris uxorat, loquitur, cõclusio prima.

† art. 3. huius quæst. corp.

concl. 1

2m de maiori

Sicut. R. quantum ad coniunctionem; non quãtum ad genus cõiunctionis. §. Tũc nihil &c. ut patet ex dictis.

3m de maiori

eidem sunt cadẽ. R. secundũ omnia non, secundum aliquid tamen. §. Tũc nihil &c. Nam uxor uiri efficitur eiusdem attinentiæ &c. ut in textu. Sic ergo non secundum omnia.

¶NOT. A ly sed qa in oppositum ex rationibus &c. nota tenerẽtiam, quam semper detulit S. Thomas ecclesię Romanę. Rur sus. Ex eodem ducas, q̃ statuta ecclesiæ antiqua, etiam q̃ per non ua limitentur (siue aliter ordinando, siue &c.) non sunt pro irrationabilibus pro tẽpore illo, in quo facta sunt, habenda.

*31. q. 3. c. Porro duorum.

4m maior

Si affinitas ex affinitate causatur ita quòd qui cognouisset duas mulieres, neutram earum posset ducere in uxorem. R. negatur ista. §. nam præsupponit falsum: scilicet q̃ mulier fiat affinis ei, cui coniungitur carnaliter. Mulier enim non efficitur affinis in primo genere uiro &c. ut in textu.

5m ma-

¶Tertiò uidendum quomodo ex ijs uicissim Thomistica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

QVÆST. LV. ART. VI.

CONCL. 1. affinitas præcedẽs matrimonium impedit contrahendũ, & dirimit contractum. 214

¶PROB. Quia consanguinitas impedis ficillud (q. 54. ar. 3.) & eadem ratio, in p. posito, est de affinitate atque consanguinitate.

¶Examen. Ly eadẽ ratione. Scilicet proportionaliter. Licet enim consanguinitas sit maius uinculum absolutè, quàm affinitas: tamen utrunq; in suo genere impedit matrimonii usũ, ad 4um gradum; & propter eandem rõnem cohabitandi simul, ut in textu. Ité non est tanta reuerẽtia nobis indicta ergà affines, sicuti erga consanguineos propterea licet utraq; de iure naturali uel diuino impediat matrimonii (ut supra de consanguin. q. 54. dictum est) tamen magis de iure naturali consanguinitas impedit, quam affinitas.

*Ar. 3. cor.

concl. m

concl. n

CONCL. 2. affinitas matrimonio superueniat, non potest ipsum dirimere.

¶PROB. Quia patet ex supra.

¶NOT. Vide etiam art. 4. appen. ubi per Papam designatur, hanc non dirimere matrimoniũ, dum post illicitum uiri cum consanguinea uxoris de re minata; uirum ad hoc dẽre debuit cõtugi suæ reddere; si ex gatur. Vnde, & per hæc pontificum dicta præsentem. §. doctoris conclusionem confirmari, agnoscę.

*Quæst. 50. 2. uiri co, ad 7.

1m de minori

Matrimonio. R. contrahendo cum affine non ex quo causatur. §. ut patet in textu. Tunc nihil &c. Nã conclusio prima,

contra quam fit argumentum de matrimonio contrahendo loquitur.

2m de maiori. Re quædam uiri. R. effecta aliquid unum cum ipso uiro non autem possessa tantum ab ipso. §. Tunc nihil &c. Licet in consanguinei defuncti uiri succedãt in rebus ab ipso possessis (ut arguitur,) tamen succedere non possunt, in rebus factis iam una caro cum defuncto.

Nota. vniuersalis p. doctoribus.

caus. m

Veil. p. 5. Eccl. &c.

Concil. Trid. sess. 24. de refor. mat. c. 4. & caqueda cũ multis sequen. 51. q. 2.

*Al. mes.

1m maior. Si affinitas ex affinitate nascetur; aliquis A contrahens cum uxore defuncti fieret affinis omnibus consanguineis prioris uiri, ad quos mulier habet affinitatem. R. negatur illa. §. ut declaratur in textu. Tunc nihil &c. ut patet.

6m de cõclusione. Efficiẽtur eis affines R. propriè: nõ al ter. §. Tunc nihil &c. Sufficit enim conclusionẽ, q̃ aliquod uinculum, quamuis nõ sit propriè affinitas, causetur ex affinitate. & hoc, q̃ scilicet causetur uerum est aliqua limitatione adiecta. Nam mediante una persona non contungitur mihi alia; nisi ex hoc, quòd ei &c. vt in textu.

APPENDIX.

EX articulo habet. ¶Primo quo modo per rationem ostendas, metiõ insinuatum fuisse supra ar. 1. appen. p. Papam, quod affinitas non causat affinitatem; & maxime ab Innocentio iij. sic. Licet omnes consanguinei uxoris sint uiri affines, & omnes cõsanguinei uiri sint affines uxoris tamen inter consanguineos uxoris & uiri, ex corundem scilicet uiri & vxoris coniugio, nulla prorsus affinitas est contracta. Hæc ille de consangun. & affin. quod super hit. Ex quib. patet quòd Titius, qui est affinis Bertæ ex cõiugio suæ fratris Petrucij cum Berta, si duceret uxorem Antoniam: Berta non fieret affinis Antoniæ affinitate propriè dicta. Idem insinuat Innocẽtius, & simul attinentiam causatam idem tollit ab impeditiõe matrimonij, ut inquit D. Tho in corp.) sic enim habet Innocentius ibid. non debet &c. Cum prohibitionei de coniugio in secundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo. & de fœdere susceptis ex secundis nuptijs cognationi prioris uiri non copulanda, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum patiãtur animarum; cum cessante prohibitione cessat effectus, constitutiones super hoc ædituas sacri approbatione Concilij reuocantes præsenti constitutione decernimus, ut sic contabẽtes de cætero libere copulentur. Hæc ibi.

2. ¶Secundò habes: quomodo per sanctum Thomam prædicta Pontif. pro quanto affinitatem causare affinitatem negant, & intelligas, & tueatis.

AD QVINTVM dicendũ, quòd sicut uir non est affinis uxori suæ in primo genere, ita nec efficitur affinis secundo uiro eiusdem uxoris in secundo genere, & sic ratio non procedit.

AD SEXTVM dicendum, quòd mediante una persona non coniungitur mihi alia, nisi ex hoc quòd ei adiungitur. Vnde mediante muliere, quæ mihi est affinis, nulla persona fit mihi attinens, nisi, quæ illi mulieri adiungitur, quod non potest esse nisi per carnis propagationem ex ipsa, uel propter coniunctionem matrimonialem ad eam, & utroque modo aliqua attinentia mediante prędicta muliere secundum antiqua iura, mihi proueniebat, quia filius eius etiam ex alio viro efficitur mihi affinis in eodẽ genere, sed in alio gradu, ut ex regula prius data patet: & iterum secundus uir eius efficitur mihi affinis in secundo genere. Sed alij consanguinei illius mulieris non adiunguntur ei. Sed ipsa, vel adiũgitur eis, sicut patri, & matri inquantum procedit ab eis, uel existentibus ex principio eodem, sicut fratribus, unde frater affinis mei, uel pater, non efficitur mihi affinis in aliquo genere.

ARTICVLVS VI.

Vtrum affinitas impediat matrimonium.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd affinitas matrimonium non impediat. Nihil enim impedit matrimonium, nisi quod est illi contrarium: sed affinitas non contrariatur matrimonio, cum sit effectus eius, ergo non impedit matrimonium.

¶2 Præt. Vxor per matrimoniũ efficitur res quædam uiri, sed consanguinei defuncti uiri succedunt in rebus eius, ergo possunt succedere in uxore, ad quã tantum manet affinitas, ut ostẽsum est, ergo affinitas non impedit matrimonium.

SED CONTRA est, quod dicitur Leuit. 18. Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis, sed illa est tantum affinis, ergo affinitas impedit matrimonium.

RESPONDEO, Dicendũ, quòd dm affinitas præcedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum, ea dem ratione, qua, & consanguinitas. Sic utenim ineſt neceſsitas quædam cohabitandi cõsanguineis adinuicem, ita, & affinibus & sicut est quoddam amicitiæ vinculum inter consanguineos, ita inter affines, sed si affinitas matrimonio superueniat, non potest ipsum dirimere; ut supra dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ affinitas non contraria tur, matrimonio, ex quo causatur, sed contrariatur matrimonio quod cum affine contrahendum esset, inquantum impediret multiplicationem amicitiæ, & concupiscentię repressionem, quæ per matrimonium quæruntur.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ res possessæ à uiro, non efficiuntur aliquid unum cum ipso viro, sicut uxor efficitur una caro cum ipso. Vnde sicut consanguinitas impedit matrimoniũ, uel coniunctionem ad uirum, ita, & ad uxorem viri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

APPENDIX.

1 Vtil. p 5. Eccl. &c.

EX articulo habet. ¶Primò quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum fuisse, quòd affinitas impedit matrimonium sicut consanguinitas, à Papa Alexandro iij. inquisita diligentius veritate, si per testes circumspectos omni exceptione maiores inuenerit, q̃ primum ut superstitiè quarto gradu consanguinitatis attingit, q̃ differas diuortij sententiam promulgare. Eqùidem (ut canones dicunt) abstinendũ est à consanguineis uxoris ut proprijs. Hæc ille: de consangu. ex literis. Item ab Vrbano iij. ibid. Super eo &c. Si manifestum est, inuenè cognouisse propinquam prædictę puellæ, uel si non est manifestum, fama tamẽ loci hoc habet, cum esset sponsa tantummodo de futuro, idẽ ab ei⁹ impetitione dẽs absolui. Hæc ibi. Item à Papa Iulio. 35. q. 3. Æqualiter uir coniungatur consanguineis proprijs, & consanguineis uxoris suæ. Hæc ibi. Item ab Alexãdro prædicto. Sponsam alterius, maximè si est nubilis ætatis proxima, nullus cõsanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare. Hęc ille inde sponsal. & matrimon. Si ergo affinitas impropria (de qua ibi, quæ aliàs dicitur publicæ honestatis iustitia, sanctata ex sponsalibus impedit matrimonium: multò magis secundum eundem Papã, affinitas propria, quæ scilicet causatur ex matrimonio consanguinei impedier

2 ipsum.

¶Secundò habeas quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto affinitatem impedire insinuant matrimonium, & intelligas, & defendas

3 ¶Tertiò vides quomodo ex ijs vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur, & confoldetur.

QVÆST. LV. ART. VII.

216 CONCL. Distinctio graduum per se, & immediate, competit consanguinitati, sed affinitati, mediante consanguinitate.

¶Examen. Ly per se. Ideſt ratione sui. Puta, si consanguinitas, ut consanguinitas, habet gradus, tunc dicitur habere per se illos. Item, si affinitas, ut affinitas, habet nec non habet gradus tunc dicitur habere, uel non habere per se illos.

¶Ly immediatè. Quamuis non ubique ly immediatè, sic idem, quod ly per se tamen uidetur, accipi hic ly immediatè prout concidit cum ly per se: ut habetur ex textu dicente ly carnis propagatio comparatur ad consanguinitatem, quia ex ea immediate consanguinitatis uinculum contrahitur. Non tamen per hoc est superfluua in conclusione textus, quo. niam ad maiorem declarationem utrumque ponitus simul inde

ARTICVLVS VII.

Vtrum affinitas habeat per se gradus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd affinitas habeat etiam per seipsam gradus. Cuiuslibet enim h G propinquitatis est accipere aliquos per se gradus, sed affinitas, propinquitas quædam est, ergò habet gradus per se sine gradibus consanguinitatis, ex quibus causatur.

¶2 Præterea. In litera * dicitur, quòd soboles secundæ coniunctionis non potest transire ad consortium affinitatis prioris viri: sed hoc non esset, nisi i filius affinis, etiam esset affinis, H ergo affinitas habet per se gradus sicut consanguinitas.

SED CONTRA. Affinitas ex consanguinitate causatur, ergo & omnes gradus affinitatis cauſantur ex gradibus consanguinitatis, & sic non habet per se aliquos gradus.

RESPONDEO, Dicendum, quòd res non diuiditur diuisione per se, nisi ratione illius, quod competit sibi secundum 1 genus suum, sicut animal per rationale, & irrationale, non autẽ per album, & nigrum: carnis autem propagatio per se compa-

Li. 4. Sent. dist. 41. parag. 8. à medio.

i

ratur ad consanguinitatẽ, quia ex ea immediate consanguinitatis uinculum contrahitur, sed ad affinitatem nõ comparatur nisi mediante consanguinitate, quæ est causa eius: unde cũ gradus attinentiæ per propagationem carnis distinguantur, m distinctio graduum per se, & immediate competit consanguinitati, sed affinitati mediante cõsanguinitate. * Et ideo ad inueniendum gradus affinitatis est regula generalis, q̃ quoto gradu consanguinitatis attinet mihi uir, toto gradu affinitatis attinet mihi uxor.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd gradus in propinquitate attinentiæ, non possunt accipi nisi secundum ascensum, & descensum propagationis, ad quà non comparatur affinitas nisi mediante consanguinitate, & ideo non habet affinitas gradus per se, sed sumptos iuxta gradus consanguinitatis.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ filius affinis meæ ex alio matrimonio non per se loquendo, sed quasi per accidens, dicebatur antiquitus affinis, unde pro 1 hibebatur à matrimonio magis propter publicæ honestatis iustitiam, quàm propter affinitatem, & propter hoc etiam prohibitio nunc est reuocata.

ARTICVLVS VII.

Vtrum affinitas habeat per se gradus.

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur quòd affinitas habeat per seipsam gradus. Cuiuslibet enim propinquitatis est accipere aliquos per se gradus, sed affinitas, propinquitas quædam est, ergò habet gradus per se sine gradibus consanguinitatis, ex quibus causatur.

¶2 Præterea. In litera dicitur, quòd soboles secundæ coniunctionis non potest transire ad consortium affinitatis prioris viri: sed hoc non esset, nisi filius affinis, etiam esset affinis, ergo affinitas habet per se gradus sicut consanguinitas.

SED CONTRA. Affinitas ex consanguinitate causatur, ergo & omnes gradus affinitatis cauſantur ex gradibus consanguinitatis, & sic non habet per se aliquos gradus.

RESPONDEO, Dicendum, quòd res non diuiditur diuisione per se, nisi ratione illius, quod competit sibi secundum genus suum, sicut animal per rationale, & irrationale, non autẽ per album, & nigrum: carnis autem propagatio per se comparatur ad consanguinitatẽ, quia ex ea immediate consanguinitatis uinculum contrahitur, sed ad affinitatem nõ comparatur nisi mediante consanguinitate, quæ est causa eius: unde cũ gradus attinentiæ per propagationem carnis distinguantur, distinctio graduum per se, & immediate competit consanguinitati, sed affinitati mediante cõsanguinitate. Et ideo ad inueniendum gradus affinitatis est regula generalis, q̃ quoto gradu consanguinitatis attinet mihi uir, toto gradu affinitatis attinet mihi uxor.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd gradus in propinquitate attinentiæ, non possunt accipi nisi secundum ascensum, & descensum propagationis, ad quà non comparatur affinitas nisi mediante consanguinitate, & ideo non habet affinitas gradus per se, sed sumptos iuxta gradus consanguinitatis.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ filius affinis meæ ex alio matrimonio non per se loquendo, sed quasi per accidens, dicebatur antiquitus affinis, unde prohibebatur à matrimonio magis propter publicæ honestatis iustitiam, quàm propter affinitatem, & propter hoc etiam prohibitio nunc est reuocata.

¶PROB. 1. Quia gradus attinentiæ per propagationem carnis distinguuntur, & propagatio carnis per se comparatur ad consanguinitatem (ut patet in textu:) 2. Quia (ly sed affinitatẽ &c.) gradus attinentiæ per propagationem carnis distinguuntur, & carnis propagatio non comparatur ad affinitatẽ nisi mediante consanguinitate.

¶*Corollarium.* Ergo quicunque ostenderit, affinitatem ex cõ *conol.* m sanguinitate pendere, & consequenter non posse respicere ad propagationem, nisi per medium hũc i. per consanguinitatem, ostendet per hoc affinitatem non habere gradus per se. Sic enim illos per se haberet, respiceret q̃ pagationem per se, i. immediatè, & medio consanguinitatis nõ indigeret ad hoc. Nã ex propagatione carnis per se attenditur. Hæc dixerim ad aperiendam uiam intelligendi, quæ dicentur in appen. sequen.

1m de maiori

Propinquitatis. Sc. cõparatæ per se ad propagationem non aliter. §. Tunc nihil) &c. Affinitas enim non ẽ talis propinquitatis quæ per se respicias propagationem.

2m deminori

Nisi filius affinis esset etiam affinis. Sc. per accidens: non, per se. §. Tunc nihil &c. ut patet ex dictis in textu.

APPENDIX.

1 Vtil. p 5. Eccl. &c.

Sed hæc uerba fidesrepudiat, per quam angelos, de cœlo cecidisse & dæmones esse credimus, & ex subtilitate suæ naturæ multa posse, quæ nos non possumus, & illi qui eos ad faciendum talia inducunt, malefici uocantur. Et ideo alii dixerunt, quod per maleficia ꝑtari potest impedimentum carnali copulæ, sed nullum rale est perpetuum, unde non dirimit matrimonium contractum & dicunt iura esse reuocata, quæ hoc dicebant. Sed hoc est contra experimentum, & contra nouna iura, quæ antiquis concordant, & ideo distinguendũ est, quia impotentia coeundi ex maleficio, aut est perpetua, & tunc matrimonium dirimit: aut non est perpetua, & tunc non dirimit; & ad hoc experiendum eodem modo ecclesia tempus triẽnii præfixit, sicut, & de frigiditate dictum est, tamen hæc differentia est inter maleficium, & frigiditatem, quia qui propter frigiditatem est impotens, ita est impotens ad unã, sicut ad aliã, & ideo quando matrimonii dirimit, non datur licentia ei, ut coniugatur alteri, sed ex maleficio homo potest esse impotens ad unam, & non ad aliam, & ideo quando iudicio ecclesiæ matrimonium dirimitur, utrique datur licentia, ut alteram copulam quęrat.

*art. prec. cor. sub fi n. & ad 2. concl. 1. concl. 2. concl. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q quia corruptio peccati prima, per quam hõ factus est seruus diaboli, in nos per actum generatiuæ deuenit, ideo maleficii potestas permittitur diabolo a Deo in hoc actu magis quam in aliis, sicut in serpentibus magis ostenditur uirtus maleficiorum, quam in aliis animalibus, ut dicitur, quia per serpentem diabolus mulierem tentauit.

AD 1m dicendum, q opus Dei põt operę diaboli

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item Matt. 8. ubi monstratur, diabolum, nec porcos quidē, offendere posse, nisi Christo permittente.

¶ Confir. Ergo diabolus a nemine timendus est, sed solus Deus: ergo nunc, uel permissione solummodo diabolus nocere potest. Hinc deridendi valde sunt multi Sathanistæ, qui (ut refert prat. ut. Sathanistæ) dixerunt: Sathanæ cē sacrificandum, nē sit nobis infestus sacrificiis placatus. Credebant enim Sathanam esse nciu quendā magnum, & fortē, & qui ex se multa mala hominib. inferre posset: ideo ipsum placare studebant sacrificiis; ut ubimet, uel suis parceret. Hunc errorem forsan & imbiberant Dæmoniacum qui tulit Hostiō, & prat. ut. Dæmoni. / adorabāt dæmonem, & quidem die ries in die, ipsumque adorandum esse, prædicabant. Horum dānationem, uide t. pa. q. 113. ar. 2.

3m minor. Maleficium non pōt esse impedimentum perpetuum, &c. negatur ista §. Nam perpetuū est, in proposito, maleficium illud; qd non potest hēre remediū humanum: & ita est de multis. Ad cōem illam argumēti tripli cem allatam dicitur; ꝙ non concludit tantum. Non. n. semper oportet, ut id quod p maleficium, &c. similiter non oportet, ꝙ si per peccatum &c. li militer etiam exorcismi ecclesiæ, &c. ut in textu.

4m illatio cōclusionis 5 Ergo per &c. ¶. negatur illatio. §. Nam maleficium habet causā uoluntariam, diabolum. & ideo quando quē potest pītare. &c. ut in tex. usque ad ly & præ ere. Vide not. post prob. 1m conclusion.

impediri diuina permissione: nō quod diabolus sit Deo fortior, ut per uiolentiam opera eius de struat.

Ad 3m Dicendū, quod maleficium est ita perpetuum, ꝙ non potest habere remedium humanum: quamuis Deus posset remedium præstare, dæmonem cogendo, uel etiam dæmon desistendo. Non enim semper oportet, ut id, quod per maleficium factum est, possit per maleficium aliud destrui, ut ipsi maleficiti confitentur: & tamen si posset per maleficium remedium adhiberi, nihilominus perpetuum reputaretur, quia nullo modo debet aliquis dæmonis auxilium per maleficium inuocare.

Similiter non oportet, quod si per peccatum aliquod diabolo data est potestas in aliquē, quod cessante peccato cesset potestas, quia pœna interdum remanet, culpa transeunte. Similiter etiam exorcismi Ecclesiæ non ualent ad reprimendum dæmones semper, quantum ad omnes molestias corporales, iudicio diuino hoc exigente: sed semper tamen ualent contra illas infestationes dæmonū, contra quas instituti sunt.

Ad 4m Dicendum, quod maleficiū quandoque potest præstare ad omnes impedimentū, quandoque ad unam tantū, quia diabolus uoluntaria causa est, non ex necessitate naturę agens. Et præterea impedimentū maleficii potest esse ex impressione dæmonis, & imaginatione hominis; ex qua tollitur uiro concupiscētia

Item minor Virius uiri generatiua potentia se habet ad omnes mulieres æqualiter ℟. nisi ex impressione dæmonis, & imaginatione hominis aliter accidat §. Nam ex hac tollitur uiro concupiscentia &c. ut in textu. Tunc nihil contra ius patet. Vide responsum secundum literæ ly, & præterea impedimentum maleficii potest, &c.

¶ NOT. In confirmationem illius minoris argumenti adducit ꝙ. Lunius uiri generatiua potentia, quantum est ex seipsa, ad omnes mulieres æqualiter se habet, ut sit artic. primus ad 1m. ubi dicitur; ꝙ non potest esse perpetuum impedimentum naturale uiro respectu unius personę, & non respectu alterius. Vide not. post prob. concluf. 1m.

EX art. hēs. Primoquō prōnem ostēdas. merito insinuatum a 33. q. 1. ꝙ. maleficiū impedit matrimonium: & ꝙ a diabolo Dei permissione finē ꝙ post soluti matrimonia possunt ire nubere alijs; &c. Si p sortarias, atq. maleficiatorias oratiōes, seu nūq̄ iniuste, Dei iudicio permittente, & diabolo preparante cōcubitum nō sequitur honestas: sunt quibusdā euentus, ut corde contrito & spū humiliato, Deo & sacerdoti de omnib. peccatis suis puris confessionē faciant, & orationibus eleemosinis, & lacrimibus, & largitionibus fletibus, &c. Quod si forte sanari nō potuerint, separari valebūt. Hæc ibi. Quōd uerō possint alijs nubere; patet per Gregor. Papā ibid. q. 2. ar interrogatus. &c. ut: & & mulier si se continxerint: & dixerit postea mulier de uiro, ꝙ coire non possit cum ea: si pōt probare. ꝙ uerum sit, potest duci cui, accipiat aliū. hæc ille. Quinimo. n. loquat adulterā de frigidis: tamen, quia è similis iudicium de frigidis & maleficiatis in hoc (ut ex corpare huius hīc) deo facit ēt ad ꝙ possum phātem me rito insinuatum, ꝙ diuisi pp frigiditatē nō debent coniugi alteri secus pp maleficium. De frigidis ā cinfinuatur hoc ab eod. Gregib. Requisiti de his &c. S. mulier dicit, se nolle esse mater, & filios procreare, uterque eorum, septima manu propinquorum, ratis sacerdotalibus reliquis iuris, urando dicat ꝙ nunquam per cōmixtionē carnis cōmixti una caro effecti fuerint: tunc ut, mulierē secundas nuptias contrahere posse. Vir autē qui frigidæ naturæ é, maneat sine cōiuge. Hæc ille. De malefica ibi uerò loquitur c. ult. ibid. dicens. Separari ualebunt sed post alias nuptias expetierint, &c. Hæc ibi. Ecce, ꝙ maleficiati post diuisionem possunt contrahere ambo cum aliis, propter ly expetierint pluraliter dictum: ad differentiam separatorum, propter frigiditatem. Vide ar. 1. ap. quoniā dicta ibi fuerunt ēt ad hūc locū.

¶ Secundo habes quō per rationem prędicta patū, pro quanto circa maleficium dicunt ut supra, & intelligas, & tuearis.

¶ Tertiō vides: quomodo ex iis vicissim Thomistica doctrina hæc, & declaretur & consolidetur.

1 Vri. pro 1. Eccl. &c.

Pro male ficiato cō iuncti bono

Cā. hi qui & c. neq; 32. q. 7. & c. dilectus ux. d' spō.

Toto tit. de eo, qui cognouit cōsanguineā uxoris suæ

CONCL. 1ª. Si furia sequitur matrimentum, nullo modo dirimit ipsum.

¶ PROB.

¶ PROB. Quia patet ex supra (cum mutuens dictum sit; A matrimonium uerum nunquam dirimi.)

¶ CONCL. 2ª. Si furia præcedit matrimonium, & furiosus, dum habet lucida intervalla, contrahit, matrimonium tenet non est tamen tutum, quōd matrimonium contrahat cuam tunc.

¶ PROB. 1. Quia furiosus habens lucida intervalla potest dare consensum contractui matrimonij (patet ex terminis: 2. Quia ſ ly non est tamen &c.) furiosus ille nesciret prolem educare (vt patet.)

¶ CONCL. 3ª. Si furiosus, quando nō habet lucida intervalla, contrahit, non erit uerum matrimonium.

¶ PROB. Quia non potest esse cōsensus, ubi deest rationis usus, ſ patet ex terminis.)

1m illatio cō clusionis. Ergo &c. ℟. negatur illatio §. Nam ratio de baptismo furiosorum, & eorum matrimonio non est similis. Vtus rationis non exigitur ad baptismum furioli quasi ipsius sicut &c. ut in textu.

¶ NOT. Non negat absolute textus, ꝙ ad furiosi baptismū ꝙ requiratur usus rationis, sed additly quasi ipsius. Sufficit. n. usus rationis ecclesiæ efferentis furiosum ad baptismumquando aliter consentis furiosi haberi nō potest. Et hoc denotat ly quasi ipsius. Confirmatur. hoc literæ dictum per Innocentium iij. de baptis. & eius effect. Maiores. &c. Vide ibi in circa finem. Item de iuramento furiosorum unde 3. par. q. 68. ar. 11.

2m de consequentia. Nec Matrimonium. ℟. ratione sui actus: non, ratione suę causæ. §. Tunc nihil, &c. Nam de frigiditate, & furia, non est similis ratio impedimentis quō ad hoc. Furia enim impedit matrimonium ratione suæ &c. ut in textu. Vbi per ly actus, intellige actum carnalis copulæ.

3m maior. Matrimonium non dirimitur, nisi per aliquid impedimentum perpetuum ℟. si dirimendum sit ratione sui actus non autem, ratione suæ causæ. §. Momentaneum enim impedimentum, quod causam &c. ut in textu. Tunc nihil &c. Nam furia impedit matrimonium ratione &c. ut in textu ad 1m.

4m de minori. Ibi non fit mentio. ℟. explicita: non autem, implicita. §. Nam hoc furiæ impedimentum reducitur &c. ut in textu.

EX articulo habes. ¶ Primoquō per rationē ostendas, merito insinuatum esse ab Innocentio iij. ꝙ furia matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum: & &c.

1 Vri. pro 1. Eccl. &c.

Dilectus filius N. pro posuit: q. filiam suā cuntā matrimonialiter copulauit, &c.

Cum autem eadem mulier eum ipso uiro, qui commune furore laborat, morari nō possit, & propter alienationem furoris legitimus non potuit internenire consensus: mandamus quatenus, si rem uenerit ita esse, præfatas personas cures ab inuicem separare. Hæc ille; de sponsal. & matrim. item à Fabiano Papa. Neqi furiosus, neqi furiosa matrimonium cō trahere possunt. Sed, si contractum fuerit non separentur. Hæc ille 32. q. 7. Vbi à ly sed, si contractū &c. loquitur Papa in casu, quo ipsi tempore intervallū lucidi rationis efficarent matrimonium præcedens, de nouo scilicet consentiendo. Alioquin standum esset dicto innocentij præmisso.

Item à simili. Sicut tenuit &c. Si eo tempore, quo P. faceret dos positus extra menia affectus, sanus fuit habitu monachali, cum alienatus non valeat consentire, eā denuncietur ab obsequio uxōe monastici ordinis absolutū: nisi, postquā mens suæ factus est cōpos, sponte uoluntate professionem fecerit monachalem. Hæc Innocentius iij. de regular. & transeun. ad relig. Ecce: quod diximus super ly sed si contractum &c.

¶ Secundo habes quō per rationē prædictā vobiscum, pro quanto furiam sic uel sic impedire matrimonium insinuant, & intelligas & tueatis.

¶ Tertiō vides; quomodo ex iis vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & consolidetur.

CONCL. 1ª. Si aliquis cognouit consanguineam aliquam uxoris suæ ante matrimonium contractum, etiam post sponsalia; oportet matrimonium separari.

¶ PROB. Quia contracta affinitas hoc requirit, eum ex illicito concubitu etiam contrahitur 9. 55. art. 4.)

¶ CONCL. 2ª. Si post matrimonium contractum & consummatum, uir cognoscat consanguineas uxoris, matrimonio non dēt totaliter separatis, sed utrumuis ius petendi debitū, nec pōt sine peccato petere, sed tamen debet reddere uxori petenti.

¶ Examen. Ly consummatum. Hoc additur; quia affinitas nascitur ex commixtione sexuum; ut 9. 55.

¶ NOT.

1 Vri. pro 1. Eccl. &c.

Toto tit. de eo, qui cognouit cōsanguineā uxoris suæ

concl. 2.

† q. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶NOT. Quoniam vir ille petere debitum sine peccato non potest, consequens videtur q uxor ad petitionem eius, ut petitio eius præcise & simpliciter est, reddens debitum petere. Nam non tantum agentes aliquod illicitum: sed etiam consentientes, & participantes de actu illo illicito, inquantum huiusmodi, peccatum incurrit.

¶PROR. 1. Quia patet ex supradictis. 2. Quia (ly sed vir amittit &c.) in quo quis peccat in hoc punitur (ut patet argumento sed contra. 2.) Quia (ly sed ramen &c.) uxor non debet puniri propter peccatum viri.

¶CONCL. 2ª. Post mortem uxoris vir ille debet omnino manere absque spe coniugij: nisi cum eo dispensetur.

¶Carallarium. Ergo, quantum est de se, verificatur semper illa prima pars, scilicet q maneat absq; spe coniugij.

¶PROB. Quia patet.

¶NOT. Peccauit ille contra coniugium & literature punitur per hoc, quod privatur coniugio. Vinente quidem uxore privatur eo, quoad actū ex parte, sicut in secunda conclusione dicetur: mortua vero uxore, privatur eodem totaliter.

¶CONCL. 4ª. Si vir ille præter dispensationem contraheret, peccaret contra statuta Ecclesiæ faciens: non tamen matrimonium dirimitur.

¶PROB. Quia patet, ex similibus supradictis alibi.

Tho. 4. d. 36. q. viii. art. 5.

1m minor. Punietur, si matrimonium solueretur. Nego illa. §.

¶NOT. Immo dicitur, vt patet. q. 41. artic. 3. ad 4m. & 6m. inde enim, & similibus, habetur: quod mulier ex peccato viri præcedente matrimonium, reportaret hoc commodum, q; scilicet non teneretur contrahere cū illo, & qui factus est odiosus Deo propter peccatum ipsum, & qui factus est spectus de non seruanda fide matrimonij sequenti. Addit & hoc commodum consequeris: quod non à quomodolocunq; peccatore, sed ab infamissimo, seu grauissimo, incestuoso, liberatur: & alia hoc omnem scrupulum conscientiæ, qui inde propter affinitatem posset accidere in actu matrimoniali præseruatur euidenter.

Cōmodū multiplex.

2m illatio conclusionis. Ergo &c. Nego illa. §. Ratio eiusdem hoc secundum causat affinitatem, primum verò non: & incestuosus ponit matrimonij &c. ut in textu exclusive ad ly & ideo.

3m de maiori. Quod separari debeant: à, negatur maior ratione huius particulæ. §. ut patet ex conclusione ultima.

4m de antecedente. Non connumeratur. & explicite non connumeratur autem, implicitè §. subintelligitur enim in impedimento affinitatis. Tunc nihil &c. ut patet.

APPENDIX.

EX articulo habet. ¶Primò quo modo per rationem ostenditur: meritò infinuatū à Conc. apud Mexiam, q; incestus superueniens matrimonio non dirimit ipsum totaliter, sed aliquo modo? & sic. Siquis cum filiastra sua sciens fornicatus fuerit: nec à matre debitum petere, nec filiam unquam habere pōt vxorem: nec filiastra, nec ille, ullo unquam tempore se alijs poterunt matrimonio copulare. Hæc illudide eo qui cognouit consanguineam suam. Item à Cælestino ij. ibid. Trismissa nobis literæ demonstrauerunt, q; C. vxore sua defuncta filiam eius priuignam, videlicet propriam copulam carnalī cognouit. postmodum aliam accipiēs in uxorem cum priuigna illicitum item committere non expauit. Respondemus q; legitimæ uxoris consanguineæ, & necessaria submissitias, nō cognoscat eā, quandiu uixerit, nisi ab ea fuerit requisitus: & tunc ad ipsam, non sine grauedine doloris, accedat posse mo dum, si superuixerit ei, perpetuò sine spe cōiugij permanebit. Hæc ille. Item de precedente incestu meritò infinuarunt ab Innocentio iij. ibid. Ex literis, &c. G. matrem puellæ, quam infra habiles annos in uxorem desponsauerat, carnaliter fæpe cognouit: & post carnalē cōmixtionē puellā tractauit adulterio. Nos cōsiliationi tuæ respondentes dicimus, q eis ab inuicem separatis, mulier alteri uiro nō nubat, si, postquam nouit uirū & matrem delictum, ei non erubuit commiscere. Vir etiam, & mater mulieris, nequam debent ad alias nuptias conuolare: sed semper continentiam seruare teneantur. Hæc ille.

Secundò habes: quomodo per rationem prædictā Pontificum, prò quanto de incestu præcedente vel superueniente sic vel sic insinuant, & intelligas, & defendas.

¶Tertiò vides: quomodo ex his mirissimum Angelici doctrina hæc & declaratur, & consideratur.

QVAEST. LVIII. ART. V.

CONCL. 1ª. An illud tempus discretionis quo mas & fœmina possit sufficienter de matrimonio deliberare, & debitū sibi inuicem reddere, matrimonium contrahere, non possunt: & si non ita facta fuerint, dirimuntur.

¶Examen. Ly tempus discretionis. Limitatur hoc per verba sequentia: quoniam tempus discretionis, absolutè loquendo primo septennio completo, habetur (ut in pluribus. Loquitur ergo textus de tempore discretionis cōparatiuè ad matrimonium, non autem absolute, neque comparatiue ad sponsalia ad quæ contrahenda septennium sufficit, ut docent iura, & de desponsation. impuber. cap. Litera. cap. Accessit, & cap. Duo.

*Li. 4. decretal. Greg. tit. 2. c. 3. & sup. q. 43. ar. 1. concl. m

¶Ly debitum sibi inuicē reddere. Cautissimè (ut etiam alibi) loquitur Sanctus Thomas. Non enim se arctat ad quartum decimum vel duodecimum annum, nec ad pubertatem quācunque tempore, cum aliqui generatione non possint, dubitant nonnulli anue rū contrahant matrimonium: ex quorū numero est glosa, de desponsation. impuber. c. Puberes. Ratione eorum est quia (inquam) proles computatur inter bona matrimonij, & illi, de quibus supra, non possunt habere prolem. Ab horum tamen opinione ego nō multum abstrahent D. Thomas tuntissimam conclusionem, communissimamque tenendā ut ait nobis præsentia scilicet ly debitum sibi inuicem reddere.

*Paulo ante in hoc corp. *art. 2. huius quæst.

Ly tunc ita. Hoc insuper communiter duo prædicta, scilicet sufficientem consensum deliberatum & potentiam reddendi debitū. Vtrū, si diuisim etiam duo hæc fuissent, tunc ly tunc ita, referret posse consensu contractum dirimitur. Quod ly non ita, referat posse consensu contractum dirimitur. Quod ly non ita, referat posse tentiam reddendi debitum solam, tunc (ut supra dictum est) tenuam reddendi debitum solam, tunc (ut supra dictum est) tenuam reddendi debitum solam, tunc (ut supra dictum est) tenu

Universidad de Deusto
Biblioteca

monialem nō impedit, sed tanquā supplens ætatem accipitur. Item ab Vbano eod. ibidem. Ex literis &c. Puella quædam annorum duodecim iurata fuit, & despōsata cuidam puero .x. vel 10. annorum. & tempore procedente de voluntate parentum potius, quam de sua ad domum patris pueri adducta, vbi nolens & inuitamentis parentum impulsa moram fecit per annum, & amplius: & tamen inde recedens ad domum propriam est regressa. Cum autem dictus puer nondum ad quartumdecimū annum peruenisset nec ad eandem carnaliter accessum habuerit respondemus: q si puella commonita, vt donec compleat idem per annū quartumdecimum expectet, non duxerit expectandum, ei secundum ea, quæ proposita sunt, alium virū accipendi libera tribuat facultate. Hæc ille. Item ab Alexandro eod. Pro eo, q ante nubiles annos coniugalem consensum non habent usque ad legitimā ætatem expectare tenentur: & tunc aut confirmet matrimoniū, aut si simul esse noluerint, separentur, nisi carnalis cōmixtio ante intercesserit cum interdum illa impuberatis separari soleat puberatis. Hæc ille ibid. Anobis. Item ab eod. Qui in minori ætate despōsantur, si ita fuerint proximi ætati, quòd potuerint copula carnali coniungi, minoris ætatis iniuitu separari nō debent, si unus in alium usus fuerit consensisse: cum in eis ætatem suppleuit se malitia uidicatur. Hæc ille ibid. de illis.

Tho. 4. d. 39. q. 1. ar. 1. q. 2. & seq.

2 ¶Secundò habes: quomodo per rationem prædictā patrū, puto quanto defectū ætatis impedire, uel non, matrimonium infirmant, & intelligas, & tuearis.

3 ¶Tertiò uideamus modo ex ijs mirificis Angelica doctrina hæc, & declaretur, & confirmetur.

QVÆSTIO LIX.

De disparitate, cultus, quæ matrimonium impediat, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de disparitate cultus, quæ matrimonium impediat.

Circa quod quæruntur sex.

Primo, Vtrum fidelis possit contrahere matrimonium cum infideli.

Secundo, Vtrum inter infideles sit matrimonium.

Tertio, Vtrum coniunx conuersus ad fidem, possit commanere cum infideli nolente conuerti.

Quarto, Vtrum possit uxorē infidelem relinquere.

Quinto, Vtrum ea dimissa, possit aliam ducere.

Sexto, Vtrum propter alia peccata uir possit dimittere vxorem, sicut propter infidelitatem.

ARTICVLVS I.

Vtrum fidelis possit contrahere cum infideli.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fidelis possit matrimonium cum infideli contrahere. Quia Ioseph [a] contraxit cum Aegyptia, & Hester cum Assuero, in utroque autem matrimonio fuit disparitas, cultus, quia alter erat infidelis, & alter fidelis, ergo disparitas cultus præcedens matrimonium, ipsum non impedit.

¶2 Præterea, Eadem est fides, quam docet uetus, & noua lex, sed secundum ueterem legem poterat esse matrimonium inter fidelem, & infidelem, ut patet Deuteron. 21. Si egressus ad pugnam videris mulierem pulchram in medio captiuorum, & adamaueris eam, introeas ad eam, dormies cum ea, & erit tibi uxor, ergo, & in noua lege [b] licet.

¶3 Præterea, Sponsalia ad matrimonium ordinantur: sed inter fidelem, & infidelem possunt in aliquo casu contrahi sponsalia cum conditione futuræ conuersionis, [c] ergo sub eadem conditione matrimonium potest contrahi inter eos.

¶4 Præterea, Omne impedimentum matrimonij est aliquo modo contrarium matrimonio: sed [d] infidelitas nō est contraria matrimonio, quia matrimoniū est in officium naturæ, cuius dictamen fides excedit, ergo disparitas fidei non impedit matrimonium.

¶5 Præterea, Disparitas fidei etiam quandoque est inter duos baptizatos, sicut quādo aliquis post baptismum in hæresi labitur, sed si talis cum aliqua fideli contrahat, nihilominus est uerum matrimonium, [e] ergo disparitas cultus matrimonium non impedit.

SED CONTRA est quod dicitur 2. Corint. 6. Quæ conuentio lucis ad tenebras? sed maxima conuentio est inter uirum, & vxorem, ergo ille, qui est in luce fidei, non potest contrahere matrimonium cum illa, quæ est in tenebris infidelitatis.

Præterea, Malachiæ 2. dicitur Contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quoniam dilexit, & habuit filiam Dei alieni: sed hoc non esset, si inter eos [f] posset uerum matrimoniū contrahi, ergo disparitas cultus matrimonium impedit.

RESPONDEO, Dicendum, quòd principalius matrimonij bonum est proles ad cultū Dei educanda, cum autem educatio fiat communiter inter patrem, & matrem, uterque secundum fidem intendit ad cultum Dei prolem educare, & ideo si fiat diuersæ fidei, intentio unius, alterius intentioni contraria erit, & ita inter eos non potest esse conueniens matrimonium, & propter hoc [g] disparitas cultus præcedens impedit, ne contrahi possit.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in ueteri lege de aliquibus infidelibus erat permissum, quòd cum eis possent in ire coniugia, & de aliquibus prohibitum. Specialiter tamen erat prohibitum de infidelibus habitantibus in terra Chanaan, tum quia dominus præceperat eos occidi propter eorum obstinationem, tum quia maius periculum imminebat, ne coniuges filios Israel ad Idolatriam peruerterent, quia filij Israel ad ritus, & mores eorum proniores erant, propter conuersationem cum eis, sed alijs Gentilibus permisit, præcipue quia nō poterat esse timor pertrahē di ad idolatriam: & sic Ioseph, & Moyses, & Hester, cum infidelibus matrimonia contraxerūt. Sed in noua lege etiam, quę per totum orbem diffunditur, similis ratio est prohibendi de omnibus infidelibus, & ideo disparitas cultus præcedens matrimonium, impedit contrahendum, & dirimit contractum.

AD SECVNDVM dicendum, quod lex illa, vel loquitur de alijs nationibus, cū quibus poterant inire cooiugia, uel loquitur quando illa captiua ad fidem, & cultum Dei conuerti volebat.

AD TERTIVM dicendum, q̄ eadem est habitudo præsentis ad præsens, & futuri ad futurū, vnde sicut quando matrimoniū [h] in præsenti contrahitur, requiritur vnicus cultus in utroq; cōtrahentium, ita ad sponsalia, q̄bus fit respōsio futuri matrimonii, sufficit conditio appōsita de vnitate cultus futuri.

AD QVARTVM dicendum, quòd iam ex dictis* patet, quòd disparitas cultus contraria est matrimonio ratione principalioris boni ipsius, quod est bonum prolis.

AD QVINTVM dicendum, q̄ matrimonium est sacramentū, & ideo quantum pertinet ad necessitatem sacramenti, requirit paritatem, quantū ad sacramentū fidei, scilicet baptismum magis, quām quantum ad interiorem fidem, vnde etiā hoc impedimentum non dicitur disparitas fidei, sed cultus disparitas, q̄ respicit viterius seruitium, ut in

144

ARTICVLVS I.

CONCIL. Disparitas cultus præcedens impedit, nē matrimonium contrahi possit.

1 PROB. Quia, si pater & mater sint diuersæ fidei, impeditur educatio prolis ad cultum Dei: cum uterque intendat cōtraria intentione ad cultum sui Dei educare prolem, & tamen principalius matrimonij bonum est proles ad cultum ueri Dei educanda.

¶Examen. Ly principalius matrimonij bonum est proles. Hoc est essentialius secundum quòd intenditur in matrimonio bona fm. Pro quo melius capiēdo, vide. quæst. 49. art. 3. corp.

¶Ly vterque secundum fidem. Scilicet suam. Non enim secūdum fidem catholicam uterque. uno intendit. Similiter & in ly ad cultū Dei, subintelligitur, sui. Non enim tunc ad cultum Dei ueri prolem educare intendit vterque, sed ad cultū Dei sui, i. quem pro uero Deo alt. matrid quod sanctus Thomas formaliter intellectus infinuat, quando dicit q̄ vterq; secūdum fidem intendit ad cultum Dei &c. ut constituatur ly secundum fidem post ly ad cultum Dei. Videlicet sic. Vterque intendit prolem educare ad cultum Dei secundum fidem: hoc est Dei secundum fidem utriusque ipsis repræsentati. Si ergo fides est diuersa illorum: consequens est, ei & Deus apud vtrosque diuersus sit.

1m de maiori. Contraxit & ita per millionē huius: non aliter. S. vtin textu. Tunc nihil contra. In noua enim lege non fit ista dispensatio à Deo, utili, qui sit disparis cultu, matrimonio iungantur.

2m de conclusione. Et in noua lege licet. & quando infidelis uellet prius conuerti ad ueram fidem: uel esset ex diuina dispensatione permissum non aliter. S. Tunc nihil &c. Nam & in ueteri lege, Deuteron. 21. Si egressus &c. sic intelligebatur. Lex enim illa, uel loquitur de alijs nationibus cum &c. ut in textu.

3m illatio cōclusionis. Ergo &c. & negatur illatio. S. Num enim eadem totaliter est ratio de disparitate fidei, & disparitate cultus. Nā matrimonium est sacramentum, & idru quantum pertinet ad necessitatem &c. ut in textu.

2 APPENDIX.

Vtil. p 5 Eccl. &c. EX articulo habes. ¶Primò 1 quomodo per rationem offendas, merito insinuatum à Cōcilio Calcedunensi action. 15. can. 14. q̄ disparitas cultus impedit matrimoniū: & sic. Quia in quibusdam Prouincijs conceditur psalmistis, & Lectoribus uxores accipere. Statuit sā cta Synodus; non licere prorsus eunuchū ex his, alterius sectæ, accipere uxorem &c. Sed neq; copulari debet nuptura hæretico aut iudæo, uel pagano nisi forte spopondit se uenire ad orthodoxā fidē, & suscipiat ipse persona orthodoxa &c. Si quis uerò hāc diffinitionē sanctæ synodi præterierit, regulari damnationi subiacebit. Hæc ibi. Nota ly se uertere. Non n absq; eā dixit in præsentiō in futuro ly se uertūt esse nō quo inde supra ad 1m. Per ly regulari, intellige canonū: ut sūt alias translationes hī & ly canonicis pœnis, & ly correspondent canonicæ. ité à Concil. Aurelian. cā. 1. can. 19. Placuit vt nullus Christianus Iudæi, neq; Iudæus Christianā in matrimonio ducat vxorē: quia ter hmōi pōnas rupias illicitas cē cē mus. Qui si cōmo fmi, à consortio Eccl separare se distuleri, à cōmunionis gratia sunt sine dubio submouēdi. Hæc ibi. Item ab Aurelianensi 3. can. 11. Christianis omnibus interdicimus, ne iudæorum coniugijs misceantur. Quòd si fecerint usque ad segregationem, quicunque ille est, cōmunione pellatur. Hæc ibi. Item à Concil. Toletano 4. ut recipiatur 28. q. 1. Iudæi, qui Christianas mulieres in coniugio habent, si cū eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quòd si admoniti fuerint, & noluerint separent: quia fit infidelis ex ista permanere coniunctione, quæ iam in Christianam trāslata est fidē. Ité à Concil. Agathēsi vrsenat 28. q. 1. Nō oportet esse hominis, hæreticis misceare cōiugia; & uel filios, uel filias eis dare, sed potius accipere: sine se ipsi futuri Christi anos esse futuros, & catholicos. Hæc ibi. Ité ibid. c. 15. Cauē Christianæ gentili, aut iudæo filiā tua tradere. Cauē gētilē, uel iudæā aut; alienigenā, hoc é omnē hæreticū, & alienā à fide tua, accipere tibi uxorē. Si Christiana fit, nō est satis nisi ambo inuicē fiat sacramento baptismi. Hæc ibi. Vbi manifeste Christiana, p ly fi cat hic cum exhortatione glosā, & facit ad hoc tū ad 3. cōfirmādū. ¶Sed ô habet nō p̄ceptū patrū, p̄ quo disparē cultū impedire matrimoniū intelligas, & tueare. ¶Ter. hoc quòd ex his uerbis Tho. uidetur posse colligi, q̄ ipse nō iudicasset Thomas hoc, q̄ā de claret. & considera. Q. LIX. ART. II. CONCIL. Inter infideles q̄dē matrimoniū fit, nō tñ vltimā perfectionē, q̄ est inter fideles.

*Tho. in 3. Sent. d. 9. q. 1. a. 1. q. 1. corp.

*Art. præc. huius q.

Thb. 1. de adul. cōiug. c. 12.

Ili. 4. Sen. d. 39. 8. & in decret. 28. q. 1. c. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶PROP. Quia perfecto prima matrimonij communitas esse F potest infidelibus atque fidelibus: sed secunda tantum est fidelium.

1m de conclusione. Matrimonium contrahere. &. vt est sacramentum actualiter

dispensatum ab ecclesia non, ut est officium naturæ, nec etiam sacramentū aliquo modo habitualiter. §. Tunc nihil &c. ut patet. Vide artic. 5. ad quod nō primum.

Gl. ord. Bup. illud, Rom. 4. Osee. 1. Beda ibi ex Aug. Prosper.

¶NOT. Infideles & Beda dum actu in præsenti viuunt, sunt in potestate Christiani, inquātum fidelest possunt conuerti, & suscipiēdo baptismum effici Christiani: ratione cuius Christus dicitur caput etiam illorum infidelū 3. par. quæst. 8. artic. 1. Et ideo matrimonium inter eos contractum licet non sit sacramētum actualiter, dicitur tamē esse aliquo modo habitualiter, vt in textu. Quasi dixerit. Matrimonium illud factum est inter eos; qui licet acta non contraxerint in fide ecclesiæ; tamen possunt conuerti ipsimet, & matrimonium idem ratificare in fide ecclesiæ.

*Aug. de bono Viduit. c. 11. tom. 6.

2m de minori Sed infidelitas. &. ratione disparitatis cultus non. rationeinfidelitatis præcisè. §. vt in textus & articulo primo ad quintum. Tunc nihil &c. Nam licet duo mala sint magis impeditiua boni, quam vnum, (vt arguitur) cæteris paribus, ideſt quando vnum est omninō eiusdem ordinis præcisa cum alio: tamen propositio illa non tenet, quando cætera sunt disparia. Nam potest fieri aliquando, quòd vnum sit fortius ad destruendum vel faciendum aliquid, quàm duo: vt apparet etiam quotidie in hominibus.

3m de cōclusione. Inter infideles, qui habent cultum disparem, non potest esse uerum matrimonium. &. il propibeatur hoc ab aliquo inter positiuo apud eos non aliter. §. Nam ea, quæ pertinent ad legem naturæ, sunt determinabilia &c. ut in textu. Tunc nihil &c. ut patet.

4m de maiori. In matrimonio est uera. &. secundum realitatem: non secundum consecutionem veræ felicitatis. §. Tunc nihil &c. Nam uera pudicitia secundum ueritatem rei est infidelis cum vxore sua: licet non secundum ueritatem consecutionis felicitatis ueræ; ut intelligit Augustinus, secundum q. in tex.

5m minor. Sed hoc non potest facere matrimonium inter infideles contractum. &. negatur ista. §. Nā infidelis cognoscens vxorem suam non peccat, si propter &c. vt in textu. Ad authoritatem glosæ allatam, respondetur, quòd nō dicitur omnis vita infidelium peccatum, quia &c. vt in textu.

APPENDIX. *In 2. ad primū & in cor. 1 Vul. p. 5. Eccl. &c.

EX articulo habes. ¶Primò quo modo per rationem ostendatur meritò inf. nuatumab Innoc. iij. quòd inter infideles potest esse uerū matrimonium: & sic. De infidelibus ad fidem conuersis, utrū si ante conuersionē suam, secundum legis veteris institutā circa gradus consanguinitatis à canone denotatos, coniuncti fuerint, separari debeant post baptismū. Cōsiderant hoc. duximus respondendū, q matrimoniū sic cōtractū nō est post baptismū lauacrū separā dūm: & iudex Dei requirat, si haereat uxori ex quacunq; cā dimittere, quin iuderit, quos Deus cōiunxit, nō non separet; per hoc innocens esse matrimoniū inter eos. Hæc ille; de consanguin. & affin. Vbi, ex ly quos Deus coniunxit, nota: q matrimonia iudæorum infidelium, dummodo nō sint contracta inter personas illegitimatas à lege diuina Gen. 2. & Leuit. 18. sunt à Deo factamq; eos taliter coniungat. Item ab eod. Innoc. Virum pagani uxores accipientes in 2. uel 3. uel vlteriore gradu sibi coniunctas, sic coniuncti debeant post conuersionē suā infimul remanere, uel abinuicem separari. Respondemus: quòd cum sacramentum coniugij apud fideles & infideles existat (quemadmodum ostendit Apostolus dicens; si quis frater infidelem habet vxorem; & hæc consentit habitare cum eo, non illam dimittat.) Etsi in præmissis gradibus à paganis quòd ea contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur, in fauorem præsertim christianæ religionis & fidei, à cultus perceptione; per uxores se deseri timētes, uiri possunt facilè reuocari, fideles huiusmodi matrimonialiter copulati possunt liberè & licitè remanere coniunctū per sacramentum baptismi non soluitur coniugia, sed crimina dimittantur. Hæc ille, de diuort. gaudemus. Ecce quòd Papa, tanquam confirmans dictum D. Thomæ ad primum dicit, quòd sacramentum coniugij existit etiā apud infideles: quod, propter ly sacramentum quomodocunq; sine errore intelligendum sit: uidelin hoc eodem artic. ad primum est sic notandum ly in secundo uel tertio gradu, intelligat, non prohibito à lege diuina: ut ibi Sanctus dictum est. Faciunt etiam hæc uerba Innocentij ad art. sequ. Item ab Innocen. loquente de infidelū contugio ad baptismum postea conuertendum: & sic. Nuptiarum copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum; & quod peccatum non est, soluitur per baptismum inter peccata non potest. Etiā integrum & salutare; existimare aboleri nō posse prioris nomen uxoris: ut non sit dimissum p peccato, quod ex Dei est uoluntate completum. Hæc ille; dist. 28. deinde.

¶Secundò habes: quomodo per rationem prædicta pontif. pro quanto uerō matrimonium inter infideles posse fieri insinuant, & intelligas & tuearis.

¶Tertiò uides: quo modo ex ijs ueritim Thomistica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

*Cap. Iudæi qui.

*Ar. peccor. fi.

E vxor. & e. si fidelis. 28. q. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum coniunx conuersus ad fidem, possit commanere cum vxore nolente converti.

B

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q coniunx conuersus ad fidem, non possit cōmanere cum vxore nolente cōuerti, cū qua in infidelitate contraxerat, vbi enim est idē periculum, oportet eandem cautelam adhiberi: sed propter periculum subuersionis fidei prohibetur ne fidelis cum infideli contrahat. Cum ergo periculum sit si fidelis commaneat cū infideli, cum qua prius contraxerat, & adhuc maius, quia neophyti facilius peruertuntur, q illi, qui sunt nutriti in fide, videtur quòd fidelis post conuersionem non possit commanere cū vxore infideli.

¶ 2 Præterea, 28. q. 1.* dicitur: Non potest h infidelis in eius cōiunctione commanere, quę iam in Christianam translata est fidem, ergo fidelis habet necesse D vxorem infidelem dimittere.

¶ 3 Præterea, * Matrimonium, quod inter fideles contrahitur, est perfectius quàm illud, quod cōtrahitur inter infideles, sed si fideles contrahant in gradu p hibito † ab Ecclesia dissoluitur eorum matrimonium, h ergo & infidelium, & ita vir fidelis non potest commanere cum uxore infideli, ad minus quando cum ea in infidelitate contraxit in E gradu prohibito.

¶ 4 Præterea, Aliquis infidelis habet quandoq; plures uxores h secundum ritum suæ legis: si ergo potest commanere cum illis cum quibus in infidelitate cō traxit, uidetur q possit etiam post conuersionem plures vxores retinere.

¶ 5 Præterea, Potest contingere q h repudiata una uxore, aliā duxerit, & in illo matrimonio existens conuertatur: videtur ergo quod saltem in hoc casu non possit cum uxore, quam de nouo habet, commanere.

SED CONTRA est, quòd Apostolus 1. Corin. 7. consulit quòd commaneant.

Præterea, Nullum impedimentum superueniens uero matrimonio, tollit ipsum: sed matrimonium erat uerum quando vterq; infidelis erat, ergo quando alter conuertitur, non dirimitur per hoc matrimonium, & ita videtur quòd possit licite commanere.

RESPONDEO, Dicendū quòd fides eius, qui est in matrimonio non polluit, sed perficit matrimonium, unde cum inter infideles sit uerum matrimonium, ut ex dictis * patet, m per hoc q alter eorum conuertitur ad fidem, non ex hoc ipso uinculum matrimonij soluitur n. Sed aliquādo uinculo matrimonij manente, soluitur matrimonium quantum ad cohabitationem, & debiti solutionem, in quo pari passu currunt infidelitas, & adulterium, quia utrunque est contra bonum prolis. Vnde sicut se habet in potestate dimittendi adulteram, uel cōmanendi cum ea, ita se habet in potestate dimittendi infidelem, uel commanēdi cum ea, potest eā vir innocens libere manere cū adultera spe correctionis, non autem si in adulterii peccato fuerit obstinata, ne uideatur patronus turpitudinis, quamuis etiam cum spe correptionis possit eam libere dimittere: similiter P fidelis conuersus potest cū infideli commanere cum spe cōuersionis, si eam in infidelitate obstinatam non uiderit: & bene facit commanendo, tamen non tenetur q, & de hoc est consiliū Apostoli r.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd facilius impeditur aliquid fiendum, quàm destruatur, q rite factum est: & ideo multa

CONCL. 1a. Per hoc, q alter infidelium conuertitur ad fidem, non ex hoc ipso uinculum matrimonij soluitur. 246

¶PROB. Quia fides eius, qui est in matrimonio, non polluit, sed perficit matrimonium (patet:) & ita ut ter infideles est uerum matrimonium (ar. ut s.)

¶CONCL. 2a. Fidelis coniunx conuersus potest cum infideli commanere, etiā spe conuersionis, si eā in infidelitate obstinatam non uiderit: & bene facit commanendo; tamen non tenetur.

¶*Corollarium.* Ergo aboppositis, coniūx conuersus si uiderit alium coniugem in infidelitate obstinatum, non debet commanere cum illo.

¶PROB. 1. Quia potest uir innocens liberè manere cum adultera spe correctionis, non autem si in adulterij peccato fuerit obstinata, & in hoc casu infidelitas atque adulterium paripassu currūt (cùm utrunq; sit contra bonum prolis.) 2. Quia hoc est consiliū Apostoli (1. Cor. 7.)

¶NOT. Licet Apostoli consilium p bet tenam: conclusionis: tamen additur maxime propter probandum ly & bene facit commanendo. Et notatquòd Apostolus p prie intelligit suum dictum pro tempore primitiuæ ecclesiæ, ut in ad 2m. & spem conuersionis dentatper ly & hæc, uel & hic, consentit habitare cū illo, uel eum illa. Vide textum Apostoli. Denotat etiamquòd non tenetur ad hoc (ut conclusionis ultimum uerbum dicit) per ly si infidelis discedit, discedat; non cui subiectus est frater uel soror in eiusmodi; & per ly dico ego, non dominus. Nam (vt s. simili dicatur) infra inquit idem Apostolus ly consilium autem do.

1m maior. Vbi est idem periculū &. & eadē ratio omnino. §. Tunc nihil &c. Nam eadē ratio omninō non est de conuersatione fidelis cū infideli ante matrimonium contractum.

*1. Cor. 7.

* Chryf. hom. 16. in Matth

Universidad de Deusto
Biblioteca

cium, & postquàm contractum est. Facilius enim impeditur F aliquid fiendum, quàm fieri desinat in tertio.

¶ *Corollarium*. Ergo ex hoc responso textuali dicas: quòd si præsens periculum attenderetur, & nihil aliud: tunc in rigore maioris argumentum concluderet. Nunc verò quia principalius attenditur aliquid aliud, puta unicolium matrimonij; & magis spes probabilis conuersionis alterius, quàm periculi subuersionis utriusque: ideò non concluditur ab arguente in tentum. Et quoniam ista duo quæstiuncula ex corpore ideo D. Thomas curauit expressius respondere ad illam maiorem.

*q. 55. ar. 6.

2m ex Decreto. Infidelitas. ℣. obtinuit infidelitate. § Ideo huiusmodi perdurarunt Ind vsque etiam Constantini Imperatoris temporibus: vt in textu. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione secunda.

3m illatio cõclusionis. Ergo &c. & negatur illatio. §. quando scilicet non baptizati contraxerũt in gradibus prohibitis solummodo per statutum ecclesiæ. Quod dico, quia infideles non baptizati nõ sunt astricti &c. vt in textu.

*In arg. 2. maiorem.

¶ NOTA. Non sine causa post ly infideles, ponitur ly non baptizati. Denotatur. n quòd infidele baptizatum, vt hæreses vel cætera humana, sunt astricti flammis ecclesiæ: & consequenter, quòd ob hoc, matrimonium ab eis contractum in gradu prohibito per statutum ecclesiæ, nullum est.

4m de antecedente. Secundum ri tum suæ legis. & cætera. contra legem naturæ. §. Habere namque plures uxores est contra legem hanc, cui etiam infideles sunt &c. vt in textu. Tunc nihil &c. ut ibid. 4 ly si ipse cum omnibus suis conuertatur potest &c. usque in finem.

5m de antecedente. Repudiata & non aliter. § Repudium enim vxoris &c. vt in textu usque excelsiùs ad ly & ideo si. Tunc nihil &c. Nam si conuertatur, postquam, vna repudiata aliam duxerit in ux.

¶ *Cæsarianum*. Ergo Deus libellum repudij in veteri lege nõ concessit, ut bonum, sed permisit, ut minus malum. Et hoc est, quod dixit Dominus Iudæis Matth. 19. Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras; ab initio autem non fuit sic. Vide. Iudæi interrogando nunquam hoc verbo, mandauit, dicentes: quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij? Quasi uolentes eum à se amouere abigere, & in auctorem legis prouertere. Dominus verò à contra & illos excusat dicens ly Ad duritiam cordis vestri: & auditorem legis excusat vltra verbo, permittit. Ac si apertè diceret: Hoc malum

De libello repudij.

permisit nobis Moyses, quod etiam non permisisset, si ad duritiam cordis vestri non respexisset adeò quòd duritia cordis vestri fuit causa motiua ad hanc permissionem. Nullo ergo modo accusandus est auctor legis de permissione huius mali, videlicet repudij, sed pro tempore illo, attentis scilicet moribus uestris, laudandus, quia permissione huius minoris mali impediuit maius malum à duritia cordis uestri oriundum, scilicet vxoricidium: vos autem plurimum incusandi; quia tantum malum, scilicet vxoricidium, aliomodo euitare potuistis indomabili corde vestro nullatenus uolebatis. Permissio itaque ex parte Dei bona fuit quamuis id, quod g mittebatur, malum esset. Ratio. Pro cõfirmatione textualis responsi nota: q Dominus ibidẽ monstrat, quòd repudiare a vxorem propriam est contra legem naturæ, dicendo ly ab initio autem non fuit sic. Nocet: quando vigebat lex naturæ, nec propter tantam duritiam cordis quasi obliterata erat, (id quod fuit ab initio) tunc vir non repudiabat vxorem, edoctus vtique à lege naturali.

Quia ergo sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito (iuxta Philosophum) si non repudiare vxorem sua erat de iure naturæ, sequitur manifestè; quòd repudiare illã sit contra ius naturæ.

*ar. 5. huius Quæst.

APPENDIX.

EX articulo habes: ¶ Primòquo modo per rationem ostenda, meritò instituit Papa Innocentius iij. quòd conuersus ad fidem coniux potest commanere cum vxore sua infideli. & sic. Verum pagani &c. vt art. 12 ibidem. Et notandum quòd addiderat dictum Pontifex, pro quanto matrimonium uerum esse inter infideles dixit; hic autem pro quanto, cohabitationem utriusque altero conuerso ad fidem, insinuat. Item a 28. q. 1. Sic enim neque recedendum ab uxoribus infidelibus; uel à maritis fideles uiri uel fœminæ non prohibentur à domino, ut nequæ inhibentur. Nam, si dimittere tales coniuges iubentur, nullos locus esset consilio Apostoli monentis, ne hoc nostri sic ergo possumus dicere melius esse infidelem coniugem non dimittere, quamuis liceat & dimittere: quemadmodum rectè dicamus, melius esse, quod & liceat, & expedit, quàm id quod licet, & non expedit. Hactẽus. Item ab Apostolo 1. Corinth. 7. Quomodo tu scis mulier, si virum tuum saluum facies? Aut unde tu vir, si tuam saluam facies mulierem? Hæc ibi. Et nota quod nonnulli auctoritates sic intelliguntur de vxore primæ, non de secunda, uel alia mutata prius aquam non licere plures uxores habere Iudæis idem Innocentius hic. Quia verò pagani circa plures nihil fœminas offendunt cohabitationem, virum post conuersionem omnes, uel quam ex omnibus retinere

Vtil. p. Sc. Eccl. &c.

*ar. 5. huius Quæst.

De pluralitate uxorum.

ca. idolatria 28. q. 1.

ARTICVLVS IIII.

Virum fidelis conuersus possit uxorem infidelem dimittere uolentem cohabitare sine contumelia Creatoris.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd infidelis cõuersus, non possit uxorem infidelem dimittere, uolentem cohabitare sine contumelia Creatoris. Maius m enim est vinculum viri ad mulierem, quàm seruitus ad dominum, sed seruus conuersus non absoluitur à seruitutis vinculo, ut patet 1. Corin. 7. & 1. Timot. 6. h ergo, & vir non potest uxorem infidelem dimittere.

¶ 2 Præterea. Nullus potest alteri præiudicium facere sine h consensu ipsius: sed vxor infidelis h habebat ius in corpore viri infidelis, si ergo per hoc, q c vir ad fidem conuertitur, mulier præiudicium pati posset, ut libere dimitteretur, non posset vir conuerti ad fidem sine consensu uxoris, sicut nec potest ordinari, nec vouere continentiam sine consensu eius.

¶ 3 Præterea. Si aliquis contrahat cum ancilla scienter, siue sit seruus, siue liber, non propter diuersam conditionem potest ipsam dimittere, cum ergo d vir, † quando contraxit cum infideli, sciuerit eam esse infidelẽ, uiderur à h simili quòd non possit eam dimittere propter infidelitatem.

¶ 4 Præterea. Pater tenetur ex debito procurare salutẽ prolis, sed si h discederet ab infideli uxore, filij communes matri remanerent, quia partus sequitur uentrem, & sic essent in periculo salutis, ergo non potest uxorem infidelem dimittere licite.

¶ 5 Præterea, Adulter non potest adulteram dimittere, etiam post quam de adulterio pœnitentiam egit, h ergo fi sit idem iudicium de adulterio, & infideli, nec infidelis infidelem potest relinquere, etiam postquam ad fidem est conuersus.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit primæ Corinthiorum septimo.

Vide Decr. 32. q. 6.

*ar. præc. corp.

PRæterea, Adulterium spirituale est grauius, quàm carnale: sed propter carnale adulterium vir potest dimittere uxorem, quantum ad cohabitationem, ergo multo fortius propter infidelitatem, quæ est adulterium spirituale.

RESPONDEO, Dicendum, quòd homini secundum aliam, & aliam uitam diuersa competunt, & expediunt, & ideo, m q moritur priori vitæ, non tenetur ad illa, ad quæ in priori vita tenebatur n, & inde est quòd ille, qui in uita seculari existens, aliqua uouit, non tenetur † illa quando mundo moritur, † vitam religiosam assumens, perficere. Ille autem, qui ad baptismum accedit, regeneratur in Christo, & priori uitæ moritur, cum generatio unius sit corruptio alterius: & ideo r liberatur ab obligatione, qua vxori tenebatur reddere debitum, & ei cohabitare non tenetur, quando conuerti non vult; quamuis † in aliquo casu libere id posset facere s, sicut dictum est, † sicut, & religiosus potest libere perficere uota, quæ fecit in sæculo, si non sunt cõtra religionem sua, quamuis ad ea non teneatur, ut dictum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd seruire non est aliquid incompetens Christianæ religionis perfectioni, quæ maxime humilitatem profitetur, sed obligatio † matrimonij aliquid derogat perfectioni vitæ Christianæ, cuius summum statum continentes possident, & ideo non est simile de utroque.

¶ Fit præterea unus coniugum non obligatur alteri quasi possessio eius, sicut domino seruus, sed per modum societatis cuiusdam, quæ non congruit est infidelis ad fidelem, ut pater secundæ Corinth. 6. & ideo non est simile de seruo & coniuge.

AD SECVNDVM dicendum, quòd uxor non habebat ius in corpore viri nisi quamdiu in uita illa manebat, in qua contraxerant, quia etiam mortuo viro vxor soluta est à lege viri, ut patet Roman. 7.

spem de conuersione uxoris: ut artic. 3. ad secundum.

¶ Ly liberè. Hoc est etiam sine potest & cohabitare, & non cohabitare uxori ipsi. Quamuis in isto casu magis expediat cohabitare: iuxta 28. q. 1. cap. Sic enim. ibi enim ad longum tractatur quòd ab infidelibus coniugibus licet recedere, sed non expedit (quod intellige solũ in casu proposito) vt ex tis patrum cap. illud additum fuit art. 3. appen.

¶ PROB. Quia accedens ad baptismum priori uitæ moritur.

1m maior. Matrius est uinculum uiri ad mulierem, quam seruus ad dominum. Et non tamen est magis, nec æqualiter, competens perfectioni Christianæ. § Quamuismodo aliquis aliquid ipsi perfectionis ut in textu. Tunc nihil &c. Nam seruire non est aliquid incompetens perfectioni Christianæ, quæ maxime humilitatem profitetur.

*par. præc. corp. † Al. licite.

Item illatio conclusionis Ergo &c. & negatur illatio. §. Nam unus coniugum non obligatur alteri, quasi possessio eius, sicut domino &c. ut in textu.

Vide 28. q. 1. responsum litera ly & præterea unus coniugum &c.

2m de minori Habebat. s. quandiu uir fuit mansit in una infidel. § in qua videlicet contraxerãt quia etiam &c. ut in textu. Tunc nihil &c. ut patet ex dictis hic, Rõsio 2a. & in corp.

¶ Examen. Ly mortis spiritualis. Scilicet respectiue ad vitam priorem seculi. Aliquin secundum se religio est mors spiritualis: non autem mors ut q. 43. artic. 3. ad 1m.

¶ Ly copula spiritualis. Ad differentiam carnalitatem autem ad differentiam cohabitationis realis in domo. & hoc modo matrimonium nondum consummatum dicitur copula spiritualis absolutissima inter

Ce spon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponsalibus. Hæc enim dicuntur copula spiritualis in alio sen- F
su.q.41.art.3 ad 1m.

Item de maiori. Sine consensu ipsius. ℟. vel sine culpa §. tunc dicitur, q. hoc ultimum solum propositum ut patet in secundo resp onso

summodò verum est in textu à ly vel dicendum, q. ex culpa &c.

¶ Examen. Ly nec pōt ordinatu. Vt videlicet cum charitate ordinis suscipiat executionem non aliter: ut ex q.33. ar.4. colligit.

¶ Ly nec uouere cōtinentiā, ita scilicet, vt sit in præiudicium consortis, non aliter: ut q.33.arti.2.ad 4m. & aduerte, q. ista duo vltima examina sunt de uerbis argumenti secundi.

¶ *Corollarium.* Ergo uir potest absolutè & ordinarie & uouere continentiā sine consensu uxoris, ut locis supra allegatis patet: sequitur, q. in hoc Rāsio 2ª. sensu non sumatur ly ordinarie, & ly continentiam uouere, in textu argumenti: sed tantum, ut in examinibus his dictum est.

3m de consequentia. Videtur à simili. ℟. negatur 3 q. sit simile. §. ex scilicet, cui assimilari dicitur. Nam disparitas cultus facit personā simpliciter &c. ut in text.

4m minor. Si pater discederet ab infideli uxore, filij cōmunes matri remanerent. ℟. negatur ista. § Ad rationem allatam dicitur, q. partus sequitur uētrem: nisi aliud fauorabilius pūtaretur. Et hoc, in proposito, est fides catholica. Vnde in casu isto dicendum est, q. proles aut peruenit ad perfectam ætatem, & tunc poterit &c. ut in tex.

NOT. Vltima in responso textuali sententia dicta confirmatur à Concil. Toletano 4. ut recitatur. 28. q.1. Iudæi. Illi, qui procreati sunt de infidelibus multitudibus, & fidelibus uiris, Christianam sequantur religionem, non iudaicā superstitionem. Hæc illud. Item à Gregorio in. de conuersion. infidel. Ex literis &c. Quidam de iudaicæ cęcitatis errore adductus ad Christum uerum lumen uxore sua in iudaismo relicta, in iudicio postulauit inferri: ut eorum filius assignaretur eidem ad fidem catholicam perducendus. Ad quod illa respōdet: quòd cum puer adhuc infans existat &c. apud eum debet conuersentibus remanere. Cum autem mater pueri, si eum remanere contingeret apud eam, posset illum adducere ad infidelitatis errorem in fauorem fidei Christianæ respondemus: patri eundem puerum assignandum. Hæc ille. Ex quibus etiam patet intellectus dicti in q. 52. arti. 4. Nam & ad literam ibi clarum est: quòd in alio sensu ab hoc loquitur illa determinatio.

5m consequentia. Ergo &c. §. negatur consequentia. ℣. Non est enim eadem ratio de

& ideo si postquam uir mutat uitā moriens priori uitæ ab ea discedat, nullum sit ei præiudicium. Transiens autem ad religionem, moritur tantū spirituali morte, non autem corporali, & ideo si matrimonium sit consummatum, non potest uir sine G consensu uxoris ad religionem transire. Potest autem ante carnalem copulam, quando est tātum copula spiritualis, sed ille, qui ad baptismum accedit, corporaliter etiā cōspelitur Christo in morte, & ideo à debito reddendo soluitur, etiam post matrimonium consummatum[t]. Vel dicendum, quòd ex culpa sua uxor præiudicium patitur, quæ conuerti contemnit.

H AD TERTIVM dicendum, quòd disparitas cultus facit per sonam simpliciter illegitimam, non autem conditio seruitutis, sed solum quando ignorata est, & ideo non est similis ratio de infideli, & ancilla.

AD QVARTVM dicendum, quòd proles, aut peruenit ad perfectam ætatem, & tunc poterit libere sequi patrem fidelē, aut matrē infidelē, uel est in minori ætate constitutus, & tunc debet dari fideli, non obstante, quòd indiget matris obsequio ad educationem.

AD QVINTVM dicendū, q. adulter per pœnitentiam non transit ad aliam uitam, sicut infidelis per baptismum, & ideo non est similis ratio.

pœnitentia & baptismo, in proposito adducto. Nam adulter per pœnitentiam non &c. ut in textu.

APPENDIX.

ARTICVLVS V.

Vtrum fidelis discedens ab uxore infideli, possit aliam ducere.

EX articulo habes. ¶ Primò ergo modo per rationem ostendas, meritò insinuatum, quòd conuersus potest infidelē uxorē cohabitare uolentem sine contume- Vtil. p.s. Eccl.&c.
lia creatoris dimittere: & hoc à summis pontificibus, ut supra Cap. 5 q. 1 art. 3. appen. Item à 28.q.1. Idolatria, quā sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autem permittit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, & non iussit, dedit Apostolo locum monendi: ut, qui uoluerit, non dimittat uxorem infidelem, ed quo sic forsitan possit fidelis fieri. Hæc ibi, Item ibid. Si infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat: non est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi. si infidelis noluerit esse cum cōiuge sua fideli. Hic cognoscat fidelis suā libertatem: nec ita se subiectum putet seruituti: ut ipsam dimittat fidem nē coniugem amittat infidelem. Hæc ibi. Vbi per ly noluerit, intellige ipsam nollie[n]te cohabitare sine cōtumelia creatoris. Item ibid. tamnunc &c. Quia communis fidelis reliquere coniugem infidelem iniquè potest fideo hoc fieri non dominus, sed Apostolus prohibet. Quod enim dominus prohibet fieri, omnino non licet. Monet ergo Apostolus, quòd possit esse occasio melioris lucrandorum. Hæc ibi. Vbi ly prohibet, sumitur improprie, i. sub forma prohibitionis dissuadet. Fidei ergo conuersus liber est ad utrunque faciendum, ex domini non prohibitione: quid uerò determinatè facere debeat ex lucro animarum probabiliter sperato mensuret, iuxta monitum Apostoli, & art. 1. præcipue ad 2m.

§ Secundo habes: quomodo per rationem prædicta patrū, pro quanto conuertum fidelem non teneri ad cohabitandum cum uxore infideli, etiam sine contumelia creatoris commanente uolente infinuant, & intelligat, & tueatis.

¶ Tertiò uides: quòd ex ijs uicissim Angelica doctrina hęc & declaretur, & confoletur.

QVÆST. LIX. ART. V.

CONCL. 1ª. Si infidelis vult cohabitare sine contumelia creatoris, potest fidelis liberè discedere: sed discedens non potest alteri nubere. 2ª

¶ Examen.

¶ Examen. Ly liberè. Hoc est & discedere, & nō discedere: ut declaratum art. 3. & 4. Nō cogit ly liberè, sumitur pro facere aliquid unū solū determinatè, puta discedere, absque scrupulo conscientiæ. Præsupponitur n. q. utrunq; possit facere sine tali scrupulo.

¶ Ly cōmunia creatoris. Vide textus declarationē super hoc.

¶ PROB. Q. ia supponitur clara (tū ex prædictis quò ad primam partem, tum ex iuribus quò ad secundam.)

CONCL. 1ª. Si infidelis ad infidelitatem pertrahere nitatur, (quod est non uelle cohabitare sine contumelia creatoris;) tunc uir fidelis discedens potest alteri per mimonū copulari.

¶ PROB. Quia, tanquam patens relinquitur.

¶ NOT. Et reuera patet ex iuribus, quē admodum, & præcedens conclusio. ut in app. sequen.

1m maior. Indissolubilitas est de rōne matrimonij, & secundum tamen qđ est matrimoniū, ita est indissolubilitas fidei aliter. §. Tunc nihil cont. Nam matrimonium infidelium est imperfectū, sed &c. ut in textu.

2m maior. Crimen superueniens matrimonio nō soluit ma- canel. trimonium. ℟. sed tamen ratum matrimoniū superueniēs matrimonio imperfecto soluit illud. §. Tūc nihil &c. ut patet in textu.

3m de maiori In uinculo. ℟. non semper, in effectu. §. Tunc nihil &c. Nam in pœnam uxoris in fidelis magis, quam ex uirtute matrimonij præcedentis, ei indicitur, q. non possit cum alio cōtrahere, ut in text. 1.

4m de minori. Non licet. ℟. si est spes de uxoris conuersione, non aliter. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu. *art.1.huius quæst. corp.

uidetur) uotū continentiæ emittere, quia tunc uxor fraudaretur matrimonio, si postmodum conuerteretur, ergo multo minus licet matrimoniū contrahere cum alia.

¶ Præterea, Filius, qui remanet in infidelitate patre conuerso, amittitius parentæ hæreditatis, & tamen si postea conuertitur, redditur ei hæreditas sua, etiam si alius in possessionem eius intrauit h, ergo uidetur à simili, B quòd si uxor infidelis post conuertatur, quòd sit sibi reddēdus uir suus, etiam si cum alia contraxerit, quod non posset esse si secūdum matrimonium uerum esset, ergo non potest contrahere cum alia.

SED CONTRA, Matrimonium non est ratum sine sacramento baptismi, sed quod non est reatum, potest dissolui, ergo matrimonium in infidelitate cō C tractum potest dissolui, & ita soluto matrimoniali uinculo, licet uiro aliam ducere in uxorem.

Præterea. Vir non debet cohabitare uxori infideli nolenti cohabitare sine contumelia creatoris. si ergo non liceret ei aliā ducere, cogeretur continentiam seruare, quod uidetur incōuenieus quia sic ex conuersione sua incommodum reportaret. D

RESPONDEO. Dicendū, quòd quando alter coniugum ad fidem conuertitur, altero in infidelitate manente, distinguendum est, quia m si infidelis † vult cohabitare sine cōmelia creatoris, ideſt, sine hoc q. ad infidelitatem inducat, potest fidelis libere discedere: sed discedens nō potest alteri nubere[a]. Si aūt infidelis non uelit cohabitare sine contumelia creatoris in uer- E ba blasphemiæ prorumpens, & nomen Christi audire nolens, conci. p tunc si ad infidelitatem pertrahere nitatur, uir fidelis discedēs potest alteri per matrimonium copulari ¶.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium infidelium est imperfectum. sed matrimonium fidelium est perfectum, & ita est firmius, semper autem firmius uinculum soluit minus firmum, si sit ei contrarium; & ideo matrimonium, quod post in fide Christi contrahitur, soluit matrimonium, quod prius in infidelitate contractum fuerat, vnde matrimonium infidelium non est omnino firmum, & ratum, sed ratificatur postmodū per fidem Christi.

AD SECVNDVM dicendum, q. crimen uxoris nolentis cohabitare fine contumelia Creatoris absoluit uirum à seruitute, qua tenebatur uxori, ut nō posset ea viuente aliam ducere, sed non dum soluit matrimonium, quia si in blasphemia illa conuerteretur antequàm ille aliud matrimonium contraheret, redderetur ei uir suus: sed soluitur per matrimonium sequens, ad quod peruenire non posset uir fidelis, nisi solutus à seruitute uxoris per culpam.

AD TERTIVM dicendum, q. C postquàm fidelis contraxit, solutum est uinculum matrimonij ex utraque parte, quia matrimonium, non claudicat quantum, ad uinculum: sed quandoq; claudicat quantum ad effectum, unde in pœnam uxoris infidelis magis, quàm ex uirtute matrimonij præcedentis, ei indicitur, q. non possit cum alio contrahere: sed si postea conuertatur, potest ei concedi dispensatiue, ut alteri D nubat, si uir eius aliam duxit.

AD QVARTVM dicendum, q. si post conuersionem uiri aliqua probabilis spes de conuersione uxoris sit, non debet uotū cōtinentiæ uir emittere, nec ad aliud matrimonium transire, quia difficilius conuerteretur uxor, uiro suo† sciens se esse priuatam. Si aūt non sit spes de cōuersione, potest ad sacros ordines, uel ad religionē accedere, prius requisita uxore q. conuertatur: & tunc si postquam uir sacros ordines suscepit, uxor cōuertatur, nō est sibi uir suus reddendus, sed debet imputare sibi in pœnam tardæ conuersionis, q. uiro suo priuatur.

AD QVINTVM dicendū, q. uinculū paternitatis non soluitur p dispārē cultum, sicut uinculum matrimonij, & ideo non est simile de hæreditate, & uxore.

5m millatio cōclusionis. Ergo &c. ℟. negatur illatio. §. propter dissimilitudinem utriusque. Nam uinculum paternitatis non &c. ut in textu.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primò: quomodo per rationē ostendas, meritò insinuatum à Concil. Meldensi cap. 1. q. fidelis discedens ab infideli uxore non potest aliam ducere: & sic. Siquis habuerit uxorem virginē ante baptismum uiuente illa, post baptismū alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo soluuntur, non coniugia. Hæc illud. 28. q. 1. Vbi per ly uiuente ulla, intellige siuè conuersa sit, siuè non cōuersa cum uiro; secū tamen habitare uolente. Item ibid. à Gregorio Papa insinuatum: q. fidelis cōuersus potest aliam ducere. Si infidelis discedit odio Christianæ fidei, discedat. Non enim est frater, aut soror fidelis subiect* seruituti in huiusmodi. Non est enim propter Deum dimissio peccatum, si alij se copulauerit. Contumelia quippè creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur. Infidelis autem discedens, & in Deum peccat, & in matrimonium. Nec est ei fides seruanda cōiugij: quia propterea discedit, nē audiret Christum Deū esse Christianorum cōiugium. Hæc ille. Item ab Innocen. iij. si alteri infideli cōiugum ad fidem catholicam conuertat, altero uel nullo modo uel non sine blasphemia diuini nominis, uel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare uolenteque relinquitur ad secundas si uoluerit uota transibit, & in hoc casu intelligimus quod ait Apostolus, si infidelis discedit, discedat; frater enim uel soror nō est seruitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit libellus in huiusmodi; & canonem etiam, in quo dicitur, 2 consummata creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur. Hæc ille de diuor. quanto.

¶Secundò habet: quomodo per rationem prædicta patrum pro quanto sic uel ratiuunt: de fideli conuerso respectu matrimonij contrahendi, & intelligas, & defendas.

3 ¶Tertiò uides: quomodo ex ijs utriusq; Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

QVÆST. LIX.

ART. VI.

249 CONCL.1ª. Fornicatio corporalis, & infidelitas, specialem habent contrarietatem ad bona matrimonij.

¶PROB. Quia patet ex dictis.

CONCL.2ª. Matrimonium ratificatum neque per infidelitatem neque per adulterium potest solui quo ad vinculum.

¶Examē. Ly ratificatum. Sufficit ut declaratur art. 1. ad 3ᵐ.

¶PROB. Quia præsupponitur clara.

CONCL.3ª. Si non est ratificatum matrimonij solutiue quo ad vinculum permanente infidelitate in altero coniugum, si alter conuertitur ad fidem trāseat ad aliud coniugium: non autem solutur vinculum prædictum per adulterium.

*Ex Hieronymo in hoc lo co, to. 9.

¶Examen. Ly permanēte infidelitate. Scilicet talis: ut nisi eum cōsumelia creatoris cohabitare nollet. art. 1. corp.

¶Ly si alter conuertitur &c. Scilicet ut declaratur articu. quinto ad secundum & tertium.

PROB. 1. Quia patet ex dictis, articu. 5. 2. Quia (ly non autē soluitur &c.) alias fidelis libere (i. tuta conscientia) posset dare libellum repudij uxori adulterę. eaque dimissa aliam ducere, quod est falsum.

¶NOT. De libello repudij non dando libere è, cūm ītrerra lȳ gēnatiæ, inde arrie. tertium, ad quintum. De hoc autem, quòd dimissa uxore propter fornicationem, non possit aliam quis ducere: patet rectè intelligentibus Matth. 19. Quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem; & aliam duxerit: mœchatur. Vbi uides, quod non mœchatur propter dimissionem ob fornicationem (hoc enim concedit de minus ibi) sed propter hoc, q̄ illa fit dimissa, ducit aliam. excepto illa fornicationis causa rursum super dimissionem uxoris. Non enim vult dicere Dominus (ut falsò æstimant

quidam, de quibus in appen.) quòd dimittens & aliam ducens, sine causa fornicationis, mœchatur, quasi quòd data causa fornicationis, possit utrunque facere: sed vult dicere, quòd dimittens vxorem, sine causa fornicationis, mœchatur, idest occasionem per hoc mœchandi uxori dat, cuius mechiæ peccatum sic illicitè dimittēti imputabitur; & ultra hoc, si aliam duxerit, propriè mœchatur. Et hoc ob vinculum matrimonij remanens cum prima. Quòd & clarius patet per dictum Scripturæ ibi: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Quare Titius soluto ducens Beriam à Sempronio; causa fornicationis, dimissam, mœchatur? Quia inter Titium, & Beriam remanet matrimonium, quòd ad vinculum. Et nota, q̄ non dicit, si dimissa nupserit, mœchatur (quamuis hoc uerū sit) sed dicit ly qui dimissam duxerit: ut ampliorem omnem occasionem excusandi contrarium dicendo, quòd innocēs possit contrahere. Nam & similia agendo delerum est, q. Titius (ut supponitur) est innocens quantum attinet ad fornicationē prædictam. Iterę, propter quam à Sempronio fuit dimissa fuerat. Et dimissa igitur, si nupserit, mœchatur; & qui duxerit eam mœchatur in omnem quacunque principaliter, sed ratione remanēs vinculi prioris matrimonij.

CONCL.4ª. Matrimonium etiam ratificatum quantum ad actum, potest solui tam per infidelitatē, quàm per fornicationem corporalem: sed propter alia peccata non, nisi forte ad tempus uelit uir subtrahere se à consortio vxoris ad castigationem eius.

¶Examen. Ly ad castigationem eius. Hoc est non propriè faciendo diuortium: sed coercendo ipsam de suis defectibus; quo & modo solent patres aliquando corripere filios; dando eis pethoc occasionem cognoscendi errores suos. Nam diuortium propriè plus dicit quàm castigationem hanc ad tempus secundum prædictam uiri factam.

¶PROB. Quia præsupponitur clara.

¶NOT. Si prima pars clara est ex Matth. 19. & 1ª. ex hoc, q̄ ad officium uiri pertinet castigare prudenter defectuosam uxorē q. 65. ar. 1. ad 4ᵐ.

1ᵐ de maiori. Contra matrimoniū. Ř. inquātū est officium naturæ non, inquantum sacramentū eccle-

inueniatur matrimonium, in quo alter coniugum in peccatum non labatur.

RESPONDEO, Dicendū quòd [m] fornicatio corporalis, & infidelitas specialem habent contrarietatem ad bona matrimonij, [n] ut ex dictis patet: unde specialē habent uim separandi matrimonia. Sed tamen intelligendum est quòd matrimoniū dupliciter soluitur. Vno modo quantum ad vinculum, & [o] sic non potest solui postquam matrimonium est ratificatum, neque per infidelitatem, neque per matrimonium, sed [p] ibi nō est ratificatum, soluitur vinculū p̄manente infidelitate in altero coniugum, si alter conuersus ad fidem ad aliud coniugium transeat, non autem soluitur vinculum prædictum per adulterium: aliàs infidelis libere posset dare libellum repudij vxori adulterę, & ea dimissa, aliam ducere, quod falsum est. Alio mō soluitur matrimonium quantum ad actum, & sic [q] solui potest tam per infidelitatem quàm per fornicationem corporalem, sed propter alia peccata non potest solui matrimonium, etiam quantū ad actum, nisi forte ad tempus se velit uir subtrahere à consortio vxoris ad castigationē eius [r] subtrahendo ei præsentiæ suæ solatium.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis adulterium magis directe opponatur matrimonio, inquantum est in officium naturæ, quàm infidelitas, tamen e contrario est, inquantum matrimonium est sacramētum ecclesiæ, ex quo habet perfectam firmitatem, inquantum significat indiuisibilem coniū-

ARTICVLVS VI.

Vtrum alia vitia soluant matrimonium.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd alia uitia soluant matrimonium, sicut & infidelitas. Adulterium enim videtur esse directius contra [h] matrimonium, quàm infidelitas, sed infidelitas soluit matrimonium in aliquo casu, ut liceat ad aliud matrimonium transire, ergo, & adulterium idem facit.

¶2 Præterea, Sicut infidelitas est fornicatio spiritualis, [i] ita & quodlibet peccatum, si ergo propter hoc infidelitas matrimonium soluit, quia est fornicatio spiritualis, pari ratione quodlibet peccatum matrimonium soluet.

¶3 Præterea, Matthæi decimo octauo dicitur, Si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eā, & proijce abs te, dicit Glossa, quòd in manu, & dextro oculo possunt accipi fratres, & uxor, propinqui, & filij; sed per quodlibet peccatum efficiuntur nobis impedimento, ergo propter quodlibet peccatū [k] potest matrimonium dissolui.

¶4 Præt. Auaritia [l] idolatria est, vt dicitur Ephesio. 5. sed propter idolatriam potest mulier dimitti, ergo pari ratione propter auaritiam, & propter alia peccata, quæ sunt maiora, quā auaritia.

¶5 Præt. Hoc expresse Magister [m] dicit in litera.

SED CONTRA est, quod dicitur Matt. 5. Qui dimiserit uxorē excepta cā fornicationis, mœchat.

Præterea, Secundum hoc tota die fierent diuortia, cum raro

ecclesiæ. §. ut in textu. Tunc nihil &c. Nam matrimonium non A timus uir dixit illud, limitando sic; saluo (inquit) ecclesiæ distinctione.

¶Secundò habes: quomodo per rationem & Diuum Thomam ostendat, errores prædictos merito damnari ab Eugenio Quarto in Decret. Armen. dat. sacro approbante Concil. Florētin. Septimum est sacramentum matrimonij &c. Quamuis autem ex causa fornicationis liceat thori separationem facere: nō inde aliud matrimonium contrahere fas est: cūm matrimonij vinculū legitimē contracti perpetuum sit. Hæc ibi. Item à Concil. Trid. sess. 24. can. 7. Si quis dixerit ecclesiam errare, cūm docuit, & docet iuxta euangelicam & Apostolicam doctrinam propter adulterium alterius coniugum, matrimonij vinculum nō posse dissolui; & utrūque uel etiam innocentem, quicunque adulterio non dedit, non posse, altero cōiuge uiuente, aliud matrimonium contrahere; mechariquecū, qui, dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ, dimisso adultero, alij nupserit: anathema sit.

Hæc ibi. Item ab eodem ibid. can. 5. Si quis dixerit propter hæresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam a coniuge dissolui posse matrimonij vinculum, anathema sit. Hæc ibi. Item à Concil. Milcuitano. cap. 17. Placuit, ut secundum Euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab uxore, neqi dimissa à marito, alteri coniungantur: sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Hæc ibi. & recitantur, 33. q. 7. Item à Conc. Aphricano. c. 69. sic idem uerbis. Item ab Innocentio iij. de diuor. Gaudemus &c. Si ergo uxore dimissa ducialia de iure nō potest, fortius, ex ipsa relicta. Qui autem secundum ritum suum repudiauerit uxorē legitimā, cū tale repudiū uetitum in Euangelio reprobauerit, nunq̄ ea uiuente poterit licitè aliam habere. Hæc ibi.

¶Tertiò habes: quomodo per rationem offendas meritò insinuatum à Matth. 5. q. adulterium soluit matrimonium quò ad thorum. sed non quo ad vinculum: ratio. Qui dimiserit uxorē suam, excepta causa fornicationis facit eam mechari: & qui ducit eam, adulterat. Hæc ibi. Vbi nota ly uxorem. Quo annotato, si uerū sensum huius termini percipis: uidebis illos, q̄ dicūt, per fornicationē solui vinculū matrimonij inter uxorē, et uirū, ignoratę propriā uocē. Nā uxor dr, quæ legitimē est coniuncta viro. Cū ergo Christus dimissā à marito ob fornicationē uocet adhuc uxorē: relinquit manifestē ex ipso termino inte ligendū q̄ mier dimissam ob fornicationē, et dimittentem, adhuc perse uerat vinculum matrimoniū. Ex ista authoritate Matth. 5. patet quam bene esse glosatum ly mœchatur primo loco dictum ab eodem 19. in supra not. post prob. cōclus. 3ª. Item à 1. Cor. 7. His q̄ matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed dñs, uxorē à uiro nō discedere: q̄ si discesserit, manere innuptā, aut uiro suo cōciliari. Et uir uxorē non dimittat. Hæc ibi. Ex quo patet, cū se paratio discedentis, ex mandato dñi oporteat manere innuptā, q̄ vinculū matrimonij adhuc perduratimee illos. Necdicendum (secundum q̄ Ambrosium dix. fecisse quidam) hoc, q̄ (scilicet ideo non iubēdo de uiro quod de vxore præmisit, quia uiro licet ducere aliam. Ille enim Ambrosius authoritatem non habet: quoniam non est magnus ille Mediolanēsis Episcopus: et si forte in eius scripta hoc inuenitur, dicendum cum Sancto Thoma super 1. Corin. 7. uerbis Apostoli præmissis quòd à faltarij additum est. Non enim uir et uxor extra matrimonium iudicantur ad imparia: sed ad paria, ut inquit Papa Innocētius Tertius, de diuor. Gaudemus. Vnde hoc ipsum ostēdit Dominus dicens Mar. 10. quicunque dimiserit uxorem suā,

Matrimonium ratū, 3. ad 2ᵐ. & 3ᵐ.

nō ratū. 2ᵐ de antecedente. Ista Ř. quantum ad esse formalem: nō aūt quantum ad modū essendi, §. putā principaliter, & propriè. Nam infidelitas modo principali, & proprio, dicitur fornicatio spiritualis: alia verò peccata modo minus principali minusque proprio: propter rationem allatā in textu. Tunc nihil &c. Patet enim: quòd si aliquid principale potest facere aliquid: non sequitur: quòd aliud minus principale tantam habeat potentiam.

Fornicatio spiritualis.

3ᵐ de cōclusione. Potest matrimonium dissolui. g. uel potest uir se subtrahere à consortatione uxoris. §. ut dicit quarta conclusio. Tunc nihil &c. ut patet.

¶NOT. Propter authoritatem illā Matt. 18. non debet quis aliquod malum perpetrare: quamuis tunc, verba tenendo, uerborum sensus contra dicerent, & sic contra ipsum dictum euangelium peccaret. Sicut ergo propter authoritatem illam non debet sibi quis oculū, uel manum materialiter abscindere: sed spiritualiter (ut docent illi sancti) ita propter eandem non debet quis vxoratus à matrimonio recedere quo ad vinculum, uel quo ad actum, sed sibipsi, & eiam consorti prospicere prudenter, pro quanto ad ultionem scandali conueniens uer expedit. Et hoc est, in proposito, quod dicitur in textu, q̄ uidelicet quando mulier præstat magnam &c. Vide q. ibi; & inde ad alia consimilia quomodo procedendum sit, addisce.

*Art. præcor. Abstinde te pedē, etiam si oculū qd sit.

4ᵐ ex Ephes. 5. Idolatria. Ř. per similitudinem quādam seruitutis non, per similitudinē infidelitatis. §. ut in textu. Tunc nihil &c. Nam, si idolatria infidelitas solum matrimonium, non sequitur q̄ idolatra seruitus peccatiæ, quæ est multò minor, tantam habeat potentiam ad dissoluendum illud.

5ᵐ de antecedente. Dicit Ř. loquendo uel de sponsalibus: uel de matrimonio aut quò ad separationem a communi conuersatione ad tempus, aut in casu quo uxor non vult cohabitare nisi &c. non quò ad vinculum, neque quò ad actum. §. Vide textum, ut intelligas, quæ scripta sunt. Tunc nihil &c. ut patet.

APPENDIX.

Vid. p. 8. Eccl. &c. EX articulo habes. ¶Primò quomodo per rationem & D. Thomam interimas errorem Melanctonis (Prat. Iudæorum hæreses, & in examine ordinandorum eiusdem Melanction. an. 1532, dicentis) quòd matrimonium propter adulterium, ut facinus iudæi, deberet dissolui. Item Pharisæorum (Direct. inquis. par. 1. quæst. 4.) dicentium; quòd licitum est vxorem dimittere etiam fornicationis ratione, & libellum repudij ei dare. Item Herodianorum (ibid. in Direct.) dicentiū; quòd licitum est uxorem alterius, etiam matris uiuente in uxorem accipere. Item Cærcorum, Montanistarum, Armenorum (Prat. in eorum tit.) pefiferē dicentium; quòd nuptiarum fœdus & matrimonium potest pro coniugum arbitrio dissolui. Item Erasmi (in Matth. 19. & in paraphras. 1. Corin. 7.) & alterius cuiusdam (eodem loco Matth.) dicentium: Licitum esse Christiano dimittere uxorem ob fornicationem carnalem ipsius, & posse ducere aliam. Verum est tamen; quòd ille quidam ul-

*In corp. Loco in arg. 3. ob. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si uxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. Ecce: quòd ad partis iudicantur à Domino, contra illos Ambrosij falsatores. Item à Concil. Trid. sess. 24. can. 8. Siquis dixerit ecclesiam errare cum ob multas causas separationem inter coniuges, quò ad thorum, seu quò ad cohabitationē ad certum, incertumue tempus fieri posse decernit: anathema sit. Hæc ibi. Item ab Innocentio eod. ibid.

Qui legitimam repudiauit uxorem, nunquam ea ut uentelicet potest aliam ei à se Christi consensus habere, nisi post conuersionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso, aut etiam si consentiat, nō tamen absq; cōtumelia creatoris, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatū. Quòd si conuertatur ad idem & illa conuersa sequatur, antequam propter causas prædictas legitimam ille duxit uxorem, ea recipere cōpellitur. Hæc ibi. Quæ etiam

Tho. 4. d. 37. q. 1. a. 3. & seq. ad monere 3 q. 2.

fasciunt ad art. 3. pro art. 2. & ad 4^m. & art. 5. pro ad 2^m. & 3^m. unum quod diuersa in ipsis authoritatibus conciliabatur, ut aliàs annotatum est.

¶Quartò habes: quomodo prædicta patrum, propter quantio- 4
propter mala circa matrimonium accidentia ex defectu cōsensus uel ex prolis solutione, aut permanentia statuunt, & intelligas, & proba, & defendas.

¶Quintò uides quomodo ex ijs ul- 5
timis Angelici doctrina haec, & declaratur, & consolidetur.

QVÆST. LX.

ART. I.

CONCL. 1^m. Sine peccato potest vir zelo iustitiæ, non liuore vindictæ, aut odij motus uxorem adulteram in iudicio seculari accusare criminaliter de adulterio, & pœnam mortis à lege statutam petere.

250. *Corollarium. Ergo accusans aliquē malefactorem non zelo iustitiæ, sed liuore vindictæ, aut odio motus, incurrit peccatum ad quod euitandum scit sean

*Li. 4. Sent. d. 37. circa finem. iur.

QVAESTIO LX.

De uxoricidio, in duos articulos diuisa.

HEINDE considerādū est de vxoricidio. Circa quod quæruntur duo.

Primo, Vtrum in aliquo casu liceat vxorem occidere.

Secundo, Vtrum uxoricidiū matrimonium impediat.

ARTICVLVS I.

Vtrum liceat uxorem interficere inuentam in actu adulterij.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ liceat uiro uxorem interficere in actu adulterij deprehensam. Lex enim diuina præcipit adulteras lapidari: sed ille, qui legē diuinā exequitur nō peccat, ergo nec occidere propriā uxorē, si sit adultera.

¶2 Præt. Illud, quod licet legi, licet ei, cui lex hoc committit, sed legi licet interficere adulteram, aut qualibet personā reā mortis. cum ergo lex commiserit uiro interfectionem vxoris in actu adulterij deprehensę, uidetur quòd ei liceat.

¶3 Præt. Vir habet potestatem maiorem super vxorem adulteram quàm super eum, qui cum ea adulterium committit: sed si vir percutiat clericum, quem cū propria uxore inuenit, non est excommunicatus, ergo videtur quòd etiam liceat interficere propriam vxorem in adulterio deprehensam.

¶4 Præt. vir tenetur uxorem suam corrigere: sed correctio fit per infli&tionem iustæ pœnę, cum ergo iusta pœna adulterij sit mors, ꝙ est capitale crimē, videtur ꝙ liceat uiro uxorem adulteram occidere.

SED CONTRA, In litera dicitur, quòd Ecclesia Dei nunquām constringitur legibus humanis, vel mundanis, gladium enim non habet nisi spirituale; ergo vī ꝙ ei, qui vult esse de Ecclesia, non sit licitus actus legis illius, quæ uxoricidium permittit.

Præterea, Vir, & uxor ad paria iudicantur: sed uxori nō licet interficere virū in adulterio deprehensum, ergo nec uiro uxorem.

RESP. Dicendum, quòd virū interficere uxorē contingit dupliciter. Vno modo per iudicium ciuile, & sic non est dubiū ꝙ sine peccato potest vir, zelo iustitiæ, non liuore uindictæ, aut odij motus, uxorē adulterā in iudicio seculari accusare criminaliter de adulterio, & pœnam mortis à lege statutā petere: si ut ēt licet aliquē accusare de homicidio, aut de alio crimine: non tñ talis accusatio potest fieri in iudicio Ecclesiastico, quia Ecclesia non habet gladiū materialē, ut in litera dicitur. Alio modo contingit eā per se ipsū occidere, non in iudicio conuictam, & sic extra actum adulterij eam interficere, quantumcunque sciat eam adulterā, neque secundum leges ciuiles, neque secundū legem conscientiæ licet. Sed lex ciuilis quasi licitum putat, quòd in ipso actu eam interficiat, non quasi præcipiēs, vel prohibens, sed quasi pœnā homicidii ei non infligēs propter maximū incitamentū, quod habet uir in tali facto ad occasionem uxoris. Sed Ecclesia in hoc non est astricta legibus humanis, ut iudicet eū sine reatu pœnæ æternæ, uel pœnę Ecclesiasticę iudicio infligendę ex hoc quòd est sine reatu pœnæ infligendæ per iudicium seculare: & ideo in nullo casu licet uiro occidere uxorem propria authoritate.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ pœnam illam infligendam nō commisit personis priuatis, sed personis publicis, quæ habent officium ad hoc deputatum. Vir autem non est iudex uxoris, & ideo non potest eam interficere, sed coram iudice accusare.

AD SECVNDVM dicendū, quòd lex ciuilis non commisit uiro occisionem uxoris, quasi præcipiens, quia sic non peccaret, sicut non peccat minister iudicis latronem occidens condemnatum ad mortem, sed permisit pœnam non adhibens: vn de etiam difficultates quasdam oppositi, quibus retraherentur uiri ab uxoricidio.

AD TERTIVM dicendum, quòd ex hoc non ꝓbatur quòd sit licitum simpliciter, sed quantum ad immunitatem ad aliquā pœnam, quia etiam excommunicatio quædam pœna est.

AD QVARTVM dicendum, quòd duplex est congregatio, quædam œconomica, sicut familia aliqua, & quædam politica, sicut ciuitas, & regnum. Ille igitur, qui præest secundæ congregationi, ut Rex, potest infligere pœnam, & corrigētem per ſonam, & exterminantem ad purgationem communitatis, cuius curam gerit; sed ille, qui præest in prima congregatione, ut pater familias, non potest infligere nisi pœnam corrigentem, quæ se non extendit ultra terminos emendationis, quam trascendit pœna mortis: & ideo uir, qui sic præest uxori, non potest ipsam interficere, sed alias castigare.

ARTICVLVS II.

Vtrum vxoricidium impediat matrimonium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vxoricidium nō impediat matrimonium. Direct enim opponit adulterium matrimonio quàm homicidium: sed adulteriū non impedit matrimoniū, ergo nec uxoricidium.

2 Præterea, Grauius est peccatum occidere matrē, quàm vxorem, quia nunquam licet uerberare matrem, licet autem uerberare uxorem: sed occisio matris non impedit matrimonium, ergo nec uxoris occisio.

3 Præterea, Magis peccat, qui vxorem alterius propter adulterium interficit, quàm uxorem propriam, inquantum minus habet de motiuo, & minus ad eum spectat eius correctio: sed qui alienam uxorem occidit non impeditur à matrimonio, ergo nec ille, qui propriam uxorem interficit.

4 Præterea, Remota causa, remouetur effectus: sed peccatum homicidij potest per pœnitentiam remoueri, ergo & impedimentum matrimonij, quòd ex eo causatur. & ita uidetur quòd post peractam pœnitentiā non prohibeatur matrimonium contrahere.

SED CONTRA est quod Ca non dicit: Interfectores suarū coniugum, ad pœnitentiam redigēdi sunt, quibus penitus denegatur coniugium.

Præterea, In eo, in quo quis peccat, debet puniri: sed peccat contra matrimonium, qui vxorem occidit, ergo debet puniri, ut matrimonio priuetur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd uxoricidium ex statuto Ecclesiæ matrimonium impedit, sed quandoq; impedit contrahendum, & non dirimit contractum: quando scilicet propter adulterium uir occidit uxorem, aut ēt propter odium: tamen si timetur de incontinentia ipsius, potest cum eo dispensari per Ecclesiam, ut licite matrimonium contrahat quando que etiam dirimit contractum, ut quādo aliquis interficit uxorem suam, ut ducat eam cum qua mœchatur, tunc enim efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendum cum illa, ita quod si de facto cum ea contraxerit matrimonium, dirimitur. Sed per hoc non efficit simpliciter persona illegitima respectu aliarū mulierum. Vnde si cum alia contraxerit, quam uis peccet, contra statutum Ecclesię faciens, tamen matrimonium contractum non dirimitur propter hoc.

2^m de conclusione. Commissi, & non: sed permisit, §. ut in textu. Tunc nihil contra. Nam ex eo, ꝙ alicui permittitur aliquid fieri, non sequitur necessitas; quòd facere illud, sit bonum. Permittitur enim à Deo peccata; quæ tamen homines facere, non est bonum.

¶NOT. Difficultates appositæ à lege ciuili ad hoc ut quis ea ueat ab occisione uxoris, de quib. in textu, videndæ sunt in lege ciuili. C. ad leg. Iul. de adult. l. Græcus, & ff. de adulte. marito.

3^m de conclusione. Quòd etiam liceat, & quatum ad aliquam immunitatem pœnę, non autem simpliciter. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu.

¶*Corollarium. Ergo ex hoc, ꝙ quis peccatiens eleemosynam cum propria vxore inuentum non est excommunicatus, non sequitur, quòd nō peccet: si alias peccatio sit notabilis.

4^m de maiori Corrigere. Et correctione emēdationis non, correctione exterminationis. § Nā duplex est congregatio quædam œconomica, sicut familia aliqua, quædam &c. ut in textu. Tunc nihil &c. ut patet.

APPENDIX.

Vsil. p. Sacr. &c.

EX ardenio habes. ¶Primòquo modo per rationem offendas, merito instruatur à Nicolao Papa, secundum leges ecclesiasticas nō licet viro vxorem adulteram occidere: & sic. Si cuius vxor adulterium perpetraverit, utrum liceat marito illum secundum mūdanā legem eam interficere. Sed sancta Dei ecclesia mundanis nunquā constringitur legibus, gladiū habet spirituale, quo non occidit, sed uiuificat Haec Iller 33. q. 2. Later haec item in

A

rare uxorem: sed occisio matris non impedit matrimonium, ergo nec uxoris occisio.

3 Præterea, Magis h peccat, qui vxorem alterius propter adulterium interficit, quàm uxorem p priam, inquantum minus habet de motiuo, & minus ad eum spectat eius correctio: sed qui alienam uxorem occidit non impeditur à matrimonio, ergo nec ille, qui propriam uxorem interficit.

4 Præterea, Remota causa, remouetur effectus: sed peccatum homicidij potest per pœnitentiam remoueri, ergo & impedimentum matrimonij, quòd ex eo causatur. & ita uidetur quòd post peractam pœnitentiā non prohibeatur matrimonium contrahere.

SED CONTRA est quod Ca non † dicit: Interfectores suarū coniugum, ad pœnitentiam redigēdi sunt, quibus penitus denegatur coniugium.

Præterea, In eo, in quo quis peccat, debet puniri: sed peccat contra matrimonium, qui vxorem occidit, ergo debet puniri, ut matrimonio priuetur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd uxoricidium ex statuto Ecclesiæ matrimonium impedit, sed quandoq; impedit contrahendum, & non dirimit contractum: quando scilicet propter adulterium uir occidit uxorem, aut ēt propter odium: tamen si timetur de incontinentia ipsius, potest cum eo dispensari per Ecclesiam, ut licite matrimonium contrahat quando que etiam dirimit contractum, ut quādo aliquis interficit uxorem suam, ut ducat eam cum qua mœchatur, tunc enim efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendum cum illa, ita quod si de facto cum ea contraxerit matrimonium, dirimitur. Sed per hoc non efficit simpliciter persona illegitima respectu aliarū mulierum. Vnde si cum alia contraxerit, quam uis peccet, contra statutum Ecclesię faciens, tamen matrimonium contractum non dirimitur propter hoc.

signauit & illud peccatum, & aliud de accusatione uxoris adulteræ à Stephano Papa ibid. Admonere &c. Nec illa uxor tua ulla debuit cōdēnari, necā te post ei mortē accusari. Prius ēn causa criminis subtiliter inuestiganda: & si ita fuisset inuenta, secundū legis tramitem debuit accipere ultionis uindictam. Nam si uerum (quod adfuit) fuisset, sicut ille adulter meritus est post sepiē annos pœnitentia peracta dimittere eā per appositam causam potest, si uoluisset, occidere ita ēt, nullatenus debuisti. Hæc ibi. Iste 2. 23. q. 1. Si non licet &c. His exceptis, quos uel lex iusta generaliter, uel ipse solus iustitiæ Deus specialiter, iubet occidi: q̄s quis hostem, uel seipsum, uel quemlibet, occidendo, homicidij crimine innocuitur. Hæc ibi.

In decr. can. inter fectores.

¶Secundo habes: quō per rationem & diuum Thomam prę dicta patrū, pro quan to circa occisionem pœnitentiam sic uel sic ſtantis & intelligas, & cuetis.

* Ibid. ea. 32. & 4. Sent. dist. 37. §. B.

¶Tertiò uides quō ex ijs ultimis Thomistica doctrina hęc, & declaratur, & consolidetur.

conel. m

* Decret. 33. q. 2. c. Interfectores.

QVÆST. LX. ART. II.

CONCL. 1^a. Vxoricidiū ex statuto ecclesiæ impedit quādoq; matrimonium contrahendum, & nō dirimit contractum. 251

¶Examen. Ly quandoque. Vt declaratur in textu. conel. p

¶PROB. Quia præsupponitur clara ex iuribus.

¶CONCL. 2^a. Vxoricidium quandoq; etiam dirimit contractum.

¶Examen. Ly quādoq;. Hoc declaratur in textu. ecclesiasticis secundum pare.

¶PROB. Quia tunc ille efficitur illegitima persona ad contrahendum cum illa.

¶ CONCL. 3^a. Vxoricidium factum est intentionē à uiro, ut ducat eam, cum qua mœchatur, non dirimit matrimonium

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum aliis mulieribus contractum: licet impediat contrahendū. ¶PROB. 1. Quia ex illo vxoricidio non fit persona illegitima respectu aliarum mulierum. 2. Quia (ly licet impediat &c.) non trahere etiam cum aliis est contra statutum ecclesiæ.

1m minor. Adulterium non impedit matrimonium.

R. negatur ista. §. Si cō iungatur scilicet homicidio: ut patet in textu.

¶NOT. Quoniam de adulterio, & homicidio, loquitur respōsum hoc, ideo notādi sunt duo casus. Primus est de puro homicidio: qñ videlicet vnus coniugum procurat alterum occidi. Tunc enim inter coniugem remanentem, & aliam tertiam personam, qua mediante occidit alterum, non potest esse matrimonium in perpetuum, ut patet per Celestinū iij. Papam dicentem. Interrogasti de Saracenis, qui dum in captiuitate effecti quasdam Christianas viros earum insidijs & machinationibus occiderunt: verū quia postea per ipsas ad fidem Christianam cōuersi sunt eas de iure possint accipere in vxores, vel si duxerit coniugium teneat eorunde. Hic Tr. bonen sis Concilij regula cōtenti sumus asserentes: q, si in mortem ipsius maliosē fuerint machinatæ, licet earum studio ad fidē accesserint, nec eis adhærere debent, nec fas tenetur, si adhæserint, tolerandi: cūm tale damnū tali lucro ecclesia compensare non velit. Hæc ille de conuersis infidel. laudabiliter. Secundus casus in tali materia est de homicidio mixto adulterio: qñ videlicet alter coniugum adulteratur, & ipse, vel alium interficit alterum coniugum. Nam inter coniuges superstitem, & personam illam adulteram, non potest esse coniugium in perpetuum: vt patet per Alexandrum iij. dicentem. An liceat alicui eum ea cōtrahere matrimonium; quam, vxore sua viuente, sibi de facto matrimonio copulauit. Taliter respondemus, q, si adultera est in mortem vxoris aliquid machinata (sine fidem dedit, sive non) ea defuncta, hanc esse ducturus) secundum canones ab eius consortio prohibetur: & hæc prohibitio perpetuo est seruanda. Hæc ille de eo qui dux in matrim. quam poll. per adul. Super hoc. Ex quo videtur idem iudicū de adultero, si machinatus fuerit in mortem vxoris.

Item maior. Directius opponitur adulterium matrimonio, quam homicidium, & negatur ista §. si nō dicitur: per ly directius, intelligatur magis: & per ly homicidium, intelligatur vxoricidium.

¶NOT. Quoniam textus adulterium contrarians matrimonio in ratione contrahendi, vel etiam contracti, infinuat: ideo notandus est vigilanter sequens casus de adulterio mixto contractui matrimoniali de præsenti vel promissioni iurata: q, cum alter morietur coniunx accipiet ipsum vel ipsam in coniugem: siue promissio talis antecedat, siue sequatur, adulterium. Inter istos. n. adulterium cum tali promissione, non pōt esse coniugium in perpetuum: vt patet per Gregorij iij. dicentē. Si quis vxore viuente, fide data promisit alia se ducturum, vel eā ipsa de facto contrasuit nec aut nec potest, legitimus eius vxore superstite, cognouit eandem; non est matrimonij, quod cum ea contraxit post vxoris obitum, dimittendum. Casuum tolejan non desistas prius vel postea, dū viuunt ux or ipsius, illa ad alterum gollinitur.

Hæc ille de eo qui dux in matrimon. quam poll. per adul.

2m illatio cōclusionis. Ergo &c. R. negatur illatio. § Nam vxoricidiū statutum est ab ecclesia ideo magis impedire matrimonium, quam matricidium quia promior est quis ad vxoricidium, quā ad matricidium.

AD QVARTVM dicendum, q, non est necessarium, quòd dicta culpa, deleatur omnis pœna, sicut de irregularitate patet. Non enim pœnitentia restituit in pristinam dignitatem, quam uis possit restituere in pristinū statum gratiæ, ut dictum' est.

¶Corellarium. Non ergo rōne grauitatis peccati (ut opinabat arguēs.) sed rōne pœnitatis maioris impedimēti hmōi factū est quemadmodū & in aliis criminibus quotidie fit a cōfessarijs qui sēm rectum iudicium maioré pœnitentiā iniungunt ejusque consentientibus promi nori delicto, quam p maiori ex eoq; magis pronū ad min' mortale videt peccatoré, quàm ad maius q. 8. art. 7. corp.

¶Ergo argumentū peccabat in fallacia secundum nō causam, ut causam.

3m de maiori. Magis peccat &c. non ut contra matrimoniū. §. Tunc nihil &c. Nam in matrimonio non sic punitur ille, qui contra matrimonium nō peccat iuxta illud (ab opposito) q, quæ quis peccat, par hæc & torquetur.

4m maior. Remota causa removetur effectus. & proprium non autem omnis §. Tunc nihil &c. Non enim est necessarium, q, delicta culpa deleatur &c. ut in textu.

QVAESTIO LXI.

De impedimento matrimonij quod est votum solenne, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impedimentis, quæ superueniunt matrimonio. Et primo, de impedimento quod prouenit matrimonio, scilicet de voto solenni. Secūdo, de impedimento quod prouenit matrimonio consummato, scilicet de fornicatione.

CIRCA primum quæruntur tria.

¶Primo, Vtrum alter cōiugum, altero inuito post carnalem copulam possit religionem intrare.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶Primò quomodo per rationem ostendi, meritò insinuatum ab Innocentio iij. q, vxoricidium impedit matrimonium: & sic. Veniens ad præsentiam &c. G. lai eus quandam sibi. M. mulierem infelam q, aliam haberet vxorē sibi solemniter copulauit &c. Vxore defuncta, utpotè à lege ipsius soluta, in eandem M. de nouo potuit matrimonialiter cōsentire, dummodo non præstiterit fidē adulterij, vel machinatus fuerit in mortem vxoris. Hæc ille de eo, qui dux in matri. quam poll. per adul. Item à Concil. Triburiensi. 32. q. 1. Si quis viuente &c. Nisi forte idem vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat occidisse noterit; quod si probatum fuerit, sine vlla spe coniugij manant perpetuo eum pœnitentia. Hæc ibi. Item à Concil. Ebertuno ibid. Si qua mulier in mortem mariti sui &c. Ipla autē insidiatrix pœnitentiæ subiecta, absq; spe coniugij, maneat. Hæc ibi. Quod aūt dicit de muliere respectu viri quo ad occisionem, intelligendū est & de viro respectu vxoris vt allatū est nunc supra ex Conc. Triburiensi. Item à Nicolao Papa. Interfectores suarum coniugū quid aliud habendi sunt q, homicidæ? Ac per hoc ad pœnitentiam redigendi, quibus penitus coniugiū denegari. Hæc ille. 33. q. 2. Ité à &c. ut sup. nu. post ad 1m.

¶Secundo habes quomodo per rationem & Diuum Thomā præmissa patrum, pro quanto de vxoricidio priuante spe coniugij maritum infinuant, & intelligas, & defendas.

¶Tertiò vides: quomodo ex ijs verbis Angelica doctrina hæc & declaretur, & confolidetur.

QVAEST. LXI. ART. I.

CONCL. Nullus coniugū pōt sine cōsensu alterius post carnalem copulā Deo offerre corpus proprium p cōtinentiæ votum.

¶Examen. Ly cōtinentiæ votum. Sc. licet ita, ut prius ei debitū reddat debiti. Alioquin q̄rum est ex parte voucūtis, sine prudicio tū alterius, pōt emittere votum continentiæ: quoniam non promittit in casu illo nisi illud, quod ipsemet præstare potest.

¶PROB. Quia nullus potest facere oblationē Deo de alieno, sine consensu eius.

¶NOT. Offerre Deo alienū sine eius consensu, est species furti, seu rapinæ tantū abest, ut placeat Deo huiusmodi oblatio. Et sūm rōne notitiæ, q, Deo omnia tur placitanō votum huiusmodi, quatenus peccatū dicit, nō esset votū, neq; obligaret. Non n. votum est vinculum iniquitatis. Et ideo Cælestinus 3. ut hī de consens. coniugat. cap. Carissimus, inquit. Si inuenerit is uxoré regis Suetiæ graui infirmitate depressam, continentiam uouisse, & virum eius ad tēpus præbuisse consensum, maximā si non idem uir continentiā uouit perpetuā, eandem uiro cohabitare faciat: & utrumque inuicē maritali affectione tractare. Hæc ille. Quæ intelligas iuxta præmissa. Eq. quando est ex ipso nouenie sui, teneatur seruare qd promisit aliis non.

1m di maiori. Magis. R. secundū q, materia patitur. §. Tunc nihil &c. Nam materia nō patitur in proposito, q, lex diuina seu canonica soluat matrimonium: qm̄ considerat ipsū, sic tantum ut est in officiū naturæ (secūdum q, lex humana facit) sed etiā ut est sacramentum.

¶NOT. Doctrina responsi huius confirmatur à Papa Gregorio sic. Sunt qui dicūt religionis gra coniugia debere dissolui. Verū sciendū est, etsi hoc lex humana cōcesserit, lex tñ diuina prohibuit. Scimus, quia scriptū est, erūt duo in carne una. Si ergo vir & uxor una caro sunt & unū corpus, & religionis causa dimittit vir uxorē, vel mulier virum, in hoc mundo remanentem vel etiā forsan ad licita vota migrantem, non est illa rēsurrectio in qua una & eadem caro ex 2 parte transit ad continentiam, & ex parte remanentis pollutione? Hæc ille. 27. q. 2.

2m maior. Minus bonum nō impedit maius bonum. R. nisi habeat cōtrarietatem ad ipsum. §. Tūc nihil cōtra. Nā status matrimonij hēt cōtrarietatē ad statū religionis; inquantū religio cōmendat nouos, matrimoniū uero nō.

NOT. Bonū, vt sic, non impedit bonū: & ideo ad hoc, q, impediat requiritur (inquit textus) ut habeat cōtrarietatem ad ipsum, vel est ut circa materiā concernentem contrarium uersetur. Bonum. n. quodlibet secundum rectam rationem rē & consequenter deo nō est iudicādū, sicut & de malo: qm̄ malū, ut malū, ex cōtrariā modo, cū sit extra medium rēnis. Nā mariumodis cōiungi nō attingere mediātē in uno modo tñ ipsum attingere cōtingat. Cōcludendū igitur, q, malū, ut malū, pōt contrariari mali, vt sic: bonum uero, ut bonum, non item, sed ut dictum est.

¶Secundo, Vtrum ante carnalem copulam possit intrare.

¶Tertio, Vtrum altero intrante, alter possit alteri nubere.

AD TICVLVS 1.

Vtrum alter coniugum altero inuito post carnalem copulam possit religionem intrare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd alter coniugum, etiam post carnalem copulam possit altero inuito ad religionem transire. Quia lex diuina, magis debet spūalibus fauere q̄ lex humana sed lex humana hoc permisit, ergo multo fortius lex diuina permittere debuit.

¶2 Præterea, Minus bonū nō impedit maius bonum, sed matrimonij status est minus bonū, quàm status religionis, vt patet. 1. Corin. 7. ergo per matrimonium nō debet homo impediri, quin possit ad religionē transire.

¶3 Præterea, In qualibet religione fit quoddā spirituale matrimonium: sed licet de leui religione ad arctiorē transire, h, ergo licet de matrimonio leuiori, scilicet carnali, ad arctius, scilicet matrimoniū religionis transire, etiam inuita uxore.

SED CONTRA, est quòd dicitur 1. Cor. 7. ut nec etiam ad tempus uacent orationi coniuges, sine mutuo consensu à matrimonio abstinentes.

3m illatio cōclusionis. Ergo &c. R. negatur illatio. §. Nos enim est simile quod offertur ut simile. Nam in qualibet religione contrahitur matrimonium &c. ut in textu.

APPENDIX.

¶Præterea, Nullus potest facere licite quod est in præiudicium alterius sine eius uoluntate: sed uotū religionis emissum ab uno coniugum est in præiudicium alterius, quia unus habet potestatem corporis alterius, ergo unus sine consensu alterius non potest uotum religionis emittere.

RESPONDEO. Dicendum, quòd nullus potest facere* oblationem Deo de alieno: unde cum per matrimonium iam consummatum sit corpus uiri factum uxoris, non potest sine consensu eius Deo ipsum offerre per continentiæ uotum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lex humana considerat matrimonium solum, inquantum est in officium naturæ, sed lex diuina secundum quòd est sacramentum, ex quo habet omnimodam indiuisibilitatem, & ideo non est simile.

AD SECVNDVM dicendū, q, non est inconueniens maius bonum impediri per minus bonum, quod habet cōtrarietatem ad ipsum; sicut etiam per malū bonum impeditur.

AD TERTIVM dicendum, quòd in qualibet religione contrahitur matrimonium ad unam personam, scilicet ad Christum, cui † ad plura obligatur aliquis in una religione, quam in alia; sed matrimonium carnale & religionis non fiunt ad unam personam; & ideo non est simile.

Ergo &c. R. negatur illatio. §. Nos enim est simile quod offertur ut simile. Nam in qualibet religione contrahitur matrimonium &c. ut in textu.

APPENDIX.

EX articulo habes primò: quòd vigilanter p rationem ostendas, meritò insinuatum ab Alexandro 3. q, non licet uni coniugum, altero inuito, religionem profiteri & sic. Quòd intratit monasterium inuita uxore: qua ipsum repetente, coactus est ad eam redire. Et mortua, quæritur: an ipse cogatur reuerti ad monasterium, an aliā possit docere in uxore. Respondemus, q, non tenetur. Vnde, ratione uoti, ad monasterium non tenetur redire. Vlterius uerò non potest uxorem accipere. Promisit enim se non exigere debitū, quod ei⁹ potestate erat & ideo quò ad hoc uotum tenuit. Non reddere autem non erat in eius, sed mulieris, potestate. Hæc ille: de conuersis coniugat. Et q, non fine causa appositū fuerit in conclusione ly sine consensu eius, confirmatur insuper & declaratur ab eod. Alexandro dum inquit ibid. Præterea &c. Vxoratus de licentia & permissione uxoris monasterium ingressus professionem fecit, uxore in seculi habitu remanente, nec perpetuam continentiam uouente. Dicimus, quòd nisi uxor ad religionem transierit, aut perpetuò castitatem seruare promiserit, uir potest, & debet de monasterio reuocari. Hæc ibi. Ex quo patet quòd licentia uxoris sufficit, uel non sufficiat, ad hoc ut uir possit intrare monasterium. Notanter etsi uxor ipsi de illa quæ non est senex, & debilis, & sine suspicione, loquitur, ut patet per eundem ibid. cap. Cùm sit præterea. Sufficere enim infinuat debilis uxor senex remanēs in seculo promittat castitatē. Idē ab Innocen. 3. ibid. Ad Apostolicæ &c. Cū uir & uxor una caro sint per copulam coniugalem effecti, nec una pars conuerti possit ad deum, & altera in seculo remanere: profecto non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem: nisi reliqua pars penitus continentiæ repromiserit, sed & nisi debet mutare, nisi forte sit ætatis sic infirmitatis &c. Cū uir & uxor una caro sint per copulam coniugalem effecti, nec una pars conuerti possit ad deum, & altera in seculo remanere: profecto non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem: nisi reliqua pars penitus continentiæ repromiserit, sed & nisi debet mutare, nisi forte sit ætatis sic infirmitatis &c. Ex quibus quidē & aliud, à fortiori, patet, q, ipsi cōiuges ex mutuo consensu possunt cōtinentiā nouere remanēdo in seculo. Videat ne hi sibi ipsis iuxta præcedentiam Christianā: nē timeantur à Sathana. 1. Cor. 7. idest, ne tentationi contrariæ succumbant.

¶Secundo habes quomodo per rationem prædicta patrū, pro quanto coniugem alterum, posse, vel non posse religionem intrare altero inuito statuunt, & intelligas, & tueatis.

¶Tertiò videas quomodo ex ijs verbis Angelica doctrina hæc & declaretur, & consolidetur.

QVAEST.

* Al. obligationē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO. LXI.
ART. II.

CONCL. Sicut post carnalem copulam matrimonium soluitur per mortem carnalem; ita per ingressum religionis ante carnalem copulã soluitur.

¶*Corol.* Ergo relinquit dicendum literaliter ad tituli affirmationẽ, q̃ potest alterò manente, unus ad religionem transire. Et licet ab oppositis corporis articuli primi sufficeret ratio dicens, quia secundum sunt vna caro effecti: tamen nouam rationem adducit, quæ est sequens.

¶PROB. Quia religio est quædã mors spiritualis (ut patet in textu) matrimonium autẽ sic carnale, est quidã spirituale: & sic mors utraque ad vinculũ sibi proportionatum singillatim correspondet (patet ex terminis.

1m d̃ maiori.

Indissolubilitas matrimonij. & consummatio per carnalem copulam: nõ autem, ante ipsam consummationẽ. §. Vide nihil &c. Nam matrimonium ante carnalem copulam significat illam, &c. ut in textu.

¶*Corollarium.* Ergo Christus nunquam dimittet humanitatem nostram, quam personaliter sibi vniuit quibuscunque in contrarium facientibus, non obstãtibus. Ergo hoc idẽ de continuante amore per gratiam ad Christũ dicendum non est: et nouum illi hæresi dicunt quantumcunque impiè viuat homo, nunquam tamen amittit gratiam Christi absolutè loquendo, uel nisi fidem perdiderit. Ad quarũ hæresum damnationẽ, vide supra q. 14. ar. 3. & 1. par. q. 23. art. 1. & q. 82. ar. 4. Vide specialiter contra huiusmodi hæreses cap. 15. Concilij Tridentini sess. 6.

¶NOT. Doctrina hæc respõsiuè textualis confirmatur ab Innocen. 1. de bigamo non ordinand. debitum &c. Cùm duo sint in coniugio, uidelicet consensus animorum & cõmixtio corporum, quorum alterum significat charitatem, quæ cõsistit in spiritu inter Deum & iustam animam, ad quod pertinet illud, q̃ dicit Apostolus, qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo; reliquum uero designat conformitatem, quæ cõsistit in carne inter Christum & ecclesiam, ad quod pertinet illud, Verbum caro factum est & habitauit in nobis, profectò coniugium, quod non est commixtione corporum consummatum non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum & Ecclesiã per incarnationis mysterium est contractum iuxta, quòd Paulus exponens Hoc magnum &c. subiungit, sacramentum hoc dico magnum in Christo & in ecclesia. Hæc ibi.

ARTICVLVS II.

Vtrum alter coniugum possit alterò inuito ante carnalem copulam religionem intrare.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur q̃ nec etiam ante carnalem copulã. Indissibilẽ enim [h] matrimonij sacramentũ, inquantum scilicet significat perpetuã coniunctionẽ Christi ad Ecclesiam: sed ante carnalẽ copulam post cõsensum per verba de præsenti expressum est verum matrimonij sacramentum, ergo non potest fieri diuisio per hoc quòd alter ad religionem intrat.

2 Præterea, In ipso consensu per verba de præsenti expressorum vnus coniugum in alterum potestatẽ sui corporis [i] transfert: ergo statim debet exigere debitum, & alter tenetur reddere, & ita non potest vnus, inuito altero, ad religionem transire.

3 Præterea, Matt. 19. Quos deus [k] coniunxit homo non separet: sed coniunctio, quæ est ante carnalem copulam diuinitus facta est, ergo non potest separari humana voluntate.

SED CONTRA est, quòd secundũ Hier. Dominus vocauit Ioannem de nuptijs.

REsp. Dicendum, *quòd ante carnalem copulam est inter coniuges tantum vinculum spirituale, sed post ea etiam est inter eos vinculũ carnale; & ideo sicut post carnalem copulã matrimonium solutur per mortem carnalem, ita per ingressum religionis ante carnalem copulam soluitur, quia religio est quædam mors spiritualis, qua aliquis secundũ hoc moriens viuit Deo.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium ante carnalem copulam significat illã coniunctionem, quæ est ad animam, quæ quidem soluitur per contrarium, scilicet per peccatum, sed per carnalem copulam significat coniunctionem ad Ecclesiam, quantum ad assumptionem humanæ naturæ in vnitate personæ, quæ omnino est indiuisibilis.

AD SECVNDVM dicendũ, quòd ante carnalem copulam, non est omnino translatũ corpus vnius sub potestate alterius; sed sub conditione, nisi interea alter ad frugem melioris vitæ conuolet; sed per carnalem copulam completur dicta translatio, quia tũc intrat vterq; in corporalem possessionem sibi traditæ potestatis. Vnde etiam ante carnalem copulam non statim tenetur reddere debitum post matrimoniũ contractum per verba de præsenti; sed datur ei tempus duorum mensium propter tria. Primo, vt interim possit deliberare de transeundo ad religionem, Secundo, vt præparentur, quæ sunt necessaria ad solennitatem nuptiarum. Tertio, ne vilem habeat maritus datã, quam non suspirauit dilatam.

AD TERTIVM dicendum, quòd coniunctio matrimonialis ante carnalem copulam est quidem perfecta quantũ ad esse primum, sed non consummata quantum ad actum, † secundum quod est operatio, & similatur professioni corporali; & ideo non omnimodam indissibilitatem habet.

3m ex Matthæ. 19. Conũ xii. 8. Quæst 4ª art. 4. coª

coniunctione professa quãtum ad actũ secundum: non tantum, quantũ ad primum. §. Tunc nihil &c. Nam licet eorũdẽ actio, quæ est ante carnalem copulã fiat à Deo, tamen illo cõiunctionis vinculo, quo post carnalem copulam.

¶*Corollarium.* Est ergo à Deo vtraque coniunctio: sed tamen vna maior quam altera. Quemadmodum & homo à Deo est, & formica: tamen ob hoc non tollitur, quin formica sit q̃dminus, quàm homo, licet autem perfecta sit formica in genere suo non tamen adeò perfecta est, sicut homo. Non valet igitur cõsequentia hæc opus illud, uel illud, est factum a Deo, & utrunque est perfectum: ergo unum non est perfectius, seu maius, altero. Applica ad propositum.

¶NOT. Pro ista doctrina textuali aduertas, q̃ dñs Matth. 19 antequã diceret, quod Deus cõiunxit, homo non separet, prius dixerat ly erunt duo in carne una: itaque iam non sunt duo, sed una caro. Ex contextu igitur Matth. habetur apertissimè, quòd auctho-

ritas illa in argumento allata, loquitur in plano sensu de coniũctis non ita per copulam coniugalem, sed etiam per carnalẽ, & consequenter q̃ accipitur ly coniunxit, secundum euangelium, pro coniunctione vtraque simul & tanto magis hoc verum manifestè apparet, quanto per coniunctionem illarum inducitur sic dicendo: iam nõ sunt duo, sed una caro, q̃d ergo Deus coniunxit, homo non separet. Vide igitur q̃ aptè ad literam ex euangelio confirmatur responsum præsens Diui Thomæ. Ex quo etiam patet, q̃ intelligitur de matrimonio consummato similis sententia ibidem subsequens, scilicet q̃ non licet nisi ob fornicationẽ dimittere vxorem suã. Nam (ut dictum est) prius fecerat dominus mentionem, q̃ iam non erant duo: sed una caro. Id q̃d ex annotatur q̃ Alexandrum 3. de conuersion. coniug. ex publico: &c. Sanè q̃d dominus in euangelio dicit non licere vxorem nisi ob cam fornicationis vxoris sub dimittere, intelligendum est secundũ interpretationem sacri eloquij de his, quorum matrimonium carnali copula est consummatũ, de Regn. Hæc ibi. Ex cuius Põtifice dicto apertissimè confirmatur doctoris sancti litera præsens.

[h] In Decr. lib. 3. tit. 32. & est la de Regularibus & transeunt. ad religionẽ, cap. Ad Apost. & est c. 16.

[i] Vtil. pro 8. Eccles &c.

APPENDIX.

EX articulo hactenus primò: quòd per rationem, quæ in in radice, interimas hæretim Io. Vuiclef. (Prat. Io. Vuiclef) dicentis: q̃ nemo monachus saltem pòtin religione privatus, nisi apostataverit. Item blasphemiam Ioan. de Rocteſana (Prat. Io. de Rocteſana) dicentis monachos esse nouos Iaimones. Ex eo enim, q̃ per rationẽ D. Tho. ostendit, q̃ per uxoratas ante carnalem copulam potest transire ad religionẽ tanquam ad meliorem frugem, radicitus euellitur hæresis, aq; blasphemiæ prædictæ. Hoc idem & fecisse contra errores prædictos dicendi sunt Pontifices & concilia per hoc q̃ nansitum huiusmodi approbarunt.

¶Secũdò habes quòd per rationẽ offendas; meritò errores illos damnari à Concil. Constant. cui sess. 8. ubi damnat cõs hæreses Io. Vuiclef. 45. inter quas & præmissa cõtinẽtur. Huius damnationẽ factã à Cõcil. vide supra q. 10. ar. 3. sub pen. & cõtra Io. Huss. ipsũ Vuiclef consentiebat in hoc dicens; talem damnationẽ esse iniquam & irrationabilem: ideo & damnationẽ Huss. ab eodem factam sess. 15. vide supra q. 19. ar. 5. a pœn. Ex his quoq; damnatus est in phersi ut patet error Io. de Rocteſana; quòd dum consilium ipsum sanxit, monachorum seu religionum esse statum saltuus, procul dubio per hoc negauit, religiosos esse nouos damones. Item ab Alexandro 3. de conuers. coniug. Verum potest consensum legi in dicta decretali horum est alteri, alteros etiam repugnante eligere monasterium (sicut sancti quidam de nuptijs nocati fuerunt) dummodo carnalis commixtio non intercesserit inter eos: quia, cum non fuissent una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, & alter in seculo remanere. Hæc ibi. Pro ly sicut sancti quidam &c. nota dictum B. Hieronymi recitatum. 17. q. 1. quia Augustino, & Macharium (inquit) reperimus-

ARTICVLVS III.

Vtrum mulier possit nubere alteri viro ante carnalem copulam, viro suo religionem ingresso.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ mulier nõ possit nubere alteri viro, ante carnalem copulam viro suo religionem ingresso. Quia illud quod cum matrimonio stare potest, non soluit matrimoniale vinculum: sed adhuc manet vinculum matrimoniale inter eos, qui pari voto religionem intrant, [h] ergo ex hoc quòd vnus intrat religionem, alter non absoluitur à vinculo matrimoniali, sed quamdiu manet vinculum matrimoniale ad unum, non potest nubere alteri, ergo &c.

¶2 Præterea, Vir post ingressum religionis* potest ante professionem redire ad seculum: si ergo mulier posset alteri nubere viro [h] intrante religionem, & ipse posset alteram ducere, redieus ad seculum quod uidetur absurdum.

¶3 Præterea, Per Decretalẽ nouam, professio ante annũ emissa, pro nulla reputatur, ergo si posi talem professionem ad uxorem redeat, tenetur eum recipere, [h] ergo neque per introitum uiri in religionem, neque per uotum darur mulieri potestas alteri nubendi.

SED CONTRA, Nullus potest alterum obligare ad ea, quę sunt perfectionis, sed continentia est de his, quę ad perfectionem pertinent, ergo mulier nõ arctatur ad continentiam, ex hoc quòd uir religionem ingreditur, & sic potest nubere.

REsp. Dicendum, quòd sicut mors corporalis uiri hoc modo uinculum matrimoniale soluit, ut mulier nubat, cui vult secundum Apostoli sententiam, ita etiam [m] post mortem spiritualem uiri, per religionis ingressum, poterit cui uoluerit nubere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando vterque pari voto continentiam uouet, tunc neuter coniugali uinculo abrenuntiat, & ideo adhuc manet: sed quando vnus tantum uouet, tunc, quantum est in se, abrenuntiat uinculo coniugali, & ideo alter absoluitur a uinculo illo.

ad quã proportionata, disponitur. Competitissimum sanè est: q̃ solus habitus non facit monachum.

¶Ly ante carnalẽ copulam. Hoc dicitur ad differentiam articuli primi: ibi enim deserminatur: q̃ uxor ingresso uiro religionem, ad perpetuam continentiam tenetur, & consequenter, q̃ post carnalem copulam illius non potest nubere alteri.

¶Ly cui uoluerit. Scilicet nisi aliud obstet pura cõsanguinitas, uel affinitas, uel huiusmodi de quibus impedimentis, etiam dictũ est. Formaliter ergo loquitur cui sui mortis est) sanctus Doctor in his terminis ly cui uoluerit, ly per religionis ingressum.

¶PROB. Quia sicut matrimoniale uinculũ carnis solui[t] p̃ mortem corporalẽ: ita in matrimoniali uinculũ spirituale soluitur per mortem spiritualem.

¶NOT. Quantum differat matrimonium quòd ad vinculi dissolubilitatem ante, uel post, copulam carnalem uideas. 1. & 2m maioris ad primum & secundum.

1m illatio cõclusionis primę. Ergo ex hoc &c. negatur illatio. Nam enim est simile de uoto continentiæ ab utroque conlugum pariter emisso, & de uoto unius tantum. religionem intrantis: propter rationem allatam in textu.

¶*Corollarium.* Ergo ex ly abrenunciat &c. quod dicitur in textu patet, q̃ uiri suo potest quis renuntiare. Intelligetur quando illud ius positum est in sua potestate, non quando à superiori dependet. Sine non potest renunciare quis priuatus alteri donoo: puta priuilegio nario communitatis: neque potest renuntiare nuputa priuilegio nario communitatis: neque potest renuntiare nuptui, infecundo uidelicet ubi mortem [i] quia hæc à superiori

Cap. ex publico & ex parte ext. de cõuers. coniug.

[h] In præfatione sup euangeliũ Ioannis in uenies illã in glo. ordinaria Ruff. Ioannis præfatam. Cõtra errores quos dicam. Artic. 20.

[k] Quæst 4ª art. 4. coª

Ren uncia re suo iu ri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dependent, & non sunt sibi propriè data, ut de illis facere possit quodcunque velit.

2m de consequentia. Intrãte. & pfectèmõ, im perfectè §. Tunc nihil &c.

Nã iurans religionẽ perfectè, i. per professionẽ eius, non potest redire ad seculũ (ut arguens dicebat,) & consequenter absurdum illud ibi adductum non sequitur. Et hoc affirquod implicitè innuit textus dicens, non intelligitur mortuus seculo per religionis &c. Vide supra exam. 1.

3m cõsequentia secunda.

Ergo neque &c. & negatur consequentia. §. Non enim idẽ est iudicium de professione ante annum emissa & de eadem post completionem annj quorũ & de professione emissa ante annum est idem iudicium, quod de voto simplici, & de emissa post annũ idẽ est quod de voto solemni. Vnde per professionem illam anticiparam, licet nõ detur uxori potestas nubendi alteri, non sequitur, q; per professionem illam solemnẽ possitas ipsa non detur eidem.

¶NOT. Loquitur Sanctus Doctor (ut ibi in similibus) secundũ iura antiqua & ideo ly ante annũ, sumit p anno quinto decimo, & de professione sic emissa loquitur, stante ignorantia prædicta, in cuius manu ante tẽpus professitur. Nam S. Petrocius quatuordecimo anno ante annũ professionem fecisse in manu Abbatis ex cõsensu monachorum seniorum temporis legitimum professionis nondum esse cõpletum: in tali casu professio valuisset; quoniam utrique, i. & professus, & monachi, videntur q hoc renunciasse iuri illi de anno completo, quod in fauorem utriusque illorum inductum fuit. Quamuis n. multa fieri prohibeantur, tamen facta tenentur inquit Papa Innocentius 3. præmissum casum confirmans, de regular. & transeũn. ad religion. ad Apostolicam. Loquitur ergo textus D. Thomæ de professione anticipata in casu non renunciationis ab utrisquerori suo non autem tunc, quando non renunciant utrique ei. Cæterum. Vt multa, quæ subori ri possent incommoda, seu difficultates circa huiusmodi euadamus: sanxit Concil. Trid. sess. 25. cap. 15. de refor. regular. & certa tempus, & circa professionem, & circa eius obligationem; sic. In quacunque religione tãm utrorum quãm mulierum professio non fiat ante sextum decimum annum expletum; nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autẽ antea facta, sit nulla, nullamque obligationem inducat ad alicuius regulæ, uel religionis, uel ordinis obseruationem, aut ad aliquos quoscunque effectus.

* Tho. 4. dist. 15. q. unic. art. 1. & seq.

APPENDIX.

ARTICVLVS L.

Virum propter fornicationem liceat viro uxorem dimittere.

Ex articulo habes primò quo modo per rationem &c. ostendas, meritò infinuatum ab Alexandro 3. quòd uxor, uiro ingresso monasterium ante carnalem copulam, potest alteri nubere (quod quidẽ dicitur de uxore, intelligitur etiam de uiro, si uxor solaterius ad monasterium) & sic. Licitum est alteri eligere monasterium: & alteri remanenti, si commodius continentiam seruare nolue rit, licitũ est ad secunda uota transire. Hęc illic de conuers. coniug. uerum. Vbi loquitur de cõiugibus ante consummationem matrimonij: utlatius patet supra ar. 2. appen. Item ab Innocentio 3. ibid. Ex parte tua &c. Nos nolentes à prædecessorum nostrorũ statutis declinare, qui respondere consulti, antequam matrimonium fit per carnalẽ copulam cõsummatum, licere alteri cõiugum, reliquo inculpato, ad religionem transire, ita quòd reliquus ex tunc legitimè poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consulimus obseruandum. Hæc ibi. Idẽ à Concil. Trid. sessio. 24. can 6. Si quis dixerit matrimonium ratum, non consummatum, per solemnẽ religionis professionem alterius coniugum nõ dirimi, anathema sit. Hæc ibi. Soluto autem uinculo illo: quis non uideat, remanentem posse, quantum est ex hoc, licitè nubere?

¶Secundo habes: quomodo per ratonem præmissa ponificum, pro quanto remanentem in seculo posse nubere, altero coniugum monasterium ingresso, insinuant, & intelligat, & defendas.

¶Tertio vides: quomodo ex his ciuilibus Angelica doctrina hæc & declaretur, & confoliderur.

Ad secundum dicendum, q; non intelligitur mortuus seculo per religionis ingressum, quousque professionem emiserit, & ideo vsque ad tempus illud, tenetur eum uxor sua expectare.

Ad tertium Dicendum, q; de professione sic emissa ante tẽpus determinatũ à iure, est idem iudicium quod de uoto simplici. Vnde sicut post uotum simplex uiri, mulier ei debitum reddere non tenetur, tamen ipsa non habet potestatem alteri nubere: ita & hic.

QVAESTIO LXII.

De impedimento quod supereuenit matrimonio consummato, quod est fornicatio, in sex articulos diuisa.

Deinde cõsiderandum est de impedimẽto qd superuenit matrimonio consummato, scilicet de fornicatione, quæ impedit matrimoniũ præcedens, quo ad actum remanere vinculo matrimoniali.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primo, Vtrum liceat uiro dimittere uxorem causa fornicationis.

¶Secundo, Vtrum ad hoc teneatur.

¶Tertio, Vtrum proprio iudicio eam dimittere possit.

¶Quarto, Vtrum uir, & uxor quantũ ad hoc sint æqualis conditionis.

¶Quinto, Vtrum post diuortium debeant manere innupti.

¶Sexto, Vtrum post diuortiũ possint reconciliari.

ARTICVLVS I.

Circa hoc quæruntur sex.

Primo, Vtrum liceat uiro dimittere uxorem causa fornicationis.

Secundo, Vtrum ad hoc teneatur.

Tertio, Vtrum proprio iudicio eam dimittere possit.

Quarto, Vtrum uir, & uxor quantũ ad hoc sint æqualis conditionis.

Quinto, Vtrum post diuortium debeant manere innupti.

Sexto, Vtrum post diuortiũ possint reconciliari.

Videtur quòd propter fornicationem non liceat uiro uxorem dimittere. Non enim est malum pro malo reddendum, sed uir dimittendo uxorem propter fornicationem, uidetur malum pro malo reddere, ergo hoc non licet.

¶2 Præterea, Maius peccatum est, si uterque fornicetur, quàm si alter tantum, sed si uterque fornicetur, nõ poterit propter hoc fieri diuortiũ, ergo nec si unus tantum fornicatus fuerit.

¶3 Præterea, Fornicatio spiritualis, & quædam alia peccata sunt grauiora, quàm fornicatio carnalis, sed propter illa non potest fieri separatio à toro, ergo nec propter fornicationem carnalem.

¶4 Præterea, Vitium contra naturã magis remotum est à bonis matrimonij, quàm fornicatio, quæ modo naturæ fit, ergo magis debuit poni causa separationis, quam fornicatio.

Sed contra est quod dicitur Matth. 5.

Præterea, Illi, qui frangit fidem, non tenetur aliquis seruare fidem: sed coniunx fornicando fidem frangit, quam alteri coniugi debet, ergo alter põ alterum causa fornicationis dimittere.

Resp. Dicendum, q; Dominus dimittere uxorem cõcessit propter fornicationẽ in pœnam illius, qui fidem fregit, & in fauorem illius, qui fidem seruauit, ut non sit astrictus &c. ut in textu.)

¶*Corollarium.* Ergo dicere contrarium est nolle punire malos, & nolle fauere bonis: pro quanto dictum hoc importat.

¶CONCL. 2ª. Eximuntur septem casus, in quibus non licet uiro uxorem dimittere fornicantem.

¶PROB. Quia præsupponit patere ex iuribus, ut de primo habes in 32. q. 6. nihil iniquius. De secundo in de eo qui cognouit uxo. su. distinctione. De tertio 32. q. 2. cũ per bellicã. De quarto in 32. q. 2. in lectũ. De quinto 32. q. 1. dita ne. De sexto in 32. q. 1. si quis uxorem. De septimo in, de diuort. gaudemus.)

¶NOT. Circa primũ, & secundum ea sum notandũ, quod dixit dominus pharisæis uolentibus lapidare adulteram, q; uidelicet si essent sine peccato lapidarẽt. Inhiuanitatem enim per hoc, q; ut in consimili peccato, uel per actum proprium fornicatium, uel per cõsensum & fornicationem uxoris, non potest licitè ipsam lapidare. i. (in opposito) per quandã infamiã dimittere. Item circa 3. 4. & 5m. casum aduertendũ non est ordinatiè puniendus q; sine culpa. Cùm igitur in tribus prædictis casibus sit probabiliter uxor sine culpa, (ut patet, merito excipiuntur ab hoc, ut licitè dimitti possit, simile dicas circa septimum. Non. n. potest uir obijcere uxori culpam fornicationis, sub prætextu coniugij factæ cũ altero, ex quo prius dederat eidem libellum repudij, quamuis hunc ei dare fuerit illicitum secundum se. 2. q. 39. art. 3. ad 5m. Circa sextum uerò casum aduerte regulam illam; quod semel placuit, amplius displicere non potest, scilicet rationabiliter & eisdem terminis manentibus. Hinc. mirare dictũ uidebitur q; post reconciliationem uxoris factam à uiro, non potest ipse uir ratio nabiliter eam dimittere propter fornicationem præcedentem: nisi nouum emerserit huiusmodi delictum.

1m de maiori. Reddendum. Et. Iniuste uindictæ: non, amore iustitiæ. §. Tunc nihil &c. Nam uir dimittendo uxorem non reddit malum pro malo, quasi uindicando se de iniuria sibi facta ab uxore sed fam hoc amore iustitiæ, quæ est triplex, scilicet ad infamiam propriam cauẽdam, ne uideatur &c. ut in textu.

¶*Corollarium.* Ergo illa reddino mali pro malo, quando uidelicet uir dimittit uxorẽ fornicatã, est ibi materialiter intelligenda; respectu intentionis. Licet. n. realiter res mala, quæ est dimissio, reddatur pro mala, quæ est fornicatio: non ibi intenditur sitendo in malo, immo ipsum malũ recta intentione uestitur. Cõ igitur nõ à materia, sed à forma præcipuè denominetur. Cõ igitur nõ à materia, sed à forma præcipuè denominatio alicuius rei fieri dẽat; & in proposito materia. i. res sit quodammodo malũ, & forma. i. qd intenditur bonũ: relinquitur quòd q; dimittit malũ, & forma. i. qd intenditur bonũ: relinquitur quòd,

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædictis tractat ad inftar equorum, emiſſariorum, & à ſimili. F aliorum brutorum, item per Ezechiel. 23. Vnuſquiſque in uxorem proximi ſui operatus eſt abominationem. & ſocer nurum ſuam nullus nepharie, frater ſororem ſuam filiam patris ſui oppreſſit in te. ſego dominus diſpergam te in nationes, & uentilabo te in terris, & deficere faciam immunditiam tuam à te. Hæc ibi. Item per Apoſtolum 1. Cor. 7. Propter fornicationē uniuſquiſque uxorem ſuam habeat. Hæc ibi. Propter fornicationem, fcilicet uitandam. Item per illud Exod. 20. Non deſiderabis uxorem proximi tui. Iſé per Matth. 5. Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mechatus eſt eā in corde ſuo. Item per 1. Cor. 10. Neque fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt. & cecidit una die uiginti tria millia. Item per Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. decret. matrim. Graue peccatū eſt homines ſolutos concubinas habere, à grauiſſimis uero etiā ſanctiſſimæ legis interdictis ſingulariter cōtinuum admiſſum, uxoratos quoque in hac damnanda parte ſtatu uiuere. Quare ſtatuit ſancta Synodus huiuſmodi concubinarios tàm ſolutos quàm uxoratos, & peracerdotes concubinas non habentes, ſeſquicentarū cōſuetudine nō ſeſe retinentes, excommunicationis ſententiæ expoſitos eſſe. Mulieres ſiue cōiugatæ, ſiue ſolutæ, quæ cum adulteris, manifeſtoribus &c. grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, uel dioceſim (ſi ordinarius iubebitur) ejiciantur. Hæc ibi.

Contra conſuetudinarios.

Glo. interlinea. rir ſup. il lud. Vir uxorē nō dimittat.

¶ Tertiò habeſquomodo per rationem oſtendas, meritò eſſe dictum Matth. 5. Qui dimiſerit uxorem, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari. & 19. & Marc. 10. & Luc 16. ſimile 4. d.

¶ Quartò habeſquomodo per rationem prædicta ſcripturarum, & patrum, pro quanto directè, uel uirtualiter, uirum poſſe dimittere uxorem ob fornicationem inſinuant, & intelligas, & probes, & tueatis.

¶ Quinto uideſquomodo ex iis uicißim Thomiſtica doctrina hæc, & declaretur, & confolideturꝫ.

QVÆSTIO. LXII.
ART. II.

CONCL. Si mulier de peccato pœniteat, uir non tenetur eā dimittere: ſi autem non pœniteat, tenetur.

256 ¶ PROB. 1. Quia uir non tenetur corrigere uxorem tali modo, quando emendatio iam præceſſit: 2. Quia (ly ſi autem &c.) uideretur peccato conſentire, ſi hanc debitam correctionem non apponeret.

¶ *Corollarium.* Ergo cùm teneatur quiſque de præcepto nō con

ARTICVLVS II.

Vtrum uir teneatur ex præcepto uxorem fornicariam dimittere.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd uir teneatur ex præcepto uxorem fornicantem dimittere, uir enim cum G ſit caput uxoris, tenetur uxorem h corrigere: ſed ſeparatio à thoro eſt inducta ad correctionem uxoris fornicantis, ergo tenetur eam à ſe ſeparare.

¶ 2 Præterea, Qui conſentit h peccanti mortaliter, ipſe etiam mortaliter peccat: ſed uir retinens uxorē fornicantē, conſentire ei uidetur, ut in litera dicitur* ergo peccat niſi eam à ſe eiiciat.

¶ 3 Præterea, Primæ ad Cor. 6. H dicitur, qui adhæret h meretrici, unum corpus efficitur: ſed non poteſt aliquis ſimul eſſe membrū meretricis, & Chriſti, ut ibidem dicitur, h ergo uir uxori fornicanti adhærens, membrū Chriſti eſſe definit, mortaliter peccans

¶ 4 Præterea, Sicut cognatio. tollit uinculū matrimonij, h ita fornicatio ſeparat à thoro: ſed poſtquam uir nouerit conſanguinitatem ſui ad uxorem, mortaliter I peccat, eam agnoſcens carnaliter, ergo, & ſi cognoſcit uxorem, poſtquā ſcit ipſam eſſe fornicatam, mortaliter peccat.

SED CONTRA eſt, quod dicit. Gloſſa 1.ª Corin. 7. Quòd Dominus permiſit cauſa fornicationis

ſentire peccato, ex Rom. 1. fin. Liquido conſtat ſ reſpondendo ad literam tituli: quòd uir uxorem ſi de fornicatione nō pœnituerit, dimittere de præcepto tenetur.

1 m de maiori. Corrigere. &. per aliquam pœnā adhibitam; non ſemper, per talem ſpecialiter. §. ut in textu. Tūc nihil &c. Nam ſeparatio eſt inducta ad correctionem uxoris fornicātis: quando iam correcta non eſt. Sicut medicina corporalis propter ſanitatē corporis introducenda eſt ordinata, ita & ſeparatio iſta propter ſanitatem animæ introducendam taxata fuit: quandoquidem pœnæ præſentis uitæ medicinales ſunt. Sicut ergo medicina non datur niſi indigenti Matthæ. 9. ita & ſeparatio hæc non debet in executione poni, niſi quando indiget uxor ad ſanitatem recuperandam tali medicina. Sicut ergo medicina corporalis non eſt fruſtra, quādo non datur ſanitas: ita ſeparatio hæc nō eſt fruſtratorie à domino poſita, quādo non aſſertur ſuper uxorem iam ſanatā quoniā nec illa corporalis, nec iſta euangelica propter ſanos ordinata eſt, ſed propter infirmos. cauſ. 32.

2 m d maiori. Peccanti mortaliter. &. & non pœnitenti non autem. pœnitenti. §. Tunc nihil &c. ut in textu. Vide ad primum & etiam non ibi.

3 m illatio cōcluſionis. Ergo uir &c. &. negatur illatio §. Nam ex quo de peccato fornicationis &c. ut in textu, uſque ad ly non ſit.

Item ex Apoſtolo. Meretrici. &. dum manet meretrix: non aliter. §. Tūc nihil &c. Nam uxor poſt adulterium pœnitens non eſt habenda meretrix: ſecus ſi eſſet impœnitens: & conſequenter uir non coniungitur ei iam pœnitenti, quaſi meretrici; ſed, quaſi uxori. Vide reſponſum ſecundū literæ ly uel dicendum.

¶ NOT. Tex. hic, q̄ ſcilicet non ſit meretrix iudicanda poſt pœnitentiam confirmatur per Papam Gregorium 32. q. 1. Apud miſericordem iudicem nec ille fallax habebitur, qui ad meritatem reuertitur; etiam poſtquam mentitus. Quia omnipotens Deus dum libenter noſtram pœnitentiam ſuſcipit, ipſe ſuo iudicio hoc quod erraximus abſcondit. Hæc ibi.

¶ Examen. Ly quaſi. Hoc accipitur in textu per modum expreſſionis: non per modum ſimilitudinis, aut diminutionis. Non enim ſemper, licet quandoque, accipitur ly quaſi, dubitatiuè, uel diminutiuè: quemadmodum nec ly tanquam, nec ly ſicut. Dicimus enim ambulabat tanquam Rex, uel quaſi: ut exprimamus correſpondentiam ambulationis ad maieſtatem Regiam. Item facti ſumus ſicut conſolati. Pſal. 125. Reſplenduit facies

facies eius ſicut ſol, & ueſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix A Matth. 17. & huiuſmodi multa: & hoc ad exprimendum eo modo, quo poſſumus ex notioribus nobis ea, quæ minus nota ſunt.

¶ NOT. Doctrina harum trium reſponſionum, & præſertim tertiæ, confirmatur à ſcripturis, & Pontificibus ſummis; dum accedere ad meretrices, uel iam conuerſas, uel pro eārū conuerſione, ab ijs non uituperatur, ſed potiùs laudatur. Vt eſt illud Oſeę Prophetæ accipientis uxorem fornicariam: ſuper cuius factum ſic legitur in Decret. 32. q. 1. Non eſt culpandus Oſias Propheta, ſi meretricem, quam duxit, ad pudicitiā conuertiſſet potius laudandus, q̄ex mala bona fecit. Hæc ibi. Item illud Clemē. 3. de ſponſal. & matrimo. Inter opera charitatis non minimū eſt errantem ab erroris ſui ſemita reuocare &c. Statuimus: ut omnibus, qui publicas mulieres de ſu panari extraxerint, & duxerint in uxores: quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorū. Hæc ibi. Applica tu ad p̄poſitum prædictarū reſponſionum, pro quanto ſufficit; & à fortiori quidem.

4 m d maiori. Ita. &. quātum ad impedimentum matrimonii: non autē, quantum ad impedimentum talem. §. de quo in textu. Tūc nihil &c. ut patet ibi. per ly ideo carnalis copula fit illicita, & ly ideo actus remanet, quantum eſt de ſe, &c.

5 m conſequentia. Ergo &c. &. negatur conſequentia §. Nam permiſſio illa eſt intelligenda per prohibitionis priuationē &c. ut in textu.

¶ *Corollarium.* Ergo non omnis permiſſio eſt eiuſdem generis dicenda. A iqua enim contra præceptum diuiditur; ſicut quando permittitur aliquod bonum fieri, quod tamen non eſt de neceſſitate ſaluis. Aliqua uerò diuiditur etiam contra conſilium: ut quando dicitur permiſſum libellū repudij in antiqua lege. Ex hæc permiſſio eſt ſemper reſpectu maloꝝ, quemadmodū prima reſpectu bonoꝝ. Alia tandē eſt, quæ in aliquo caſu æquiualet præceptorū q̄ permittitur aliquod bonum neceſſarium ad ſalutē ut eſt in propoſito iſto. In aliquo caſu, dixi: quia nō ſemper eſt neceſſariū ſeruare illud quod ſic permittitur: ut q̄n ratio permiſſionis non ſubeſt, propter quam, ſi eſſet permittebatur. Verbi gratia, Permittitur dimiſſio uxoris ob fornicationem, hac rōne uidelicet ſubintellecta, niſi pœniteat. Vnde q̄n ſubeſt rō, puta q̄ non pœniteat, tunc permiſſio talis iudicatur præceptum (ut in concluſione: q̄n ſāt non ſubeſt, puta quia pœnituit, tunc definit eſſe præceptum (ut ibidem.) Dicit ergo reſt. de permiſſione ult. matrim. intelligēda eſt per prohibitionis priuationem. Et meritò. Nā prohibitū erat (ut patet Matth. 19.) q̄ homo ſe paſaret, quod Deus coniunxerat: & permiſſio iſta, q̄ſi dimittat quis uxorem cauſa fornicationis, priuat prædictā prohibitionē: facit, ſeu oſtēd. tūc illa prohibitio nō tenere ſ ſtem caſu. Permiſſio multiplex

6 m de maiori. In ſc. &. tantum non aliter §. Tūc nihil &c. Nam fornicans uxor non tantum peccat in &c. ut in textu.

¶ *Corollarium.* Ergo uidetur q̄, ſi aliquis peccat contra aliquē tantum, puta Titium, Titius poſſit dimittere illū, ſēt ſi non ſequat emendatio offendentis, uel non præcedat. Et hoc uerum eſt, quantum eſt de poſſe Titi, (abſtrahendo à iuſtitia: enim Titi iuſtitia nō ſit ipſa iuſtitia:) licet non quantum eſt in uultate offendentis.

APPENDIX.

EX articulo hēt primò: q̄do per rōnem oſtendat me ritò inſinuatum ab Apoſtolo, q̄ ex præcepto tenetur uir dimittere fornicariam uxorem: & ſic. Mulier eſt uitæ conſors, ac ſocia, in unū corpus à Deo conſtituta. Quę uerò obſtat ſcientiæ Dei uel id, quod eſt in unū à Deo tonentum, rationē rerū à Deo conſtitutarum euertit, & illius prouidētiæ aduerſatur. Eodē modo remotā, quæ naturæ legē uiolat, inutile facit: q̄n qui adulterā retinet, inſanit, ac; impius eſt. Abſcinde. n. eam (inquit) à carnibus tuis: non n. eſt aduirtix, ſed infidatrix, ad alium deſſe dētem amorem. Hæc ibi lib. 6. cōſtitution. Apoſtolicar. cap. 14. auctore Clemente Papa & martyre. Cū igitur de præcepto teneatur quilibet ad hoc, ut non ſit iniuſtus uel impius, & ſecundum præd ictam authoritatem iniuſtus ſit, & impius, tenens adulterā mi pā tet quòd, ſecundum eandem, uir teneat de præcepto uxorem Vtil. p. 5. Eccl. &c. Eccl. 2. 5

fornicariam dimittere. Vbi etiam notabis, quòd adulterium eſt contra legem naturalem. Item à Concil. Liberino cap. 65. Si cuiuſcunque clerici uxor fuerit mœchata, & ſciat eam maritus ſuus mœchari, & eam non ſtatim proiecerit nec in fine accepto communionem. Hæc ibi. Eſt autem idem iudicium, in propoſito, de clerico tunc uxorato, & de alio quolibet. Item ab eod. cap. 70. Si cō ſcio marito fuerit mœchata uxor, placuit, nec in fine ſtandam ei eſſe communionem. Si uerò eam reliquerit poſt decē annos accipiat communionem, ſi eam cum ſcierit adulteram, aliquo tempore in domo ſua retinuit. Hæc ibi. Vbi ex magnitudine pœnæ patet q̄ nō in de præcepto teneatur uir dimittere ipſam, ſed etiam ſtatim. Item à Gregorio Papa 32. q. 1. Apud &c. Si maritus adulterio perſeuerare elegerit, patronus turpitudinis, & lenocinii eorum, maritus habebitur, niſi eā adulterii ſtatim facere uoluerit. Vnde in 9. lib. C. de adult. & ſtup. Crimen lenocinii contrahunt qui deprehenſam in adulterio uxorem in matrimonio dimiſerunt. Hæc Papa. Item à regul. iur. in 6. regula quinta: peccati uenia non datur, niſi corrector. Hæc ibi.

¶ Secundo habes, quomodo per rationem prædicta patrum, pro quanto ad dimiſſionem uxoris ex præcepto teneat uir diſtinguere, & intelligas, & tueatis. 2

¶ Tertiò uides quò ex iis uicißim Angelica doctrina hæc & declaretur & confolideturꝫ. 3

QVÆST. LXII. ART. III.

CONCL. 1º. Vir poteſt dimittere, quò ad thorum, uxorē pro- 2/7
pria arbitrio, q̄ primū ſibi conſtat de eius fornicatione.

¶ PROB.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶PROB. Quia patet ex dictis (ar. 1. & 2.)

¶NOT. Ex redditione debiti præiudicaret sibi uir, ex consequenti ergo, cum non debeat sibi præiudicare in hoc, debet illa subinde dimittere quo ad thorum. Talis enim dimissio est non reddere debitum exigenti.

¶CONCL. 2°. Vir uxorem fornicantē dimittere quantum ad thorum & cohabitationē simul non pōt, nisi iudicio ecclesiæ, & si aliàs uxor dimissa fuerit, debet cogi ad cohabitandum, nisi posset uir ei in continenti fornicationē probare.

¶Examen. Ly in cōtinenti. Hoc est subito, & aperte, seu in promptu.

¶PROB. Quia, ut clara, supponitur.

NOT. Et meritò nisi quia ex iuribus (ut in appen. seq.) tum quia ex ratione, quasi per correspondentiam termi norum, patet. Termini est matrimonium, & cohabitatio: de ipsis conclusio hæc. Sicut ergo maximum probatum in foro ecclesiæ constituit, ita cōsentaneum est, ut nō nisi iudicio ecclesiæ cohabitatio tali et cōiugatiō separetur.

¶CONCL. 3ª. Dimittium non potest celebrari, nisi iudicio ecclesiæ.

¶PROB. Quia animorum significat dimissionē & quo ad thorum simul & cohabitationem.

1m de maiori. Latam. &c. formaliter non tñ originaliter. §. Tunc nihil &c. Nam Deus originaliter tantum sententiam dedit, de qua in minori.

¶NOT. Sententia formaliter dicta est applicatio iuris communis ad particulare factum: sententia autē originaliter est ius ipsum, secundū quod sententia formatur. Hinc patet responsum, & applicatio si penetretur.

2m ex Matth. Dimittere. &. ob ceuentem iam sanctitatis coniugium non ob suspicionē fornicationis eius. §. Tunc nihil &c. Licet autem patet de se.

3m Item cōsequentia. Ergo &c. &. negatur cō sequentia. §. Non. n. est similis. Nā hinc pp adulterium nō tollit procedebatur &c. ut in textu. Hoc est, & infamia & damnum uitæ imminebat ex adulterii manifestatione: & ideo minorum malus erat ipse Ioseph ad occultē faciendū id, quod ex Matthæo inducitur. Vide responsum secundum literæ ly nec tamen est simile, quia tunc &c.

¶NOT. Re pon. hæc 2ª. differt prima in hac, quia negabat suspicionē de fornicatione in Ioseph respectu B. Virginis, & ideo illam occultationē dimissionē debebat nō obesse propositō huic quod loquitur de dimissione uxoris pp fornicationē. Et quia fuerunt quidā, qui huiusmodi dimissionem a Ioseph uoluā dixerunt causatam fuisse ob suspicionē nō quidem urgentē ac probabilem, sed quasi ex humana aliquo modo opinabilē: ideo sanctus Doctor secundā apponit responsionē. Quæ dicat per hanc. Dato, sed non concesso, & suspicio præmissa fuisset causa dimissionis intentæ à Ioseph: tamen, cum non adesset sufficiens indicia ad ostendum id, de quo suspicabatur (ut aiunt supradicti) ideo non debuit manifestē dimittere uelle, sed occultē, coniugem suam: & maximē cum de periculo mortis tunc antiquitus ageretur in casu adulterii. Plus ergo debuit circunspectione uti Ioseph in propalando suā suspicionem prædictā, quām si periculū lapidationis non interueniret etiam. Concludendum igitur secundum textum ut ipsique respondit, q. non est simile illud, quod affertur pro simili: & quidem iuxta primum, quia nō aderat suspicio in dimissione illa uolita à Ioseph; iuxta secundum uerò, quia erā data (licet non concessa) sufficiens dissimulando ætatis casu euentus adulte tantis uxoris.

Decr. 32. q. 2. c. 4.

Ratio 2ª.

3m de cōsequente. Denegatio deum. &. quo ad thorum tantummodo, quo ad cohabitationē simul. §. Tunc nihil &c. ut patet ex cōclusione prima.

*In corp. art.

¶Cont. Ergo à thoro solum dimittens uxorem non est propriè dicendus facere diuortium.

4m minor. Fornicationis crimē non potest probari. &. negatur ista. §. Quod licitè probari non possit quandoque. Puta cū uir habens suspectā coniugem adhibet tanti uigilantiā circa hoc factum de cognōdum, ut & testes inducat ad contuēdum idē. Ad probationem ergo in argumento alatā, quod licet oculis adulteri obseruet caliginem: tamen quandoque aer deludit aerē (ut ait Cato) & uidetur quandoque male operarī, erā à quibusdā uideri non arbitratur (ut ait Augustinus regula.)

Item de maiori. Probari. &. secundum quòd materia patitur. §. Tunc nihil &c. Licet enim probationes omnimodā certæ non possint quandoque haberi in illa materia fornicationis, quòd ad factum ipsum: tamen possunt uiolentæ suspiciones fornicationis haberi, ita ut præsumatur probata fornicatio: ut in textu. Vide eius secundum responsum ly & præterea si de facto &c.

¶NOT. Quemadmodum philosophus inquit, quòd non debemus in quacunque scientia speculatiua summam certitudinem, puta mathematicam, inquirere: sed contenti esse de certitudine correspondente scientiæ, de qua tractamus in practicam hoc idem ferendum est. Et ideo formale responsum adhuc probari, dicitur secundum quod materia patitur. Non enim de diuersis intendendum est idem: sed simile iuxta illarum materiarum proportionem.

5m de maiori. Accusationem. &. ordinatam ad punitionem criminis non. ad separationem thori. §. Tunc nihil, &c. ut patet ex dictis. Nam præsupponitur hic, quod uir uxorem adulteram accuset, ut separationem thori & cohabitationis imponeret à iudice spirituali, non autem ut ad punitionem criminis adulterii procederetur in foro iudiciali.

6m de minori. Deferre. &. per uiam denunciationis non accusationis. §. Tunc nihil &c. ut patet in textu.

¶NOT. Duæ rationes, in ly sed contra, intelligitur quò ad cohabitationem simul, & non aliter, ut ex prima conclusione corp. colligitur.

APPENDIX.

¶Ecclus. 25. & Ecc. &c.

EX articulo habes primò: quòd per idem offendas, meritò infinuatū, & quidē à fortiori per Alexandrū 3. q. proprio arbitrio uir nō debet dimittere adulterā coniugē: & sic. Porrò de comite pōtini, qui B. uxorem suam absque iudicio ecclesiæ dimisit, qa eam cognatam fuisse uxoris defunctæ proponit: prudentia tua cognoscat, q. si ut particula est: publica & notoria absque iudicio ecclesiæ ab ea separari non potuit. Hæc ille de dictor. Vnde patet, q. si propter cōsanguinitatē nouit cognitam non pōt absque iudicio ecclesiæ ab uxore separari, multò magis hoc nō potuit propter uitatū fornicationem: qui cōsanguinitas maius quid importat re specta matrimonii: ut ar. 1. ad 4m. Item ab eod. ibid. Significatiq. quidam, uxorē suā hac iudicio ecclesiæ dimissā, q. eo q. suggestum sibi fuerat, ipsam incestum cū quodā cōsanguineo suo commisisse, uinculo suæ pp hoc excōicationis astrictus. Verū mulier postulans uiro restituī, asserens: se ab ipso iniuste dimissam & eadem sibi materia adulterandi data. Respondemus: q. si notorium est, mulierem ipsam adulterium commisisse, ad eam recipiendā præfatus uir ergo non debet nisi constaret ipsum cum alia adulterium commisisse. Hæc ille. Vnde inferatur ut supra. Et ulterius notabis quod uir sine iudicio ecclesiæ uxorem adulteram dimittens potest per excommunicationem cogi ad cohabitandum cum illa quousque per ecclesiā uideatur quid iure faciendum sit. Notabis insuper inde quod non excusatur à peccato, neque à pœna eius, is qui committit iudicium: q. data sit sibi materia peccandi ab alio quocunque: id quod monstratum Papa, quando adulterium prædicta uxoris respondit esse puniendum per non reddimonem uiri, etiam

Nullus debet peccata, uel pœnas alterius dare.

quòd uxor illa ratione dimissionis ab eodem habuisset materiā adulterandi. Item per Vrbanum 3. ibid. De illa, quæ uiro suo labente in hæresim, ipsius consortium fine iudicio ecclesiæ declinauit, uidetur nobis: q. mulier ei, cum reuersus fuerit, est reddenda: quæ etiam si reuerti noluerit, compellatur. Si uerò iudicio ecclesiæ ab eo recessit ad recipiendum eum nullatenus dicimus cōpellendum. Hæc ille. Vnde etiam à fortiori patet interum: quòd fornicatio spiritualis, ut hæresis, maior est, q. prosperitas. Ité à &c. ut ar. 1. appen. de Concil. Eliberino. Cuius dicta & 1 cap. 65. & 70. si quæstū ad cohabitationē glosæ. intelligē, q. uiri in iuribus nde dicta: quòd scilicet seruatis seruandis, ideſt non nisi iudicio ecclesiæ, debeant huiusmodi separationes fieri. Secus aūt si quæstū ad separationem thori solùmodò glosentur: qa nle facit p cōclusione prima huius corp.

*Art. 5. hic q. 1.

¶Secundò haberi q̄ò p rōnē prædicta s. patris, proquāto à uiro uxorē ex iudicio sui ecclesiæ ex causa fornicationis dimittendam insinuāt, & intelligas, & defendas.

¶Tertiò uidere q. 8. ex ijs quæsitis Angelica doctrina hæc, & declaratur & cōfirmatur.

¶2 Præterea, Plus est contra legem naturæ, quòd uxor plures uiros habeat, quàm quòd uir plures mulieres, unde hoc quandoque licuit, illud uero nunquā; ergo plus peccat mulier in adulterio quàm uir, & ita non debent ad paria iudicari.

¶3 Præterea, Vbi est maius nocumentum proximi, ibi est maius peccatum: sed plus nocet uxor adultera uiro, quàm uir adulter uxori, quia adulterium uxoris facit incertitudinem prolis, non autem adulterium uiri, ergo maius est peccatū uxoris, & sic non debent ad paria iudicari.

¶4 Præterea, Diuortium inducitur ad crimē adulterii corrigendū: sed magis pertinet ad uirum, qui est caput mulieris, ut dicitur, primæ Corint. undecimo, corrigere uxorem quàm ecōuerso, ergo nō debēt in diuortio ad paria iudicari, sed uir debet esse melioris conditionis.

SED CONTRA, Videtur quòd in hoc uxor debeat esse melioris conditionis. Quia quanto est maior fragilitas in peccante, tanto magis est peccatum uenia dignum: sed in mulieribus est maior fragilitas, quàm in uiris, ratione cuius dicit Chrysostomus, Quòd propria passio mulierum est luxuria, & Philosophus dicit in septimo Ethicorum, Quòd mulieres non dicuntur continentes, proprie loquendo, propter facilem inclinationem ad concupiscentias, quia nec bruta animalia possunt continere propter hoc, quòd non habent aliquid quod concupiscentijs obuiare possit, ergo mulieribus in pœna diuortij debet magis parci.

Bellum. 2. de Sacram. Matrim. c. 18. Homil. 20. super illa. Mat. 5. Euge, ita & uxor uiri: &. & breuiter) dictum tribuatur eius prioribus de uiro respectu uxoris, intelligū tur etiam de uxore respectu uiri: Cæterum, quoniam ex grauiori causa mulier dimitti à uiro meretur: ideo de alia ab hoc dimissione ponus sit in scriptura mentio, quàm de uiri dimissione ab uxore.

¶PROB. 1. Quia, quantum ad bonum fidei matrimonialis, coniuges æqualiter sibi inuicem tenentur, adeò quod tantum peccat unus adulterans contra matrimonium quantum alter (patet, & diuortij est pœna adulterij, inquantum est cōtra fidei matrimonij bonū (patet ex supra:) &. Quia (ly nō in &c.) maior causa est diuortij in uxore, quam in uiro (ex plus peccet, quārē

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad bonum prolis, adulterium uxoris, quàm uiri.)

¶NOT. Aduerte diligenter illud, quod textus insinuat, uidelicet ꝙ iniusticia non est quando duobus, qui meruntur unam pœnam, licet unus illorum ex grauiori culpa illam mereatur, quàm alter, ipsa eadem pœna. Et hoc ergo dicas, ꝙ iustitia primo aliter attenditur in reddendo illud, quod quis meretur: & non in hoc ꝙ ex grauiori uel minus graui causa id meretur. Et hæc dicta textus intelligi debent, quantũ ad præsentem ultam & iudicium humanum, non quantum ad futurum & diuinum: quoniam humanæ iustitiæ non possumus ex certo iudicare, reddere singulis pœnas pro eorum demeritis, ut potest. & facit, iustitia diuina, quæ etiam nostras (inobis quandoque iustas) iustitias iudicabit. Psal. 74.

Rom. 12. Magna distantia inter hominũ. Deꝙ iustitia.

2m ꝺ maiori. Tenetur loco repudij. R. quantũ ad diminutionẽ alterius coniugationis, quæ tunc ad causam dimissionis. S. Nam repudium non permittebatur, nisi ad euitandum turpitudinem. Tunc nihil &c. Vxorẽ enim ideò æqualiter dimittere posse uirum sicut è contra, determinatur in noua lege: quia nũc præcauta diminutio attenditur adulteriũ, de quo æquale est & periculum, & contra fidẽ matrimonij peccatum tam in uiro, quam in uxore (ut ex dictis, & experientia constat.)

¶NOT. Ex textu li dicto, ꝙ licitum est dimittere uxorem loco repudij, non inferas, ꝙ diuortiũ sit illicitum, sicut repudiũ illud. Nam similitudo nõ tenet in omnibus sed sufficit, ꝙ in aliquibus, quæ faciunt ad propositum. Sicut accidit nunc. Nam assimilatur diuortiũ repudio in hoc solũ, ꝙ utrobique dimittebatur uxor, non autem in eo, quòd repudium erat peccatum & à parte uiri tantum procedere poterat. Vnde in primo sensu intelligitur textus præsens, non autem in secundo.

Aug. de bono conug. ah. c. 7 to. 6.

2m de antecedente. Plus est contra legem naturæ. R. si haberetur respectus ad bonum prolis tantum quocunq; modo. S. ut in ad 3m. Tunc nihil &c. vt patet in tex.

3m de concluſione. Magis est R. in comparatione ad bonum prolis tantum, quocunque modo. S. ut in corp. & in ad 5m. Tunc nihil &c. vt in textu.

4m de maiori. Corrigendũ. R. quasi à iudice: nõ, quasi à particulari gubernatore. S. Tunc nihil &c. Nam quamuis uir sit caput mulieris, quasi gubernator non &c. ut in textu.

In corp. art.

¶NOT. Dictũ est in art. 3. quòd diminutione alterutrius fornicantis internenire dẽt iudicia ecclesiæ & ideo nõ dicit, ꝙ diuortiũ ad eam à iudice corrigendũ inducitur. Et licet ibi arme. 3. dicat, quòd quantũ ad thorũ solum possit fieri talis separatio absq; iudicio ecclesiæ tũ ab ipsis particularibus, uiro. S. uel uxore, præsupponitur tunc fieri quasi à iudice huius, ne fraudetur (ut tangit art. 1. & art. 2. in argum. 3.) fibi ipsis præiudicent. Vnde tunc non fit contra sententiam illam, nidebicet nemo debet esse iudex in causa propria maximè qñ crimen adulterii est clarum apud se dimittentẽ personã adulteram. Rursum. Diligenter notato in fi. tex. ly caeteris paribus. Nam per hoc concordare potes multa, quæ uidẽtur in contrariũ secũdum quasdã alias considerationes impertinentes causantes. Sufficiat admoniſſe.

conel. p ¶NOT. Ly charitas facit &c. Intelligе hoc secundum contextum: hoc est, quòd charitas facit aliquẽ gaudere de cuiuscũque bonis, ac si essent sua propria. Ratio est, quia charitas connectit omnes insimul: unde fit, ut omnes uerè unum in ipsa.

¶NOT. Super illud dictum textus ly ad quod nobis in una valẽt opera aliorum ex uirtute charitatis, vide articu. 1. corp. & elucid. & 1. 2. q. 114. art. 6.

CONCL. 2ª. Si valor suffragiorum, pẽ fessus ex intentione unius alteri applicantis ipsa, tanquam satisfactionem: tunc non est dubium, q suffragia magis valent ei, pro quo fiunt immò hic ei soli valent.

¶PROB. Quia patet ex terminis.

¶NOT. Ille unius suffragia applicare intendit uni, ita q tantum ex illis iuuetur, quantum iuuari potest. Clarum autem est, quòd si diuidantur suffragia, ita q valor eorum pro parte diuidatur in remissionem pœnæ unius animæ, & pro parte in remissionem pœnæ alterius animæ, pro qua iste suffragia soluit: tunc (inquam) clarum est, quòd ille, attenta sua intentione, nõ iuuat illam animam quantum poterat. Valor siquidem suffragiorum illius finitus est: & omne finitum per ablationem fit minus. Vnde totum valorem non participat illa anima pro, qua orat, ũ de valore ipso ad dandum alteri aliquid auferatur. Et ideo tanquam omnia prædicta deuorans inquit textus ly sic ei soli valent. Hinc conijcitur quid dicendum sit ad quæstionem de valore unius Missæ, vni promissam an possit æquè prodesse ei, si dicatur irritus plurium. Negamus enim respondendum est: licet sacrificij uirtus in se sit infinita.

Omne finitum p ablationẽ fit minus

1m de conclusione. Suffragia. R. ut ex charitate pendentia non, ut satisfactiones. §. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusionibus.

¶NOT. Suffragia, ut ex charitate absque intentione facientis in textu declarata, non nocentur proprie satisfactiones: sed potius quædam bona accepta à mortuis, & afferentia illis gaudium, etiam q non auferrent pœnas. Quò contra suffragia, ut satisfactiones afferunt & gaudium & diminutionẽ pœnæ ei, pro quo fiunt. Vnde meritò inquit textus q suffragia primo modo cõsiderata assimilantur luminis (sicut Præponitur explicabat) suffragia uerò 2. modo sumpta, solutioni debiti alicuius.

Suffragia considerãtur dupliciter.

2m de maiori. Meruerunt. R. merito conditionalis non aliter. §. ut in textu declaratur. Tunc nihil &c. Non enim meritum eorum tale frustratur, si non recipiant emolumentum ex suffragijs non pro eis factis. Tunc uerò frustraretur si suffragia pro eis herent, & ipsi ex illis remissionem pœnæ non reportarent.

3m de consequente. Essent pœnis conditionis. R. quantum ad expiationem pœnæ: non quantum ad possessionem regni cœlorũ §. de quo Luc. 6. Tunc nihil &c. ut patet.

EX artic. habes. ¶Primò: quomodo per rationem à simili, excludas errorem Io. Vuiclef (Prætẽ Io. Vuiclef.) dicentis quod oratio, quæ pro uno solo fit, non plus prodest ei quàm alijs. Vid. p. 5. Eccl. &c.

¶Secundò habes: quomodo per rationem à simili, ostendas hunc meritò dãnari Concil. Constantiensi sess. 8. quòd damnat errorem istum eiusdem, scilicet. Speciales orationes applicatæ uni personæ per prælatos, vel religiosos, non plus prosunt eidem, quàm generales ceteris paribus. Si enim speciales orationes plus valent, quàm generales pro aliquo ea ratione secundum Ecclesiam: sequitur quòd secundum idem, oratio specialiter p una facta plus prosit ei, quàm alijs. Aliquin non oporteret, quòd speciales uni applicarentur: si uel generales tantundem p eo valerent, uel speciales non plus ei valerent quàm alijs (ut patet intelligenti). Vide damnationem cõtra Vuiclef prædictam uniuersaliter a Concilio ipso factam supra quæst. 10. artic. 1. corp. item à Concilio Trident. sess. 25. cap. 4 de refor. Contingit sæpè &c. unde depereunt piæ testatorum uoluntates. Sancta synodus cupiens ad pios uius relicta (quò usilius potest) implere, facultatem dat Episcopis &c. statuere circa hæc quod magis ad Dei honorem uiderint expedire. Intra tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro fidelium animarum salute legata ea ad pios usus reliquerunt. Hæc ibi. Vbi nota ly utilius potest, ita tamen ut eorum defunctorum commemoratio fiat, qui pro &c. Item à multis locis epistolarũ D. Apostoli Pauli, ubi cõmendatis ecclesijs in generali orationibus suorum, cõmendat aliquos in spãli, & ex tempori. Quo facto utiq; orationẽ ani spãliter applicata plus ei valere, quàm alijs demonstrat. Aliquin, ut qd. præmissis generalibus, in quibus protulabit o & ipsemet, & alij nominatim postea describi includebantur, postulat et cum tanta instantia pro se fieri, & quibusdam alijs spẽcialiter? Manifestum ergo q orationes non tantum ex charitate prosunt ijs, pro quibus fiũt (ut Vuiclefus credidisse uidetur,) sed etiã ex intentione sic, uel sic, spẽcialiter directa (ut in articulo præsenti sanctus Thomas edocuit.)

¶Tertiò habes: quomodo per rationem ostendas, meritò infinitarum fuisse ab ecclesia, quod suffragia pro uno mortuo facta magis ei prosunt, quàm alijs. Et hoc infinitarum quando specialis orationum collectas heri statuit in missis defunctorum, puta pro patre, & matre, p Episcopo tali, & tali sacerdote, pro uno uel una, defunctis. Nisi enim specialia suffragia pro hoc, uel illo applicata magis ei prodesse tenerer, quàm alijs: relinquit ratum collectas pro defunctis omnibus fidelibus in communi exoluendas. Cum igitur nihil fruſtra in ecclesia fiat, immo ecclesiam aliquid unum facere, credere impium sit (ut q. 25. ar. 2. corp.) fatendum est ex facto prædicto ecclesiæ, q defuncto specialis oratio directa magis prodest, quam alijs. Argum. 10. appos. item à Concilio Trident. sess. 25.

¶Quartò habes: quomodo per rationem prædictã patrum & scripturarum, pro quanto uel à simili, uel directe quod diximus insinuare, & intelligas, & tueatis.

¶Quintò vides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaratur, & consoliditur.

QVÆST.

ART. XIII.

§12 CONCL. 1ª. Si valor suffragiorũ cõsideretur, secundũ quòd ex uirtute charitatis uinientis membra ecclesiæ valent, suffragia pro multis facta tantum singulis prosunt, ac si pro uno tantum fierent.

*Al. singulariter. ¶PROB. Quia charitas non minuitur, si in multos distribuat affectus suos: immo magis augetur.

¶NOT. Sicut effectus candelæ accensæ à lumen (ut per experientiam patet) ex mutatione luminis ab una candela neque tollitur, neque minuitur, sed augetur: sic est de charitatis affectu. Ex bono enim aliquo prouenitie ad unam simul ad omnes existentes in charitate diffundaf gaudium de illo bono: & sic affectus charitatis augetur; & hoc intendit probatio textualis. Vnde illa eon similio correspondet proportionaliter conclusioni primæ artic. 12. Nam utrobique considerantur suffragia vt ex charitate ũ tummodo pendentia.

Q3o charitas augetur ex distributione.

CONCL. 2ª. Si consideretur valor suffragiorum, inquantum sunt satisfactiones q̃dam per intẽtionem facientis translatæ in mortuos, tunc magis ualet suffragiũ alicui, quod pro eo singulariter fit, quàm quod fit pro eo communiter, & multis alijs ¶, sic enim effectus suffragij diuiditur ex diuina iustitia inter eos, p quibus suffragia fiunt. Vnde patet, quòd hæc quæstio dependet ex prima, & ex hoc etiam patet quare institutum sit, ut suffragia specialia in Ecclesia fiant.

conel. m

Ad primvm ergo dicendum, quòd suffragia ut sunt satisfactiones quædam, non prosunt per modũ actionis sicut doctrina prodest: quæ sicut & omnis alia actio effectum habet secundum dispositionem recipientis: sed ualet per modum solutionis debiti, ut dictum est*: & ideo nõ est simile.

* 1. 2. q. 114. art. 2.

Ad secvndvm dicendum, q̃ suffragia pro uno facta, aliquo modo etiam alijs prosunt, ut ex dictis* patet: ideo cum pro uno Missa dicitur, non est inconueniens, ut pro alijs etiam orationes fiant. Non enim ad hoc dicuntur aliæ orationes ut satisfactio vnius suffragij determinet ad alios principaliter: sed ut illis etiam oratio pro eis fusa prosit.

Ad tertivm dicendum, quòd oratio consideratur; & ex parte orantis, & ex parte eius, qui oratur, & ex utroque eius effectus dependet, & ideo quamuis diuinæ virtuti non sit magis difficile absoluere multos, quàm unum, tamen huiusmodi orantis oratio non ita est satisfactoria pro multis, sicut pro uno.

ARTICVLVS XIII.

Virum suffragia facta pro multis, tantum valeant singulis, ac si specialiter pro vnoquoque fierent.

AD DECIMVM TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia facta pro multis, tantundem ualeant singulis, ac si p unoquoque *specialiter fierẽt. Videmus enim quòd ex lectione, quæ pro uno legitur, nihil ei deperit, si simul, & alij legatur, ergo & b eadem ratione nihil deperit ei, pro quo fit suffragiũ, si aliquis ei connumeretur: & ita si pro pluribus fiat, tantum valet singulis, ac si pro vnoquoque fieret.

2 Præterea. Secundum communem vsum Ecclesiæ videmus, quòd cum missa pro aliquo defuncto dicitur, simul etiam illic c b orationes adiunguntur pro alijs defunctis, hoc autem non fieret si ex hoc defunctus pro quo missa dicitur, aliquod detrimentum reportaret, ergo idem quod prius.

3 Præterea. Suffragia præcipue orationum innituntur diuinæ virtuti: sed apud Deum sicut non differt iuuare p multos, uel paucos, ita nõ differt iuuare multos, uel paucos, b ergo quantum d iuuaretur unus ex una oratione si pro eo tantum fieret, tantum iuuabũtur singuli, si eadem oratio pro multis fiat.

SED CONTRA, Melius est plures iuuare, quàm unum, si ergo suffragium pro multis factũ ualet singulis tantum, ac si pro uno tantum fieret, uidetur quòd Ecclesia non debuit instituisse, ut pro aliquo fieret singulariter missa, uel oratio, sed quòd semper diceretur pro omnibus, fidelibus defunctis, quod patet esse falsum.

Præterea, Suffragium habet finitam efficaciam, ergo distributum in multos minus prodest singulis, quàm prodesset, si fieret pro uno tantum.

RESPONDEO, Dicendum, q̃ m si valor suffragiorum consideretur secundum quod ualent ex virtute charitatis uniẽtis membra ecclesiæ, suffragia pro multis facta tantum singulis prosunt ac si pro uno tantum fierent*, quia charitas non minuitur si* destribuatur affectus in multos, immo magis augetur, & similiter etiam gaudium* quanto plu ribus est commune, si maius, ut dicit* Augustin. confes. & sic de uno bono facto non minus lætantur multi in purgatorio, quàm unus. e Si autem consideretur valor suffragiorum, inquãtum sunt satisfactiones quædam per intentionem facientis translatę in mortuos, tunc magis ualet suffragiũ alicui, quod pro eo singulariter fit, quàm quod fit pro eo communiter, & multis alijs ¶, sic enim effectus suffragij diuiditur ex diuina iustitia inter eos, p quibus suffragia fiunt. Vnde patet, quòd hæc quæstio dependet ex prima, & ex hoc etiam patet quare institutum sit, ut suffragia specialia in Ecclesia fiant.

Ad primvm ergo dicendum, quòd suffragia ut sunt satisfactiones quædam, non prosunt per modũ actionis sicut doctrina prodest: quæ sicut & omnis alia actio effectum habet secundum dispositionem recipientis: sed ualet per modum solutionis debiti, ut dictum est*: & ideo nõ est simile.

Ad secvndvm dicendum, q̃ suffragia pro uno facta, aliquo modo etiam alijs prosunt, ut ex dictis* patet: ideo cum pro uno Missa dicitur, non est inconueniens, ut pro alijs etiam orationes fiant. Non enim ad hoc dicuntur aliæ orationes ut satisfactio vnius suffragij determinet ad alios principaliter: sed ut illis etiam oratio pro eis fusa prosit.

Ad tertivm dicendum, quòd oratio consideratur; & ex parte orantis, & ex parte eius, qui oratur, & ex utroque eius effectus dependet, & ideo quamuis diuinæ virtuti non sit magis difficile absoluere multos, quàm unum, tamen huiusmodi orantis oratio non ita est satisfactoria pro multis, sicut pro uno.

*Al. datur esse dictus eius. *Al. aliquin. * 1. 8. c. 4.

1m de consequente. Eadem ratione &. negatur quòd ut eadem ratio de utroque. §. scilicet de suffragijs, ut sunt satisfactiones: & de essẽtiã, ut sunt ad modum licentionis. conel. p

2m de maiori Orationes R. specialiter sumptæ, absque præiudicio suffragij principalis. §. Tunc nihil &c. Nam adiunguntur in missa aliter, quam putabat arguens: ut uidere est in textu.

3m illatio consulionis. Ergo &c. R. negatur illatio §. & hoc non ratione diuinæ uirtutis, (ut ere debat arguens) quæ infinita est: sed ratione oratis, qui finitam actionem habet. Vide art. 12. not. post conclus.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶Primò quòd Vuiclefus per rationem directè excludas errorem Io. Vuiclef: ut refert concilium Constantiense sess. 8. dicentis: speciales orationes applicatæ uni personæ per prælatos uel religiosos, non plus prosunt eidem, quàm generales, cæteris paribus. Per hoc enim, quòd sic determinatur hic à sancto Thoma, ut uides; patet quòd contra ipsũ Vuiclef. & similes milituat efficaciter præsens articulus. Vel. p 5. Eccl. &c. *ar. præc. ad 1. *art. 1. huius quæst.

¶Secundò habes: quomodo per rationem directè ostendas, hunc meritò damnatũ concil. Constantiensi. ibid. quando damnationem uniuersalem omnium articulorum ipsius Vuiclef pronunciauit. Hanc uide supra q. 20. ar. 3. appen.

¶Tertio habes: quomodo per rationem directè ostendas, meritò infinitarum & 1 1 2 ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab Apostolo sæpius, & ab ecclesia in collectis defunctorum: q. f si suffragia facta pro multis non ualeant tantum singulis, ac si specialiter pro unoquoque fierent. Vide circa hoc art. 12. appen. & applica huc. Ibi enim dicta, & hic, differunt parum à seinuicem respectu propositii quoniam à simili loquuntur pro uno, & directe pro altero (ut patebit per se consideranti.)

4 ¶ Quarto habes: quomodo per rationem prædictã patrũ & scripturarum, pro quanto quod diximꝰ infinuant, & intelligas, & probes, & tueatis.

5 ¶ Quintò uides: quomodo ex iis ultimis Angelica doctrina hæc & declaratur, & consolidetur.

QVÆST. LXXI.

ART. XIIII.

CONCL. 1. Si suffragia pro uno specialiter facta indifferenter omnibus ualeant tantum inuabitur ille, pro quo non fiunt specialiter, quãtũ ille, pro quo fiũt si fit æqualiter dignus.

*Ar. 9 hius q. con.

¶PROB. Quia tunc omnia suffragia sunt communia.

¶NOT. Correspondet proportionaliter concluſio hęc conclusioni primæ ar. 12.

CONCL. 2ª. Si suffragia pro uno specialiter facta non indifferenter omnibus prosunt, tunc non est dubium, quòd communia suffragia & specialia plus ualent alicui, quàm communia tantum.

¶PROB. Quia tunc suffragia eis prosunt maximè, pro quibus fiunt.

¶NOT. Sobsume tuquòd pro isto fiũt suffragia tum communiter, tum specialiter. Secundæ conclusioni ar. 12. correspondet proportionaliter conclusio præsens.

1m de maiori

Merita &c. directè & simpliciter sumpta: num, quasi sub condi tione. §. Tune nihil &c. Nam iuuamen suffragiorum non ca dit &c. ut in text. Pro quo uide artic. 12. ad 2m.

2m minor.

Hæc eucharistia ha-

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum tantum ualeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantum illis, pro quibus fiunt specialia, & communia simul.

AD DECIMVMQVARTVM sic proceditur. Videtur q tantum ualeant communia suffragia illis, pro quibus specialia nõ fiunt quantum illis, pro quibus fiunt specialia, & communia simul. Vnicuique. n. secundum propria h merita reddetur in futuro, sed Ille, pro quo non fiunt suffragia, meruit ut tãtum iuuaretur post mortem, quantum ille, pro quo fiunt specialia: ergo tantum iuuabitur per communia, quantum, & ille per specialia, & communia.

2 Præt. Inter* Ecclesiæ suffragia præcipuũ est Eucharistia, sed hæc h Eucharistia cum contineat totum Christum, hẽt quo dammodo efficaciam infinitam, ergo una oblatio Eucharistiæ, quæ communiter pro omnib. fit, ualet ad plenam liberationem eorum, qui sunt in purgatorio, & ita tantum iuuant communia suffragia sola, quantum iuuant specialia, & communia simul.

SED CONTRA est, quod duo bona uno sunt magis eligenda, ergo suffragia specialia, & omnia magis prosunt ei, pro quo fiunt, quam communia tantum.

RESPONDEO, Dicendum, q huiusmodi etiam solutio dependet ex solutione primæ quæstionis. Si enim suffragia pro uno specialiter facta indifferenter omnibus ualeant, tunc omnia suffragia sunt communia, & m ideo tantum iuuabitur ille, pro quo non fiunt specialia, quantũ ille, pro quo fiũt: si fit æqualiter dignus n. Si autem suffragia p aliquo facta, non indifferenter omnibus prosunt, sed eis maxi-

ART. XIIII.

bet efficaciam infiniti tam. n. quantum est ex se: habet tamen respectu nostri, determinatum effectum. §. Tunc nihil &c. ut patet in text.

¶NOT. Illa efficacia infinita consideratur ex parte eucharistiæ: effectus uerò determinatus consideratur ex parte nostri: Nam tantum recipit vnusquisque de efficacia illa infinita, quãtum est dispositus, siue quanta est sua capacitas iuxta illud cõmuniter assertum, vnumquodq; recipitur per modum recipientis. Stat ergo, quòd efficacia infinita sit, & vnus effectus autem sit finitus & multiplex plus vel minus. Ac si ex pelago infinito hauriret aquã singuli non infinitam, sed iuxta commensurationem uasorum, quæ pro aqua inde haurienda tulerunt.

*cauel. f Ex pelago infinito vir iustus Eucharistiæ hauritˢ aquæ finitũ qd iuxta dispõn eni suam. *li. 3. Sent. distinc. 45. §. D.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶Primò quo modo per rationem ostendas: rectè infinuatum ab Apostolo multos in locis, quòd suffragia & communia & specialia simul magis prosunt uni, quam communia tãtum. Et hoc quãdo generalia suffragia p omnibus fieri mandat, & ultra hæc specialia pro seipso. Patet enim, quòd præmetur in generalibus p omnibus factis contineantur, & in contineri fateãtur; & tamen ultimus pro se specialiter suffragia fieri postulabat. Ex quo aperte intelligẽdum reliquit, se credere certo; quòd orationes communes tantum pro uno factæ minus prosunt, quàm communes & specialis simul pro eodem. Item ab ecclesia hoc etiam insinuatum. Et hoc, quando ultra collectas communes defunctorum apponit specialem. Scisti enim ecclesia (ut patet,) quòd in collectis communibus includuntur cuiusq; pro quibus specialis quoque ordinatur. Cum igitur pro ijs, ultra communia, suffragia fieri specialia sanxit, per hoc factum filios suos edocuit: quòd specialia & communia simul

*2 ar. 12. hu i⁹ q. ad 2. 1 Vid. p. 3ª Eccl. &c.

simul vni & eidem magis prosunt, quàm communia tantum. Vide dicta in artic. 12. & 13. appen. & ex ijs, quantum sufficit, ad hunc locum applica: quoniam hi tres articuli ultima patrum, ab inuicem differũt: vt etiam in textu corpi articulo 13. & huius, innuitur.

a ¶Secundò habes: quomodo per rationem prædictã scripturarum & patrum pro quanto quod diximus infinuant, & intelligas, & tueatis.

3 ¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs ultimis Angelica doctrina hæc & declaratur, & consolidetur.

QVÆS. LXXII.

ART. I.

CONCL. prima. Sanctorum animæ non cognoscunt omnia, quæ per diuinam essentiam cognosci possunt.

*Gl. inter li. ibid.

¶Examen. Ly sanctorum animæ. Scilicet quæcunque ipsis filiæ. Vide & de anima Christi præsente conclusio intelligitur propter rationem in probatione dicendam.

¶Ly omnia. Absolutè loquendo: siue in actu, siue in potentia, siue creatoris, siue cuiuscunq; creaturæ.

¶PROBAT. Quia sanctorum animæ non comprehendũt diuinam essentiam (alioquin totam uitam autem ipsius essentiæ comprærhenderent, quod est impossibile.)

¶NOT. De comprærhentione propriè dicta loquitur probatio. Aliter enim comprærhendunt illam comprærhensione largo modo sumpta. Vnde in scripturis habetur aliquæ & quòd non comprærhendatur, ut Hierem. 32. fortissime, magne, potens dominus, incomprærhensibilis cogitatu: & quòd comprehendatur Phil. 3. Sequor autem si quo modo comprærhendam &c. 1. Corint. 9.

*Eodẽ li. c. 3. 1 me. tom. 4.

*Cap. 15. tom. 4.

Cõprehẽsio dupliciter intelligitur.

QVAESTIO LXXII.

De oratione respectu sanctorum, qui sunt in patria, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de oratione respectu sanctorum, qui sunt in patria. Et circa hoc quæruntur tria.

Primo, Vtrum Sancti orationes nostras cognoscant.

Secundo, Vtrum eos interpellare debeamus ad orandum pro nobis.

Tertio, Vtrum orationes eorum pro nobis fusæ, semper exaudiantur.

ARTICVLVS I.

Vtrum Sancti orationes nostras cognoscant.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Sancti orationes nostras nõ cognoscãt. Isa. 63. Pater noster es, & Abraham nescivit nos, & Israël ignorauit nos. Glossa* Augustini dicit quòd mortui Sancti nesciunt, quid agant viui, etiam eorum filij, & sumitur ab Augustino. † de Cura pro mor. agen. ubi hanc autoritatem inducit, & sunt hęc verba Augustini. ibidem. Si tanti Patriarchæ qui erga populum ab eis procreatũ ageretur ignorauerunt, quomodo mortui uiuorum rebus, atque actibus cognoscendis, adiuuandisque miscentur? ergo Sancti orationes nostras h cognoscere non possunt.

¶2 Præterea. Quarti Reg. 22. dicitur ad Iosiam regem, idcirco, scilicet quòd fleuisti coram me, colligam te ad patres tuos; ut non videant oculi tui mala omnia, quæ sunt inducturus in locum istum: sed in hoc nullo modo per mortem Iosiæ subuentũ fuisset, si post mortem quid genti suæ euenire cognosceret ergo Sancti h mortui actus nostros non h cognoscunt, & ita non intelligunt nostras orationes.

¶3 Præterea. Quanto aliquis est in charitate perfectior, ma-

ART. I.

Agis proximo in periculis subuenit: sed Sancti in carne uiuentes proximis, & maxime sibi coniunctis in periculis consulunt, & * manifestè auxiliantur. cum ergo post mortem sint multo maioris charitatis, si facta nostra cognoscerent, multum auet plus suis charis sibi coniunctis consulerent, & auxiliarentur in necessitatibus, quod facere non videntur, ergo non uidentur q actus nostros, & orationes nostras cognoscant.

¶4 Præterea. Sicut Sancti post mortem vident, verbum ita & angeli, de quibus dicitur Matth. 18. Angeli eorum semper uidẽt faciem Patris mei: sed angeli verbum uidentes non propter hoc omnia cognoscunt, cum à nescientia minores à superioribus purgẽtur: ut patet per Dionys.* in 6. cap. Cæ. Hie. ergo nec Sancti, quamuis verbum videant, in eo nostras orationes cognoscunt, & alia quę circa nos aguntur.

¶5 Præterea, Solus h Deus inspector est cordium: † sed oratio præcipue in corde consistit, ergo solus Dei est orationes cognoscere, non ergo Sancti nostras orationes cognoscunt.

SED CONTRA. Super illud Iob. 14. Siue nobiles fuerũt filij eius, siue ignobiles, non intelligent, dicit Greg.* 12. lib. Mor. Hoc de animabus sanctis sentiendum non est, quia quæ omnipotentis Dei uirtutem, vel charitatem uident, nullo modo credendum est, quòd sit forsi aliquid, quod ignorent, ergo ipsi orationes nostras cognoscunt.

Præterea, In 2. Dialogo.* Animæ uidenti Creatorem angusta est omnis creatura: quantumlibet enim de luce creatoris aspexerit, breue hi est quod creatum est, sed hoc maxime impedire uidetur, quòd animæ Sanctorum orationes, & alia, quæ circa nos aguntur cognoscant, quia à nobis distant, cum ergo distantia non impediat illa, ut prædicta authoritate patet, uidetur quòd animæ Sanctorum cognoscant orationes, & ea, quæ hic aguntur.

*Al. maxime.

*Ex ca. 7. cęlest. hierar. de diuo. Ex c. 6. eccles. hierar. de cleinando ad fi.

1. Reg. 16.

*Li. 12. Mor. c. 25. & li. 2. c. 3.

*Greg. li. 2. Dialo. c. 35.

*In argu. Sed cõtra

Tertia pars S. Tho.

1 i ¶PROB.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶PROBAT. Quia hoc pertinet ad gloriam eorum: quòd auxilium præstent indigentibus ad salutem (cùm per hoc efficiantur Dei cooperatores ;) & auxilium tale præstare non possent nisi haberent cognitionem eorum, quæ ad hoc requiruntur (ut patet.

¶*Corollarium*. Ergo gloriæ sanctorum detrahunt, qui hanc cognitionem eis contendunt auferre: de quibus in appen. sequen.

¶Examen. Ly in verbo cognoscunt. Scilicet cognitione necessaria. Minus enim dicit conclusio hæc, & plus significat: quoniam præsupponit ex prædictis rectum sensum verborum suorum. In prædictis autem dictum fuit: quòd oportet, siue necessarium est. Ergo de necessitate beatitudinis est, ut huiusmodi omnia cognoscant: itaque non essent beati, si orationes nostras, vota, & deuotiones etiam mentales pertinentes ad eos non cognoscerent in verbo.

¶ NOT. Ex hoc quòd illa omnia ad fa pertinentia videnti in verbo, sequitur, quòd illos abiorpros esse in tanta gaudiosa visione non impedit eos ab illorum omnium cognitione: immo quòd tales beatitudo eos innat ad cognoscendum, absque ulla vel minima distractione, illa omnia. Ratio est: quia in verbo formaliter, idest per verbum ipsum, non per species illorum similitudines illa cognoscunt: ut in prima part. quæstione 12. articulo nono. Vnde quanto perfectius videnti verbum tanto plus cognoscunt ea: quoniam verbum visum est ratio cognoscendi alia in seipso. Facient hæc ad confutandam & confundendam, ignorantiam pauperum de Lugduno in sua hæresi secutanda in appen. sequen. scilicet eorum: dum dicunt, quòd sancti ab sorpti gaudio cælesti nobis nequeunt intendere, cum tamē totum oppositum deberent dicere, ut nunc visum est.

Præterea, Si ea, q̄ circa nos aguntur, non cognoscerēt, nec pro nobis orarent, qā defectus nostros ignorarēt: sed hic est error Vigilantij, vt Hier. dicit in epistola ad eū, ergo Sancti ea, q̄ circa nos aguntur, cognoscunt.

RESPONDEO, Dicendum, quòd diuina essentia est sufficiēs medium cognoscēdi oia, qđ patet ex hoc q̄ Deus uidendo suā essentia, oia intuetur, non tū sequitur quòd quicunque essentiam Dei vident, omnia cognoscant, sed solum, qui essentiam cōprehendunt: sicut nec in principio aliquo cognito, ꝓsequēs est omnia cognosci, quę ex principio consequuntur, nisi tota virtus principij comprehendatur, vnde* cum animę Sanctorū diuinam essentiam non cōprehendant, non est consequens ut omnia cognoscant, quæ per essentiam diuinam cognosci possunt a. Vnde etiam de quibusdā inferiores angeli à superioribus edocentur, quamuis essentiam diuinam uideant. Sed q̄, nusquisque beatus tantum de alijs rebus, necessarium est, vt in essentia diuina videat, quantum perfectio suæ beatitudinis regrit ¶. Hoc autem ad perfectionē beatitudinis requiritur, ut hō habeat quicquid uelit, nec aliquid inordinate velit; hoc autem recta voluntate quilibet vult, ut ea, quæ ad ipsum ptinent cognoscat, vnde cū nulla rectitudo Sanctis desit, volunt cognoscere ea, quæ ad ipsos ptinet. & iō* oportet q̄ illa in verbo cognoscant t, hoc aūt ad eorum gloriam pertinet, quòd auxiliū indigentibus præstent ad salutem, sic enim Dei cooperatores efficiuntur, quo nihil est diuini* vt ait Dionysius 3. ca. Cæ. hierar. unde patet quòd Sancti habent cognitionem eorum, quę ad hoc requiruntur, & sic* manifestum est q̄ in uerbo cognoscūt nota, & deuotiones, & orationes hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt.

Cæterum isti pauperes præ sua ingenij paupertate (hæretici enim omnes indocti sunt; ex 2. Petr. 3.) non attigerunt ad penetrandum, quòd sancti uident hæc non per proprias similitudines in uerbo: sed de illis iudicarunt, sicut de infirmis animalibus, qui ex eo, quòd magno gaudio quandoque absorbentur, redduntur, uel parum, uel multum, vel totaliter inhabiles ad attendendum aliquid aliud.

Hæretici sunt indocti, & instabiles. 2. Petr. 3.

*Citatum in arg.

1m de consequente. Cognoscunt. & cognitione naturalitatem, in uerbo. § Tunc nihil contra, ut patet in tex.

¶NOT. Vide 1. part. quæst. 89. ar. 8. ubi tractatur de hac materia, edoctrinando Gregorium, & Augustinū.

2m de conclusione. Nō cognoscunt. 1. &. cognitione trahente secum dolorem de aduersitatibus cognatis circa suos, non autem cognitione simplicem. § Tunc nihil &c. Nam illo contristatur, si ante infortunia suorum de hoc seculo subtrahantur; et à quòd postea cognoscunt sit infortunia ipsa.

Ité de cōclusione. Sancti non gaudium gloriosatis non aliter. § Tunc nihil &c. ut patet in tex. ly & quia anima Iosiæ &c. Vide secundum responsum literæ. ly sed forte animę &c.

3m de maiori. Subueni. &. recidiū conformitatem dui animorum, contra nec præter. § si videlicet sit perfectus plenariè in charitate. Tunc nihil &c. Nam animæ sanctorum habent, voluntatem plenariè conformem &c. ut in textu.

¶Examen. Ly conformem in uolito: Scilicet non tantum formaliter, sed etiam materialiter. Quid autem sit hoc, colligesfaciliter ex 1. 2. q. 59. ar. 10. Ergo ly in volito, materialiter & formaliter simul, dicitur ad differentiā viatorum etiam in charitate existentiū vt ide elicere poteris.

4m illatio cōclusionis. Ergo &c. & negatur

*In lib. de cura pro mortuis habēda c. 13. 14. & 15. c. 4.

& negatur illatio. § Nō transitur ab his, quæ non pertinent ad perfectionem beatitudinis, ad ea, quæ pertinent ad ipsam. Quamuis autem non sit necessarium, videntes verbum in uerbo omnia &c. ut in text.

5m de maiori. Solus Deus inspector est. 32. per seipsum

Ad quintum dicendum, q̄ cogitationes cordiū solus Deus per seipsum nouit; sed tamē alij cognoscunt quatenus eis reuelatur, uel p̄ visionem uerbi, uel quocunque modo.

ARTICVLVS II.

Vtrum debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis.

Ad secundum sic procedi tur. Videtur quòd non debeamus Sanctos interpellare ad orandum pro nobis. Nullus. n. amicos alicuius interpellat ad orandum pro se, [h] nisi quatenus credit apud eum se facilius gratiam obtinere, sed Deus est in infinitum magis misericors quoli bet Sancto, & sic uoluntas eius facilius inclinatur ad nos exaudiendum, quam uoluntas alicuius Sancti, ergo uidetur superfluum cōstituere mediatores inter eos, & Deum, ut ipsi pro nobis intercedant.

2 Præterea, Si eos ad orandū pro nobis interpellare debem[us], hoc non est, nisi quia scimus eorum orationem Deo esse acceptam, ergo semper debemus superiores pro nobis intercessores constituere ad Deum, & nūquam minores.

3 Præterea, Christus etiam secundum quod homo, dicit sanctus sanctorum, & * eū secundū quòd homo orare competit: sed nunquam [h] Christum ad orandum pro nobis interpellamus, ergo nec alios sanctos interpellare debemus.

4 Præterea, Quicunque rogatus ab aliquo, ut pro eo intercedat, preces ipsius ei repr̄sentat, apud quem pro eo intercedit, sed superfluum est ei repr̄sentare aliquid, cui omnia sunt præsentia, ergo superfluū est quòd Sanctos intercessores constituamus pro nobis ad Deum.

5 Præterea, Illud est superfluum, quod fit propter aliquid, quod sine eo fieret, uel non fieret, sed [h] similiter Sancti orarēt pro nobis, uel non orarent, siue nos oremus eos, siue non oremus, quia si sumus digni, ut pro nobis orent, etiam nobis eos nō orantibus pro nobis orarent, si autem simus indigni, etiam si pe tamus pro nobis, non orant, ergo interpellare eos ad orandum pro nobis, uidetur omnino superfluum.

SED CONTRA est quod dicitur Iob. 5. Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Vocare autem nostrum est (ut Greg.* dicit ibidem) humili Deum prece deposcere, ergo cum uolumus Deum orare, debemus ad Sanctos conuerti, ut pro nobis Deū orent.

Præterea, Sancti, qui sunt in patria, magis sunt accepti Deo, quàm in statu viæ: sed Sanctos, qui sunt in uia, cōstituere debemus intercessores pro nobis ad Deum exemplo Apostoli, q̄ dicebat Rom. 15. Obsecro uos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatē

*Vid. Aug. ſuſt. in li. medit. c. 24. to. 9. & Ambr. lib. 1. de viduis parte. 3. tomi.

APPENDIX.

Vul. ꝓ Eccl. &c. Letaniæ. EX articulo hac ¶Primo quo modo per fatuum interimas hæresim pauperum de Lugduno (vt habetur ex summa fratris Yconij: p. 2. in bibliotheca Vaticana manuscripta) dicentis: q̄ sancti in cœlo non audiunt orationes fidelium; nec veneratores, quibus eos ve neramur, attendunt. Item eorund. ibid. sancti absorpti gaudio cælesti nobis nequeunt intendere, nec in aliquid aliud uacare.

* Tho. in 3. dist. 17. Letaniæ.

¶ Secundò habes quo per rationem ostendas: has meritò damnari à &c. ut ar. 1. app. Præsupponūt enim sanctos orationes nostras audire, quecunque concilia nos ad orandum pros hortantur (vt patet) & consequenter præsumpsit & condemnāt hæreles prædictas. Item ab ecclesiastico ritu, quotiescunq; Litaniæ instituuntur & hoc propter eandem, quæ dicta nunc est, rationem. Condemnantur ergo à Pelagio Papa primo per hoc, q̄ Litaniæ cum Homois, & cantoris spiritualibus instituit: die progrediendo à sancto Paneratio uico, ad sanctum Petrum Apostolum: ut habetur in eius uita ex libro Pontificali tomo 1. conciliorum. Item à concil. Lugdunensi primo. Placuit uniuersis fratribus ut Litaniæ ab omnibus ecclesijs, seu parochijs celebrentur. Hæc ibi. Item à Concil. Gerundensi cap. 5. Letania facienda est Calendis Nouembris. Hæc ibi. Item à Concil. Bracharensi 2. cap. 9. Placuit, ut conuenientes in unum uicinæ ecclesiæ per triduum, cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes celebrent Litanias. Hæc ibi. Item à Paga Honorio primo, de quo Hic fecit constitutum in ecclesia, & decreuit ut omni ebdomada Sabati die exeat Litania à Beato Appolinare, & ad S. Petrum Apostolum cum hymnis & canticis populus omnis occurrere debeat. Hæc ibi. Item à Concil. Constantinopolitano. 7 actione prima, dum sic recitat. Cum graues terræmotus ciuitatem Constantinopolitanā occupassent, magni, & paruus, diues, & pauper, seruus, & liber, extra ciuitatem in campo secedentes simul concurrerent. Quibus ubi Deus parcere clementer dignatus est, reuelauit beato Proclo tristitiam acclamare, cum ipsi ad propulsandā ita Litanias faceret. Hæc ibi. Hoc tristitiam (vt ibi dicitur) est illud: sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri. Item à Concil. Toletano. 5. ca. 1. Decreto nostro sanximus, ut per specialia (in cuncto regno hæc religiosa teneatur observantia: ut Litania triduo ubique peragatur, & indulgentia delictorum lacrimis impetretur. Item à Concil. Toletano 6. ca. 2. ubi sanctitur de Litanijs solemniter per soluendis pro obtinenda indulgentia delictorum. Item à Concil. Magunsino cap. 41. & 51. Item à Papa Zacharia in epistola ad Bonifacium: ubi suasit crebrò exoluendas esse supplicationes, seu Litanias, calamitatibus irrētibus. Item à Papa Gregorio 9. per hoc quòd ipse frequentat Litanias, fluuius Tiberis quasi increbiliter alueum suū egressus, ad urbis dānum, recurritur in locum proprium: ut legitur in uita Gregorij eiusdem, exlib. Pontificali. 3. tomo Concilior. Quod

*Li. 5. Mo ra. ca. 40. in med.

¶ Tertiò habes quomodo prædicti scripturarum & patrum, pro quanto quod dximus intuamur, & intelligas, & probes, & tueatis.

¶ Quartò uides quomodo exijt, uerissim Angelica doctrina hæc declaratur, & & confoliditur.

QVÆST. LXXII. ART. II.

CONCL. 1ª. Hoc diuinæ legis ordo requirit, vt non qui manentes in corpore peregrinamur à domino, in eum, per sanctos medios reducamur.

¶Examen. Ly reducamur. Hoc illud est: quando Deus nos ad seipsum conuertit; id quod tangitur in textu per ly quod quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem contingit, dum per eos diuina bonitas in nos suum effectum infundit.

¶PROB. Quia iste est ordo diuinus, ut per media vltima reducantur in Deum (ex Dionisio.)

¶Examen. Ly media. Iste est mediantibus aliquibus quæ non sunt Deus, neque vltima. Nã non oportet, quòd solùmodò per sanctos medios desit de media hierarchia, reducamur in Deũ, sed sufficit, quòd per sanctos medios, idest mediantibus sanctis, qui non sunt Deus neq; nos. Et hic est sensus tũm Dionisij, tum consequentis. In eum ligenum sancti omnes tum superiores, tũm medij, tum inferiores, interpellantur ab ecclesia in Litanijs tanquam mediatores ad Deum. Videatur pro hoc textum reportum ad 2ũm.

CONCL. 2º. Sicut mediantibus sanctorum suffragijs Dei beneficia in nos deueniunt: ita oportet, nos in Deum reduci, ut iterato beneficia eius sumamus mediantibus sanctis.

¶Corollarium. Habetur ergo hinc: & quòd sancti orant pro nobis: cuius finis non cognoscitur à nobis: q̃ beneficia ex talibus eorum suffragijs nobis impenduntur. Hoc autem designatur in conclusione vsq; ad ly ita: ex quo mox quasi deducitur illi aliud, scilicet q̃ nos exaudiri debemus ad inuocãdum istum talium sanctos: sanguam sic argumentantes. Si sancti isti pro nobis beneficia suffragijs suis conferunt, nõ regnantium ò magis, à nobis rogabuntur, beneficia conferent.

¶PROB. Quia rectus noster in Deũ respondere debet processui bonitatum ipsius ad nos.

¶NOT. Hoc est. Iud solum à philosopho dicit, q̃ finis debet correspondere principio. Hoc enim philosophicum vocãdo ad actum theologiæ, talem propositionem in probatione expressam D. Thomas effecit.

¶CONCL. 3º. Dum nos petimus à sanctis, quòd pro nobis orent, constituimus eos intercessores pro nobis ad Deum, & quasi mediatores.

¶Examen. Ly quasi. Hoc stat tanquam expressiuum istius termini fiat de mediatore etiam non primo. Reuera enim sunt mediatores inter nos & Deum. Vel ly quasi tenetur diminutiue, non quia non sint reuera mediatores, sed quia non sunt principales. Principalis enim mediator unus tantum est, scilicet Christus, de quo. 1. Io. 2. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Et Ephes. 2. Per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Secundarij autem mediatores sunt sancti alij de quo Moyses Deuter. 5. Ego fui sequester & medius inter vos & Deum. Ex quo dicam à fortiori q̃ & Moyses alijque simile (ut Daniel pro populo orat; Iudith. Hester. &c.) fuerunt medij inter peccatores & Deum, cum adhuc & ipsi peccatores essent: multo magis nunc ab omni miseria sanctificati, & de se minus solliciti, diuinaq; claritate pleni, mediatores erunt. Secundarij sunt ij, quia virtute hanc mediandi mediante à primo mediatore: qui solus per seipsum in sanguine proprio accedit ad Deum, exteri uero præsupposito ipsius merito: eiusque influentia faciente scipsos idoneos ad hoc.

¶PROB. Quia ex præmissis conclusionibus præsupponitur clara.

1m de maiori. Nisi quatenus ere factibus gratiã obtinere &c. ut dictũ est quatenus credit, eum uelle talem ordinem seruari. §. Tunc nihil contra. Nam credimus, Deum uelle seruari talem ordinem, ut per sanctos tanquam mediatores ad ea quæ à nobis credimus, magis in infinitum misericors. Sicut enim non est propter defectum diuinæ potentiæ q̃ &c. ut in text.

2m illatio cõclusionis. Ergo &c. & negatur illatio. §. Ratio est: quia quãuis sancti superioris sint magis Deo accepti & cari ut in text.

3m d minori Christũ, &. absolute sumpti: nõ, cũ addito. §. Tunc nihil &c. Non. n. est simile de alijs sanctis, & de Christo: qñ alij sunt pari hoes, & cõsequenter cõuenit illis, q̃ qñ suppositis quibusdã, orare, Christus ut ò nõ est parti hõ & iõ nõ cõpetit ei suppositaliter orare, sed rñ secñm naturã inferiorẽ in se habitã. humanã, eo modo, quo & Hebr. 12. hr. Christi sanguine pro nobis orare dr Hebr. 7. & Rom. 8. ut ex cõtextibus ibi patet. Rõ huius adducit in hã rãnem.

4m de minori. Repræsentare. &. ad notificandum aliquod incognitum: non ad cõsulendũ, vel

*Art. seq.

vel alias posse latendum. §. Tunc nihil &c. Nam sancti non dicuntur percere nostras Deo repræsentare quasi &c. ut in textu.

¶Examen. Ly quasi. Idest quia. In signum huius subditur in sententia aduertendum ly quia: dicendo sed quia eas exaudiri &c. Ac si dictum fuisset. Non dicuntur repræsentare, quia ei incognita manifestẽt, sed quia eas exaudiri à Deo petunt, uel diuinam cõsulunt veritatẽ de eis, quid scilicet secundum eius prouidentiam fieri debeat.

AD QVINTVM dicendum, q̃ ex hoc ipso aliquis efficitur dignus, ut sanctus aliquis pro eo oret, quòd ad ipsum in sua necessitate cum pura deuotione recurrit: & ita non est superfluum quòd Sanctos oremus.

5m minor. Nisi forte sancti orarent, uel non orarent; siue nos oremus eos, siue non oremus &. negatur illa. §. Ad rationem respondetur. 9. sumus digni, tunc pro nobis orant: sed digni efficimur ad hoc ex eo, quòd ad sanctos ipsos cum pura deuotione recurrimus: ut in textu.

¶Corollarium. Ergo quasi implicationem oppositorum volebat arguere, quando optabat nos fore dignos, ut sancti pro nobis orarent: & ex alia parte dissuadebat, nos recurrere ad illos. Quasi diceret: dignos uos uolo, & simul indignos: uel sic saltem, quòd dignos uos volo, sed viam ueniendi ad hanc dignitatem uobis subripio. Quod autem sic uelles arguens, patet ex responsione quo habetur, quòd uia perueniendi ad hanc dignitatem q̃ sancti orent pro nobis est hæc, quòd scilicet nos deuoto corde ac precibus recurramus ad illos in necessitatibus nostris.

¶Examen. Ly similiter. Idest tanquam. Verbum hoc dicebatur in argumento: & ut patet, iuxta sensum arguẽtis (qui doquidem argumenta hæc hæreticorum personam induit) significatur idem, quod diximus.

Vnde efficitur di. Quasi diceret: dignos uos uolo, & similiter indignos: uel sic saltem, quòd dignos uos volo, sed viam ueniendi ad hanc dignitatem uobis subripio. Quod autem sic uelles arguens, patet ex responsione quo habetur, quòd uia perueniendi ad hanc dignitatem q̃ sancti orent pro nobis est hæc, quòd scilicet nos deuoto corde ac precibus recurramus ad illos in necessitatibus nostris.

APPENDIX.

Vid. p. 5. Eccl.

EX articulo habes, ¶primò, quo per rationem interimas hæresim Pauperum de Lugduno (vt ex summa Fr. Xaverius. 5. par. cap. 2. manuscripta in Bibliotheca Vaticana) dicentium Sancti non orant pro nobis: ideo non oportet implorare eorum suffragia. Item Vigilantij (ut habetur ex Di. Hieronimo contra ipsum) dicentis: Sancti non sunt in nostrum auxilium inuocandi. Item Lutheri hæresiarchæ. Sebast. Hist. Occolampadij (Praticorum) dicentium: sanctos non honorandos, neque orandos esse. Item Publicanorum (Prat. Publicani) dicentium: sanctorum suffragia in cœlis regnantium non esse expetenda. Item Catharorum (ut refert Card. Turrecremata, de eccl. lib. 4. ca. 11.) dicentium non esse imploranda auxilia. B. Virginis, nec Angelorum nec sanctorum. Item Almarici (Prat. Almar.) dicentium: taria dicata sanctis, & imagines thuificare, ipsorumq; inuocationes, idolatriam esse. Hæc omnia sunt quædam nostræ orationes ad sanctos: ideoque asserentur hic. Item Bezanitarum (Prat. Bezanitæ) dicentium: quòd inuocationis sanctorum fundamenta per optimos & sanctos Patres icit Sathan. Quasi, q̃ optimi & sancti patres potuerint esse optimi & sancti, & tamen, hoc Sathanæo spiritu instruentes, aut ab ipso decepti, tum tamen Apostolum in eorum personas dicere: Cessa. 2. Non ignoramus cogitationes eius, inde ut Sathanæ & Rom. 16. Pro eis oret, ut dominus conterat Sathanam uelociter sub pedibus eorum, & Ephes. 4. Tollificetur, partes ipsos nobis à Deo datos, ne timus tanquam parnuli fluctuantes, & circumferamur omni uento doctrinæ.

¶Secundò habes quomodo per rationem ostẽdas prædictas hæreses meritò damnari à scripturis 2. Petr. 1. Dabo autem operam, & frequenter, habere uos post obitum meum ut horum omnium memoriã faciatis. Hęc ibi. Vbi aperte promittit se post mortem oraturum pro eis. Item à Concil. Senonensi in suis decret. fidei catholicæ, decreto. 13. In eam demum hæreticis insaniam, ut uiuos sanctorum, qui in cęlis sunt defraudes auxilij, quasi uel præces nõ audiant, uel nostris calamitatibus non tangantur, quasi diuinæ clementiæ derogent, q̃ qui Christo mirificauerit, hoc honore dignus habeatur, ut pro cęteris in-

ARTICVLVS III.

Vtrum orationes sanctorum ad Deum pro nobis effusæ semper exaudiantur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod orationes Sanctorum pro nobis ad Deum fusæ, non semper exaudiantur: Si enim exaudirentur, maxime exaudirentur Sancti de quibus tantum gaudium super unius peccatore pœnitente fit, ut dicitur Luc. 15. Sed quãm sit primum horum meritum dissonum, facile intelligitur, qui beatis per unum esse non ignoratum in hoc illud diuinum ratis speculum, in quo quicquid eorum interest, illucescat. Porrò quod ad 3ũm attinet quæri potest, ut nostris nõ affluant incommodis, quorum nunquam excidit charitas.

Ora ad se. pœnitentia eatore pœnitentiam sancti cooperantes Abraham, rũ gnoscunt his diuersaretur, prò in uerbo; salute sodominarum ferũdum apud dominum secundũ. mel & iterum interpellauit, ut procertò iustorum numero, q̃ inter eos reperiretur, non parceret ciuitati. An nunc, cum in cœlo gloriosius regnat, usque adeò retrigniti eius charitas: memor est horum suorum factus non oret pro his, qui in hoc peccatorio mari diris tempestatibus fluctuant? Nihil autem diuinæ bonitati, uel omnipotentiæ deperit quæ summa & incomprehensibili sapientia infima quæque per interme dia moderatur & regit: neque minus unus est mediator Dei & hominum Iesus Christus: sit iuxta sacram Aurelianensis concilij atque aliorum quam plurium institutionẽ Litanijs ad aliquos sanctorum conuertamur: Christo tamen accepta seruatorę omnis, per quem omne id genus inueniendi mutuis, cęteraque in humanum genus beneficia deriuentur. Abiit igitur ut tantum sit apud aliquem, ut recurrat ad eum. Manichęi, Catharis, &c. Pluris fit sacrorum conciliorũ authoritas, quibus siquis pertinacius obstiterit, iuste coercetur à hæreticis à inre flatum declarandus coercendum. Hęc ibi. Vbi illud, quod dicit, q̃ sancti efficiuntur nostris incommodis, non intelligas; nisi quantum ad effectum subleuationis istius molestiæ, mediante sua intercessione & orationibus, quæ continent diuinæ Deo: Genes. 6 quod fuit tactus dolore cordis intrinseco, & psalm. quo dixit ipso est furor & ira, & q̃ misericordiæ psal. 88. qua, cum alijs huiusmodi, procul dubio intelligenda sunt non quantum ad affectum, sed quantum ad similitudinem effectus. 1 par. q. 3. art. 2. Vnde concil. dictum illud, cum dicto apostoli 1 Ioh. sanctissime concordate potest rectum sensum vtrobique tenendo. Item à concil. Nicæno. 2. actione. 2. vbi ex libello synodali epistola ad Iohannem apostatam dicit. Suscipio etiam sanctos Apostolos, prophetas, & martires, qui pro me apud Deũ supplicent, quo per illorum mediationem propitius mihi sit Deus benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honoro, & salem adoro. Hoc enim nobis traditum à sanctis Apostolis unum est probandum. Hæc ibi concilium. Item à concil. Trid. sess. 25. decreto de inuocatione, & veneratione sanct. Mandat sancta Synodus omnibus docendi munus, eumque sustinentibus ut diligenter fideles instruant, docentes eos: sanctos una cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum atque utile esse eos supplices inuocare: & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Iesum Christum, qui solus redemptor noster est, ad eorum orationes, opem, auxilium confugere. Illos vero qui negant sanctos æterna fruentes in cœlo felicitate inuocandos esse, aut qui asserunt, uel illos pro hominibus non orare uel eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, idolatriam esse, uel pugnare cum uerbo Dei, uel aduersari honori unius mediatoris Iesu Christi, uel stultum esse in cœlo regnantibus uoce aut mente supplicare; omninò damnandos esse; prout iam pridem eos damnauit, & nunc etiam damnat ecclesia. Hæc ibi. Item à concil. Latteran. maxime sub Innoc. 3. cap. Damnamus. Ibi namq; in fine damnatur doctrina Almarici. Et à Conc. Trid. sess. 25. Specialiter & de manda prædictæ hæreseos Almarici per hoc ipso mandat, imagines sanctorum in templis habendas, retinendas, honore debito & imperpendo; non tamen inesse aliquam in eis diuinitatem, aut virtutem propter quam sint colendæ, aut ab eis quidquam petendum, aut fiducia figenda sit in imaginibus, tanquam olim fiebat a gentibus, sed quia honos, qui eis exhibetur, ad prototypa quæ eæ imagines repræsentant referatur, ita ut per imagines quas osculamur, & ante quas caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & sanctos imitemur, quorum similitudinem illæ gerunt. Hæc ibi. Vbi aperte habetur quòd per rationem prædictæ patrum pro quanto non debere sanctos interpellare ad orandum pro nobis inutilem, & intelligas, & probes & defendas.

¶Quarò vides quomodo ex his verbis Angelica doctrina à hæc declaretur, & confoletur.

QVÆST. LXXII. ART. III.

CONCL. 1º. Orationes, siue expresse, siue interpretatiuæ sanctorum à viatoribus, quibus in cis est, efficaces ad impetrandũ quæ petũtur.

¶Examen.

A sanctis Apostolis traditum est nobis dogma orandi sanctos in cœlo existentes.

Concil. 1. Aurel. ca. 23. uel 29. de cõsec. dist. 3. ca. Sanctos.

316

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Examen. Ly expresse, ly interpretatiue. Idest &c. ut in textu.

¶PROB. Quia de se patet.

¶NOT. Et merito Alioquin beati non essent beati. Hoc. n. ad perfectionem beatitudinis pertinet, ut homo habeat quicquid uelit, nec aliquid inordinatè uelit. 2. 2. 1. corp.

¶CONCL. 3ª. Ex parte nostra potest esse defectus, q̃ nõ consequamur fructum orationum sanctorum interpretatiuum. i. secundum q̃ pro nobis orare dicuntur ex hoc, quòd merita eorum nobis proficiunt.

¶Carolstadium. Ergo ex parte ipsorum sanctorum, quando meritis suis pro nobis intercedunt fructum semper conseqꝫeremur: nisi nos ipsi utilitatē ipsam inde de se prouenturam impediremus, ne vtique ad nos perueniret.

¶PROB. Quia patere præsupponitur.

¶CONCL. 3ª. Orationes sanctorū expressæ, idest secundū q̃ orãt pro nobis vtiq; in suis aliquid nobis postulando, exaudiuntur semper.

¶PROB. Quia sancti sic postulãdo nõ uolunt, nisi qđ Deus ulli; nec petunt, nisi quod uolunt fieri.

CONCL. 4ª. Non est mirum, si orationes sanctorum expressæ per modum uoluntatis antecedentis interdum nõ implentur.

¶NOT. Huiusmodi orationes sunt, quando sancti postulant pro omnibus & singulis, ad uitam æternam perueniẽt. Voluntas enim antecedens est in his ille consideratis quorũ naturam hominũ, ut sic, attendunt. Pro quo medius intelligendo inde 1. par. q. 19. ar. 6.

¶PROB. Quia nec uoluntas Dei antecedens semper impleitur, ut 1. par. q. 19. ar. citata.

1ᵐ minor. De his non exaudiũ

his, quæ ad eos pertinent: sed de his[h] non exaudiuntur. Vnde dicitur Apocalipsis sexto, quòd martyribus petentibus uindictam de his, quæ sunt super terram dictum est, ut requiescerent modicum tempus adhuc, donec impleretur numerus fratrum suorum: ergo multo minus exaudiuntur de his, quæ ad alios pertinent.

2 Præterea, Hiere. 15. dicitur, Si steterit Moyses, & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istum, ergo Sancti non semper exaudiuntur, cum pro nobis orant ad Deum.

3 Præterea. Sancti, in patria æquales angelis Dei dicuntur, ut patet Matth. 22 sed Angeli[h] nõ semper exaudiuntur in suis orationibus, quod patet ex hoc, q̃ habetur Danielis decimo, vbi dicitur: Ego ueni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi uno, & uiginti diebus. Non autem uenerat in auditorium Danieli Angelus, qui loquebatur, nisi à Deo liberationem petendo, & tamen est impedita orationis eius impletio, ergo nec etiam alii Sancti pro nobis orantes apud Deũ semper exaudiuntur.

4 Præterea, Quicunque oratione impetrat aliquid, quoddãmodo meretur illud: sed sancti, q̃ sunt in patria non sunt in statu merendi, ergo non possunt suis orationibus aliquid impetrare nobis apud Deum.

5 Præterea. Sancti per omnia conformant uolũtatem suam uoluntati Dei, ergo nolõt nisi quod sciunt Deum uelle: sed hoc quod vult[b] fieri, fieret etiam eis non orantibus, ergo eorum orationes non sunt efficaces ad aliquid impetrandum.

6 Præterea. Orationes totius cælestis Curiæ, si aliquid impetrare possunt, sunt efficaciores, quàm omnia præsentis Ecclesiæ suffragia: sed multiplicatis præsentis Ecclesiæ suffragiis factis p̃ aliquo in purgatorio existente, totaliter absolueretur à pœna: cum ergo Sancti, qui sunt in patria, eadem ratione orent pro illis, qui sunt in purgatorio, sicut, & pro nobis; si nobis aliquid impertant, illos, qui sunt in purgatorio totaliter orationes eorũ à pœna absoluerent, quod falsũ est, quia sic suffragia Ecclesiæ pro defunctis facta, superflua essent.

SED CONTRA est, quod habetur secundi Machabæorum ultimo. Hic est, qui multum orat pro populo, & pro uniuersa sancta ciuitate, Hieremias Propheta Dei, & quod eius oratio sit exaudita, patet per hoc quod sequitur, quòd extendit Hieremias dexteram, & dedit Iudæ gladium dicens: Accipe sanctum gladiũ munus à Deo, &c.

Præterea. Hiero.[n] in epistola cõtra Vigilantium: Dicis in libello tuo quòd dum uiuimus, mutuo p̃ nobis orare possumus, & hoc postea improbat dicens sic: Si Apostoli, & Martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris quando pro se adhuc debent esse solliciti, quãto magis post coronas, uictorias, & triumphos.

Præterea, Ad hoc est consuetudo Ecclesiæ, quæ frequenter petit, ut sanctorum orationibus adiuuetur.

RESP. Dicendum, quòd Sancti dicuntur ẽfficiter orare pro nobis. Vno modo oratione expressa, dum uotis suis aures diuinæ clementiæ pro nobis pulsant. Alio modo quasi oratione interpretatiua, scilicet per eorum merita, quæ in conspectu eius existentia non solum eis eedunt ad gloriam: sed sunt nobis etiam suffragia, & orationes quædam, sicut etiam sanguis Christi pro nobis dicitur ueniam petere.[m] Vtroque autem modo Sanctorum orationes sunt, quarum est in eis, efficaces ad impetrandum quod petũt [n] † sed[r] ex † parte nostra potest esse defectus, q̃ non consequamur fructum orationum ipsorum, secundum quod pro nobis orare dicuntur, ex hoc q̃ merita eorum nobis proficiunt[s] sed [t] secundum quòd orant pro nobis, uotis suis aliquid nobis postulando, semper exaudiuntur,[t] quia non uolunt, nisi quod Deus uult nec petunt, nisi quod uolunt fieri; quod autem Deus simpliciter uult, impletur; nisi loquamur de uoluntate antecedente, secundum quam uult omnes homines saluos fieri, quæ non semper impletur. Vnde nec [u] est mirum si quod Sancti uolunt per hũc modum uoluntatis, interdum non impletur.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ illa oratio martyrũ non est aliud, q̃ eorum desiderium de obtinenda stola corporis, & societate Sanctorum, qui saluãdi sunt, & cõsensu, quo consentiunt diuinę iustitiæ punienti malos, vnde Apocalyp. 6. super illud. Vsquequo Domine, &c. dicit Glo. Desiderãt gaudiũ maius, & consortiũ Sanctorum, & iustitiæ Dei consentiunt.

AD 2ᵐ dicẽdum, q̃ Dñs loquitur ibi de Moyse, & Sa-

tur. & negatur ista. §. Nam illa oratio Apocalip. non infert q̃ sancti nõ sint exauditi immo totum oppositum. Oratio enim illa maturum non est aliud, quàm eorum desiderii &c. ut in textu. Ex quo habemus q̃ martires ipsi orando sic, non intendebant exaudiri aliter, quàm Deus uellet, & hoc factum est.

2ᵐ ex Hieremia. Moyses & Samuel. & uiuentes in præsenti uita; non aliter. §. ut in tex. Tunc nihil &c. ut patet. Nam loquimur, de sanctis in patria, nunc.

3ᵐ mi-

[r] Inter principia & medium huius epistolæ, quæ incipit, Multa in orbe nostra. 23. d. 1. † post uerba citata & male gloss. Aug. ser. 29. de uerbis, to. 10.

[s] lo. or. & n. lib. de & Sa-

3ᵐ minor. Daniel allatam, respondetur, quòd non concludit propositum ad quod alia arguente addebatur. Pugna enim ista homis angelorum non intelligitur ex hoc, q̃ apud Deum contrarias orationes &c. ut in tex. Pro hoc etiam uide 1. par. quæst. 113. ar. 8.

4ᵐ de minori. [a] Glos. interli. ibidem. Non sunt in statu merendi & sibi nõ alijs. §. Tũc nihil &c. ut patet.

Itẽ illatio cõclusionis. Ergo &c. & negatur illa. §. Nam trahitur a nõ mereri ad non impetrare, cũ tamen multum differant illa duo, ut in textu patet. Vbi uide 2ᵐ. responsum ly uel dicendum, q̃ oratio ex alio meretur &c.

[b] lib. 17. Moral. c. 7. non p. cul a fin. ¶NOT. Secũdum responsum ad maiorem connitentem, negatium sanctorũ orationes pro nobis exaudiri, additum est primo. Quod quidem summarie dicere volt in proposito. Dato etiam, q̃ sancti non essent in statu merendi pro nobis, quod tamen nõ conceditur (ut patet ius. responso:) tamẽ ad huc orationes illorũ pro nobis exaudirentur, quoniam sunt in statu impetrandi.

Mereri & impetrare, fundãtur super diuersa.

5ᵐ minor. Hoc, quod uult fieri fieret, etiam eis nõ orantibus. &c. ut patet, hoc fieri uno medio orationum illorũ alteri. §. Tũc nihil &c. Nam multa Deus præuidit certis fienda mediantibus orationibus sanctorũ ita quòd non nisi mediantibus eisdem, prouenirent unquam. Vnde uult Deus illa fieri, sed non, nisi talibus mediis.

Multa uult Deus fieri non nisi absque mediis.

Corollarium. Posset ergo vt orationes huiusmodi fiant pro uoluntate Dei in effectu implenda. Et hoc esset q̃ taliter orantes, ut sic, sunt cooperatores Dei: quo nihil dimmis. Ergo taliter orantes non fruitatorie agunt; ut argumentum intendebat.

¶NOT. Simile quid doctrinæ responsi huius textualis est disputatio de prædestinatione, & aliis huiusmodi. In his ergo disputationibus memento semper: quòd Deus futurum euentũ infallibiliter prædestinatorũ uoluit esse mediantibus præuijs operibus prædestinati in gratia usitata simul & arbitrij libertate. Vnde si talia per nos possibile nõ operaretur modo, quo à Deo præuisum est ipse non saluaretur. Et licet hoc sit impossibile tamen consequentia illa est omnino necessaria. Sicut ergo ineffabiliter ordinauit, qui ad euentũ certo futurũ, mediis tamẽ suis orationibus, uolent per orationes proprias concurrere; nihilominus uellent iuxta illum de facto uenire (ut colligitur ex præsenti textu, ita dicendum sunt &c.), qui dicunt, q̃ sumus præ-

A Item xxvi. faciamus quicquid uelimus; quoniam infallibiliter saluabimur. Pro captu melioris dictos uide 1. par. quæst. 23. artic. 6. 7. & 8.

6ᵗ de conclusione. Si nobis aliquid impertant, illos, qui sunt in purgatorio totaliter orationes eorũ à pœna absolueret. n. negatur hoc. §. Nam aliud est loqui de suffragijs ecclesiæ pro mortuis, & aliud de orationibus sanctorũ pro eis dem. Nam suffragia ecclesiæ pro defunctis sunt quasi quædam &c. ut in textu. R. filio 2ᵒ.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶Primò: quomodo per ratio- Vtil. pro nẽ intelligimur hæresim Hussitarũ (Pra. Hussitæ.) dicentium, orationes inutiles sunt quia ola fiunt necessitate absolutã. Si enim omnia euenirẽt de necessitate absoluta, non effet, q̃ orationes fierent: & per consequens nec exaudirẽtur. Quod non tantum de uiatoribus, sed & de sanctis Hussitæ per eandem rationem uoluisse uidentur. Dato ergo probat sic sanctus Doctor, quòd orationes sanctorũ exaudiuntur, per hoc simul ostenditur, quòd illorũ orationes nõ sunt inutiles, & conquenter, quod non omnia de absoluta necessitate fiunt: & per idem aduersus Hussitas militat efficaciter.

¶ Secundò habes quomodo per rationem ostendas, illã meritò damnari à concil. Constantiẽ si sess. 15. Hæc sacrosancta synodus reprobat, atque condemnat libros Io. Hussi, atq; ipsos comburendos publicè & solemniter decernit, & diffinit, adijciens propter præmissa, omnem eius doctrinem meritò esse, & fore suspectam de inde, & ab omnibus Christi fidelibus eũ tandem. Hæc ib. Si ergo totam cuius doctrinam damnat, utiq; & prædictam de oratione.

¶ Tertiò habes quomodo per rationem ostendas, meritò inuentum ab Apocal. c. quòd orationes sanctorũ exaudiuntur, quando uidit ibi Ioannes uiginti quatuor seniores habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramẽtorũ, quæ sunt orationes sanctorum. Item Apocal. 7. Data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorũ super altare aureum, quod est ante thronum Dei & ascendit fumus incensorũ de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Hæc ib. Ecce, q̃ per ly odoram. etorũ insinuat id, quod iam diximus. Nam res Deus dicitur odorari aliquã orationem quando exaudit. Gen. 8 p oduratus est dominus odore suauitatis, & ephes. 5. tradidit semetipsum pro nobis hostiam Deo in odorem suauitatis. Hoc est Deus exaudiens ipsum Noẽ orantem, & exaudiuit Christi sanguinem aspernum pro nobis loquentem. Hebr. 12. in oblatione eius. Iuxta ab ecclesia in collecta. Quia non desinis propitius

Vtil. pro 5. Eccles. &c.

[t] Insolutas. 1. 3. huius ar.

[u] In lib. 2. qui est de bono perseuerãtiæ c. 21. 10. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuerti, quos talibus auxiliis conestis adiuuari. Ecce. Loquitur Deo de sanctorum orationibus: & illas per talem modum loquendi exaudiri ab ipso designat. Itē à Ioh. 9. Si quis cultor Dei est, & uoluntatem eius facit, hūc Deus exaudit. Quis autem magis Dei est cultor, uoluntatem eius faciēs, q̄ sancti in patria? Item à concil. Trid. sess. 25. decret. de inuoc. sanct. Instruāt bonum atque utile esse inuocare eos: & ob beneficia impetranda à Deo ad eorum orationes confugere: sanctorum quoque corpora à fidelibus uenerāda esse: per quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur. Hæc ibi. Vbi nota p. exauditione orationum sanctorum ly utile est eos inuocare: ly ob beneficia impetranda. Itē notes ly per quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur. Per hoc enim, q̄ per corpora sanctorum beneficia nobis præstantur, monstratur à fortiori, q̄ per orationes animarum illorum beneficia in nos proueniant: qd̄ non fieret nisi exaudirentur. Item à Machab. iij. in arg. 2. sed contra. Item à tota ecclesia ubi in collectis, orationibus sanctorum efficitur intercessionem Christi. Nam orationes omnes in quibus infrag. à sanctorū postulat, terminantur, per Christum dominum nostrum. patet ad 2. Christus exaudiuit est pro reuerētia suæ Hebr. 7. & exaudiuit eo modo, quo uult exaudire. Per hoc igitur, q̄ intercessores secundarios, qui sunt sancti, intercessori primo, q̄ est Christus, colligat ibi ecclesia, declarat: q̄ orationes sanctorū exaudiuntur de his, quæ postulāt, uel ad literam concedendo postulata, uel aliter eo modo, quo ipsi uolunt siue antecedente siue consequēte uoluntate. Et ultra ad. declaratiua ecc. e

Tho. 4. d. 48. q. 1. ar. 4. q. 1. & seq.

*Al ordinantur.

Orationes ecclesiæ, et suffragia sanctorū postulantes, quare terminant p Christo domino nostrum.

uentium uice mortuorum, & secundum hoc mortuos à pœna absoluunt, quam non soluerunt: Sed Sancti, qui sunt in patria, nō sunt in statu satisfaciendi, & ideo non est simile de eorum orationibus, & Ecclesiæ suffragiis.

QVÆSTIO LXXIII.

De signis quæ iudicium præcedent, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de signis, quæ iudiciū præcedent.

Circa quod quæruntur tria.

Primo, Vtrum aduentum Domini ad iudicium aliqua signa præcedent.

Secundo, Vtrum secundum ueritatem sol, & luna obscurari tūc debeant.

Tertio, Vtrum uirtutes cælorū Domino uenīente moueātur.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliqua signa præcedent aduentum Domini ad iudicium.

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur quòd aduentū Domini ad iudicium, nō præcedent aliqua signa, quia 1. Thess. 5. Cum [b] dixerint pax, & securitas, repentinus ei superueniet interitus: sed non esset pax, & securitas si homines per signa præcedentia terrentur, [b] ergo signa non præcedent illum aduentum.

2 Præterea, Signa ad [b] manifestationem alicuius requiruntur: sed [b] aduentus eius debet esse occultus: unde & 1. Thess. 5. Dies Domini sicut fur ita in nocte uenit, ergo signa non debent ipsum præcedere.

3 Præterea, Tempus primi aduentus fuit præcognitum à Prophetis, quod non est de secundo aduentu: sed primum aduentum Christi non præcesserunt aliqua huiusmodi, [b] ergo nec secundum præcedent.

SED CONTRA A est quod dicitur Luc. 21. Erunt signa in sole, & luna, & stellis

Præterea, Hiero. ponit 15. signa præcedentia iudicium, dicēs, quòd primo die maria omnia exaltabuntur 15. cubitis super montes. Secundo, omnia æquora prosternentur in profundum, q̄ uix uideri poterunt. Tertio, reddentur in statum antiquū. Quarto, belluæ omnes, & alia, quæ mouentur in aquis, congregabuntur, & leuabunt capita super pelagus more contentionis inuicem mugientes. Quinto, omnia uolatilia cæli congregabuntur in cāpis inuicem plorantes, non gustantes aliquid nec bibentes. Sexto, flumina ignea surgent cōtra firmamentum ab Occasu solis usque ad Ortum corruentia. Septimo, oia sydera errantia, & fixa ex se spargēt igneus comas sicut cometæ. Octauo, erit magnus terræ motus, ut omnia animalia prosternātur. Nono, omnes plantæ sanguineum dabunt rorem. Decimo, omnes lapides parui, & magni diuidentur in quatuor partes, unaquaque aliā collidente. Vndecimo, omnes colles, & montes, & ædificia in puluerem redigentur. Duodecimo, omnia numerota uenient ad campos de syluis, & montibus rugentia, & nihil gustantia. Decimotertio, omnia sepulchra ab ortu solis patebunt eadueribus ad resurgendum. Decimoquarto, omnes homines de habitaculis recedent, non intelligentes, neque lōquentes, neque discernentes. Decimoquinto, omnes morientur, & resurgent cū mortuis longe ante defunctis.

RESPONDEO, Dicendum, q̄ Christus ad iudicandum ueniens, in forma gloriosa apparebit propter autoritatem, quæ iudici debetur. Ad dignitatem autem iudiciariæ potestatis pertinent habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam, & subiectionem inducant; & ideo [m] aduentum Christi ad iudiciū uenientis multa signa præcedent, [a] ut corda hominum in subiectione uenturi iudicis adducātur, & ad iudiciū præparētur hmōi signis prænoniti: quę autem sint ista signa, de facile sciri non potest. Signa enim, quę in Euangeliis leguntur (ut Augustinus [a] dicit ad Esutium de fine mundi) non solum pertinent ad aduentum Christi ad iudicium: sed etiam ad tempus destructionis Hierusalem: & ad aduentum, quo Christus continue Ecclesiam suam uisitat; ita quòd forte, si diligenter aduertatur, nullum eorum inueni

sia per hoc: q̄ mediandi offertorium, & uirtutem habēt sanctū à principali mediatore Christo: ut docuit concilium Senonense, supra ar. 11. appen. De quo & uide ar. eod. exam. 3[m]. conclus.

¶ Quartō habes: quomodo per rationem prædictā patrū & scripturarum pro quantū directe uel indirecte insinuant orationes sanctorū exaudiri pro nobis, & intelligas & probes, & defendas.

¶ Quintō uidet quomodo ex ijs ulcissim Angelica doctrina hæc & declaratur & confoluitur.

QVÆST. LXXIII.

ART. I.

CONCL. 1[a]. Adustiam Christi ad iudicium uenientis multa præcedent.

¶ PROB. 1. Quia ad dignitatem iudiciariæ potestatis pertinet, habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam subiectionemque erga iudicē hominēs inducant. 2. Quia hoc requirit præparatio hominū ad iudicium (per hmōi modi scilicet ad præparationem inducti.)

CONCL. 2[a]. Nō potest sciri de facili, quæ sint illa signa.

¶ Examen ly quę. idest qualia, & quanta, & quoto numero.

¶ PROB. Quia hoc patet ex Augustino ad Esuchiam, & parua probabilitate ignorum iuxta habēdorum à Hieronimo repertorum.

1[m] illatio conclusionis. Ergo &c. R. 1. negatur A illatio. § Nam illa pax, & securitas non arguit, q̄ non sint futura signa: sed quòd patuipendentur ab eis, de quibus illa pax uerificabitur. Non enim de omnibus uerificatur ut in tex.

¶ NOT. Sicut ex securitate & pace aliquorum arguebatur, q̄ signa non essent futura: ita ex aresœtia hominum. 1. ex magna timiditate, de qua in Euangel. Luc. 21. Aresœntibus hominibus pr timore, debebāt inferri signa futura. Et tamē magis, quantō illa pax non inferebat necessariō non uentura signa, sicut ista timiditas inferre poterat oppositum. Cæterū mirandum non est de hoc: quoniam argumentans semper assumit, quod pro se apparenter falsē faciēs subsidendo alia.

*In eadē epi. 80. parum ante me. tom. 2. & glossa ordin. sup illud Matt. 24. Videte ne.

*Verba citantur in 2. arg. Sed cont.

†Al. Iudæorum.

*Epist. 80. à medio fillius, to. 2.

Itē ex Apostolo. Cum dixerint. R. 2. ante quam apparēt signa. § Tunc nihil contra. ut patet. Non enim ex hoc concludit[ur], q̄ signa post istam securitatē non sint apparitura. Vide respōsum 2[m]. litteraly uel potest dici.

Rāsio 2[a].

¶ NOT. Diligenter aduerte quod dicitur in textu circa duplicem acceptionem diei iudicij. Nam ex hoc multa concordabis.

2[m] de maiori Ad manifestat. quē. R. 1. uel temporis determinati, uel appropinquantis iuxta. dē. § Tunc nihil &c. Nam signa illa propinquitatem iudicij manifestabunt, tempus indeterminatum tamen quandoq; & ideo dies domini sicut fur uenit, & tamen cum hoc signorum præcedentia stabit.

*Glossin ter. super illud 2. Pet. 3. Celi autem. Rāsio 2[a]. †Art. præsenti ad 1. & in corp.

Item de minori. Aduentus. R. 2. uilla signa cōprahendēs. § Tunc nihil &c. Ng antequam illa signa manifestissima apparerant nescietur tēpus illorū signorum apparitiorum: & sic aduētus eius dicitur occultus: non quia signa non debeant præcedere. Vide respōsum 2[m]. ly quamuis etiam &c. Et in ad 2[m]. 2[a].

3[m] illatio conclusionis. Ergo &c. R. negatur illa de primo, & secundo aduentu in hoc ut patet in textu.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primō: q̄ō per rationem excludas errorem aliquorum (ut refert Alfon. Castr. de iust. haer. punit. lib. 2. cap. 3.) dicentium: quòd dies iudicij erit infra annum. Item Arnoldi (Prat. Arnoldus) dicentis: mundi finis futurus est anno ab incarnatione Domini, Milesimo trecentesimo, trigesimo quinto.

Vil. in Eccl.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem oliēdas; huiusmodi propositiones temerarias & similes merito damnari ab experientia. Item à 1. Thess. 5. Cùm dixerint pax & securitas, repentinus ei superueniet interitus. Et ibid. Dies domini sicut fur ita ueniet. Ergo nō potest sciri maximē q̄ infrā annum illum ueniet. Item à Concil. Laterā nensi sub Leon X. sess. 11. Tempus præfixū futurorum malorum, uel Antichristi aduētum, aut eorum iudicij prædicare, uel asserere nequaquam præsumant, cū ueritas dicat, non esse nostrum nosse tempora, uel momenta, &c. Si qui autem contra præmissorum aliquid quid cōmittere, quām ausi fuerint, excommunicationis, sententiā incurrant. à qua non nisi à Romano Pontifice absoluantur. Hæc ibi Item à Luc. 21. Erunt signa in Sole, Luna & Stellis. Et Ioel 3. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem antequam ueniat dies Domini magnus & manifestus. Hæc enim omnia ipse prolixius anno requirunt: maxime cū in magno numero successiue, ut fuma credantur.

*ex. 2. nō multū re mote.

*In argu. præce. ex Auerroe.

¶ Tertiò habes quòd per rationē prædictā scripturarū, pro quanto signa præcedunt aduētum domini ad iudicium inuinuant, & intelligas & probes, & defendas.

¶ Quartò uidet quomodo ex ijs ulcissim Angelica doctrina hæc & declaratur & confoluitur.

QVÆST. LXXIII. ART. II.

CONCL. 1[a]. Non est credibile, q̄ Sol & Luna in ipso momento aduentus Christi obscurentur sui luminis priuatione.

¶ PROB.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶PROP. Quia totus mundus innouabitur tunc.

¶*Cerillarium.* Illa ergò authoritas Esaiæ 30. adducta in 2. argum. contra intelligi potest de tempore illo punctali, quò veniet Christus ad iudicium. Tunc n quasi exultabunt cœli luminaria in præsentis iudicis aduentu (ut colligitur ex Psal. 95. 97.) & per hoc, q̃ ex nunc primum radios lucidiores emittent.

¶CONCL. 1ª. Sol & Luna, & alia cœli luminaria tempore propinquo ante iudicium obscurabuntur sui luminis priuatione, uel diuersis temporibus, uel simul, diuina uirtute faciente hoc ad hominem terrorem.

¶Examẽ Ly diuina uirtute faciẽte. Hoc refert & ad priuationem luminis, & ad simul ipsa primam. Nõ uidetur autem credibile, q̃ corpora in corruptibilia, qualia huiusmodi sunt, alterentur a extrinseco per luminis in se ipsis priuationẽ; neque q̃ ipsamet potestate propria retractant suos radios, tũ non ex electione, sed ex natura radios emittant, talis Dionys 6. de diuinis nominibus: sed intelligendum est, q̃ diuina uirtute fiet, ut radij solis, aliorũque corporum ad terrã non perueniant. Similiter non uidetur credibile, q̃ simul tẽpore Sol & Luna naturaliter obscurẽtur & per ecclipsim, qñ ut patet in arg. 1. sed contra, hoc est contra sententiam Astrologi: sed tamen diuina uirtute hoc fieri potest.

PROB. Quia præsupponitur tale

1m ex Rabano. Tunc tẽporis. &. præcedentis intelligũ. &. Tunc nihil &c. ut patet ex conclusione 2ª.

¶NOT. Quòd non thomas Rabani sit mentio de obscuratione luminarũ tẽpore dominicæ passionis, & ad eius instar futuram esse illã iudicij, dicitur ideo pro pleniori horũ notitia uide 3. par. q. 44. ar. 1. ad 2m.

2m maior.

Lux corporum cœlestiũ ad generationẽ inferiorum corporũ ordinatur. &. & ad perfectionẽ corporũ cœlestium eorundẽ. §. Tunc nihil &c. Licet enim post iudicium non habeant lucem ad generationem illam influendam, habebunt tamen ad sui perfectionem, & decorem.

¶*Cor Iherium.* Ergo lux illa quò ad effectum dicitur mutari, siue (quod in idem redit) ipsa luminaria immutari quò ad lucem effectualiter Nã lux illorũ tũc duos effectũs habet, scilicet decorare ipsa cœlestia, & influere (luce inferiori), tunc uero primũ tãmmodo referuabit.

Motus enim est actus imperfecti, unde, & tolli debet quando tollitur imperfectio; quòd de luce non potest dici.

ARTICVLVS III.

Virum uirtutes cælorum Domino ueniente commoueantur.

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur quòd uirtutes cælorum Domino ueniẽte, non cõmoueantur. Virtutes enim cælorum dici non possunt nisi angeli beati, sedb immutabilitas est de ratione beatitudinis, ergo mouere non poterunt.

2 Præterea. Admirationis causa estc ignorãtia, vt patet in 1. Methaph. sed sicut angelis lõge abest timor, ita, & ignorãtia, q̃a ut dicit Greg. Quid est quod nõ uidẽt, qui uideatẽ oia uident? ergo non poterunt per admirationẽ moueri, ut in litera dicitur.

3 Præterea. Omnes angeli diuino iudicio astabunt, vñ Apoc. 6. dicitur. Omnes angeli stabant in circuitu throni, sedb uirtutes nominant unũ specialẽ ordinem in angelis, ergo non potius de eis dici potuit, nec debuit q̃ moueantur, quãm de aliis angelis.

SED CONTRA est quod dicitur Iob 16. Columnæ cæli pauẽt aduentũ eius, sed columnæ cæli nõ possunt intelligi nisi uirtutes cælorum, ergo uirtutes cælorum cõmouebuntur.

Præterea. Matth. 24. dicitur. Stellæ cadent de cælo, & uirtutes cælorum commouebuntur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd uirtutes in Angelis dicuntur dupliciter, ut patet per Dionys. 11. capit. Cæl. hier. quandoque enim nomen uirtutum uni ordini appropriatur, squi secundum ipsum est medius mediæ hierarchiæ, secundum uerò Greg. est supremus infimæ hierarchiæ. Alio modo accipitur pro omnibus cælestibus spiritibus, & utroque modo pót accipi in proposito. In litera enim exponitur, q̃ ut accipitur secundo modo pro omnibus angelis, & m cum dicitur moueri propter admirationẽ nouitatis, quæ in mundo erit, sicut in litera dicitur. Potest etiam exponi proue uirtutes, est proprium nomen ordinis, &c. tunc ordo ille dicitur moueri præ aliis ratione effectus, q̃ quia illi ordini secundum Grego. attribuitur miracula facere, quæ maxime circa illud tempus fient, uel quia ordo ille cum sit de media hierarchia secundum Dionys. non habet potentiam limitatam, unde oportet quòd eius ministerium sit circa causas uniuersales. Vnde proprium officium uirtutum esse uidetur corpora cœlestia mouere, quæ sunt causa eorum, quæ in natura inferiori aguntur, & hoc etiam ipsum nomen sonat, quia uirtutes cœlorum dicuntur. Tũc ergo mouebuntur, quia ab effectu suo cessabunt, ulterius corpora cælestia non mouentes, sicut nec angeli, qui sunt ad custodiam hominũ deputati, ulterius custodiæ officio uacabunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mutatio illa non uariat aliquid, quod ad eorum statum pertineat, sed refertur, uel ad effectus eorum, qui immutari possunt sine eorum mutatione, uel ad nouam rerum considerationem, quam prius secundũ species concreatas uidere non poterant: hanc autem uicissitudinem cogitationum ab eis beatitudo nõ tollit. Vnde dicit Au. q̃ Deus mouet creaturã spiritualem per tempora.

AD SECVNDVM dicẽdum, quòd admiratio solet esse de his quæ nostram conditionem excedunt, uel facultatem: & secũdum hoc uirtutes cælorum admirabũtur, diuinam uirtutem talia faciẽtem, inquantum ab eius imitatione, & comprehensione deficiunt per quem modum dixit Agues, q̃ eius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur: & sic non ponitur in angelo ignorantia, sed tollitur Dei comprehensio.

AD TERTIVM patet respõsio ex dictis.

QVAESTIO LXXIIII.

De igne ultimæ conflagrationis, in nouem articulos diuisa.

CIRCA quod quærunrur nouem.

Primo, Vtrum aliqua mundi purgatio sit futura.

Secundo, Vtrum per ignem sit futura.

Tertio, Vtrũ ille ignis, sit eiusdem speciei cũ igne elementari.

Quarto. Vtrum ignis ille sit cælos superiores purgaturus.

Quinto, Vtrũ ille ignis sit alia elementa consumpturus.

Sexto, Vtrum omnia elemẽta sit purgaturus.

Septimo, Vtrum ille ignis præcedat iudicium, uel sequatur.

Octo. Vtrum per illum ignem consumendi sint homines.

Nono, Vtrum per eum inuoluendi sint reprobi.

ARTICVLVS I.

Virum mundi purgatio sit futura.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nulla mundi purgatio scripturarum, pro quanto uirtutes cælorũ tũc commouendas insinuant, & intelligas & uocaris.

¶Tertio modes: quomodo ex his ultimum Angelica doctrina hæc & declaretur, & confoliderur.

QVÆSTIO LXXIIII. ART. I.

CONCL. 1ª. Oportet, quòd qñ homo per corpus glorificabilis, alia etiam mundi corpora ad meliorẽ statũ immutẽtur.

PROB.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶PROB. 1. Quia mundus aliquo modo factus est propter hominem. 2. Quia congruit, ut tunc locus sit conuenientior, & aspectus delectabilior.

¶Examen. Ly aliquo modo. Non totaliter. Nam mundus factus est etiam propter esse suum, iuxta illud Sap. 1. Creauit omnia ut essent, & principalius quidé propter Deum iuxta illud Proueib. 16. uniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Dicitur autem factus propter hominé, quia in seruitium eius: iuxta illud Gen. 1. dominamini piscibus maris, & uolatilibus cæli, & uniuersis animantibus, quæ mouentur super terrã. Et Heb. 1. omnes sunt administratorij spiritus? ministerio missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Idest propter homines æternæ salutis capaces.

¶Ly locus conueniétior. Hoc dicitur, non quia post iudicium sancti sint eo uersaturi in mundo, tanquam in loco suo; sed ut cognoscant inde loca mundi sepulta pulchritudinem, quam antea: & ex hoc fiat quædam correspondentia ad locũ mundi in principio suæ creationis, antequam imperfectiones nunc dicédas ex trahantur.

¶CONCL. 1ª. Ad hoc, ꝙ homo gloriã corporis consequatur, oportet prius remoueri ea, quæ gloriæ opponũtur quæ sunt duo, scilicet corruptio naturæ, & infectio culpæ.

¶PROB. Quia ex 1. Cor. 15. patet primũ, & ex Apoc. vlt. patet secundum.

CONCL. 2ª. Oportet elementa purgari à corruptionibus, tum quasi naturalibus, tum ex culpa hominum contractis, ad hoc ꝙ decenter suscipiant nouitatem gloriæ.

¶NOT. Per corruptiones quasi naturales, intellige illas de quibus dicitur in textu ly similiter etiam circa medium locũ propter elementorum &c. Per corruptiones uerò ex culpa hominum contractis intelligé incõgruitatẽ diam, quæ declaratur in textu ly quamuis autem purgatio futura. Non enim purgatione indiget, nisi quod est immundum, sed creaturæ Dei non sunt [b] immundæ: vnde dicitur. Actu. 10. Quod Deus mundauit, uel creauit, tu ne commune dixeris, id est, immundum, ergo creaturæ mundi non purgabuntur.

2 Præterea. Purgatio secundum diuinam iustitiam ordinatur ad auferendum immũditiam culpę, sicut patet de pugatione post mortem, sed in elementis huius mundi nulla potest esse culpæ infectio, ergo uidetur quòd purgatione non indigeant.

3 Præterea, Vnumquodque dicitur purgari quando separatur, quod est extraneum ab ipso, inducens in eo ignobilitatem, separatio enim eius, quod nobilitatem inducit, non dicitur purgatio, sed magis diminutio, sed hoc ad perfectionem, & nobilitatem elementorum pertinet, quòd aliquid extraneæ naturę est eis mixtum, quia forma corporis mixti, est nobilior quam forma simplicis, ergo uidetur quòd elementa huius mundi nullo modo conuenienter possint purgari.

SED CONTRA. Omnis innouatio fit per aliquam purgationem: sed elementa innouabuntur: vnde Apoc. 21. dicitur: Vidi cælum nouum, & terrã nouam. Primum enim cœlum, & prima terra abiit, ergo elementa purgabuntur.

Præterea, Primæ ad Corint. 7. super illud, præterit figura huius mundi, dicit Glo. "Pulchritudo huius mundi, mundanorum ignium conflagratione peribit, & sic idem quod prius.

RESPONDEO, dicendum, quòd quia mundus propter hominem aliquo modo factus est, [m] oportet quòd quando homo per corpus glorificabitur, etiam alia mundi corpora ad meliorem statum mutentur, [n] ut sit locus conuenientior, & aspectus delectabilior. [p] Ad hoc autem quòd homo gloriam corporis consequatur, requiritur quòd ea quæ gloriæ opponuntur, quæ sunt duo, scilicet corruptio, & infectio culpæ ¶quia ut dicitur 1. Corint. 15. Corruptio in corruptelam non possidebit; & à ciuitate gloriæ omnes immundi foris erunt. Apoc. ult. Et similiter etiam oportet elementa mundi purgari à contrariis dispositionibus; antequam in nouitate gloriæ adducatur, proportionaliter ei, quod de homine dictum est. Quamuis autem res corporalis subiectum infectionis culpæ proprie esse non possit, tamen ex culpa quædam incongruitas in rebus corruptis relinquitur ad hoc quòd spiritualibus ditentur; & inde uidemus quod loca, in quibus aliqua crimina sunt commissa, non reputantur idonea ad aliqua sacra exercenda in eis nisi purgatione quadam præmissa: & secundum hoc ex peccatis hominum quandam inidoneitatem ad gloriæ susceptionem pars mundi recipit, quæ in usum nostrum cedit, unde quantum ad hoc mundatione indiget. Similiter etiam circa medium locum propter elementorum contractum multæ sunt corruptiones, & generationes, & alterationes elementorum, quæ puritati eorum derogant, & ideo ab his oportet elementa purgari ad hoc, quòd decenter suscipiant nouitatem gloriæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum dicitur, omnis creatura Dei esse munda, hoc est intelligendum, quia non habet in subitantia sua alicuius malitię commixtionem, sicut ponebant Manichęi dicentes, & malum, & bonum esse duas substantias alicubi diuisas, & alicubi cõmixtas: non autem remouetur, quin aliqua creatura habeat permixitionem naturæ extraneæ, quæ etiam in se natura bona est, sed perfectioni huiusmodi creaturæ repugnat. Similiter non remouetur ex hoc quin malum alicui creaturæ accidat, quamuis non sit permixtum ei quasi pars substantiæ ipsius.

AD SECVNDVM dicendum, quod quamuis elementa corporea subiectum culpę esse non possint, tamen ex culpa committa in eis aliquam ineptitudinem consequitur ad perfectionem glorię suscipiendam.

AD TERTIVM Dicendum, quòd forma mixti, & forma elementi possunt dupliciter considerari, aut quantum ad perfectionem speciei, & sic corpus mixtum est nobilius: aut quantum ad perpetuitatem durationis, & sic corpus simplex nobilius est, quia non habet in seipso unde corrumpatur, nisi eius corruptio fiat ab aliquo exteriori: Corpus autem mixtum in seipso habet causam corruptionis luæ, scilicet compositionem* contrariorũ, & ideo corpus simplex est si sit corruptibile secundum partem; est tamen incorruptibile secundum totum, quod de mixto dici non potest: & quia incorruptio est de perfectione gloriæ, perfectio † corporis simplicis magis conuenit perfectioni gloriæ, quam perfectio corporis mixti, nisi etiam corpus mixtum in se habeat aliquod incorruptionis principium: sicut humanum, cuius forma est incorruptibilis. Nihilominus tamen quamuis aliquo modo corpus mixtum sit nobilius, quàm simplex; nobilius tamen esse habet corpus simplex, secundum se existens, quam existens in mixto; quia in mixto sunt corpora simplicia quodammodo in potentia, in seipsis autem existentia sunt in ultima sui perfectione.

ARTICVLVS II.

Vtrum mundi purgatio sit futura per ignem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæc purgatio non sit futura per ignẽ. [h] Ignis enim cum sit pars mundi, purgatione indiget sicut aliæ partes: sed non debet esse idem purgans, & purgatum, ergo uidetur quòd ignis non purgabit.

2 Præterea, Sicut ignis habet uirtutẽ purgatiuã, [i] ita, & aqua, cum ergo omnia non sint purgabilia per ignem, sed quædam necesse sit aqua purgari, sicut etiam uetus lex distinguit, uidetur ꝙ ignis non purget ad minus uniuersaliter.

3 Præterea, Purgatio ad hoc uidetur pertinere, ut partes mundi segregatæ puriores reddantur: sed segregatio partium mundi ab inuicem in mundi initio sola uirtute diuina facta est, quia ex hac opus distinctionis determinatur: unde, & Anaxagoras* segregationem posuit, per actum intellectus mouentis omnia, [k] ergo uidetur quòd in fine mundi purgatio fiat immediate à Deo, & non per ignem.

SED CONTRA est quod in Psal. 49. dicitur. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas ualida; & postea sequitur de iudicio.* Aduocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum; ergo videtur quòd ultima purgatio mundi sit futura per ignem.

Præterea. Secundæ Petri ult. dicitur. Cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent, ergo illa purgatio per ignem fiet.

RESPONDEO, Dicendum, quòd illa mundi purgatio remouebit à mundo infectionem ex culpa relictam, & impuritatem commixitionis, & erit dispositio ad gloriæ perfectionem; & ideo [m] quantum ad hæc tria, conuenientissime fiet per ignem purgatio. [n] Primo, quia ignis cum sit nobilissimum elementorum, habet naturales proprietates similiores proprietatibus gloriæ; ut maxime patet de luce. Secundo, quia ignis non ita recipit commixtionem extranei propter efficaciam uirtutis activæ, sicut alia elementa. Tertio, qa sphæra ignis est remota à nostra habitatione, nec ita communis est nobis usus ignis sicut terræ, aquæ, & aeris, unde non ita inficitur: & præter hoc habet magnã efficaciam ad purgãdum, & ad diuidendum subtiliando.

APPENDIX.

EX articulo habetur primò quòd præsumptione offendas, meritò insinuatum à scriptis, ꝙ purgatio mundi fumea sit, ut 1. Cor. 7. Præterit figura huius mundi. Vbi ingeniose dixit ly figura, quæ est quoddã accidens in genere qualitatis (ut patet per philosophũ in prædicamen.) ad diam substãtiæ. Denotauit ergo hoc ꝙ substãtia mũdi remanere poterit, sine iis accidentibus quibus nũc habet. Hæc aũt sunt accidentia, de quibus est cõclusione. Vn phoc insinuare uoluit ꝙ purgabit mundus aliquãdiu ab Apocal. 21. Ecce noua facio omnia. Quod autem sub ly omnia cõtinentur & elementa declarauerat prius ibi dicens, uidi cœlũ nouũ & terram nouã. Primũ in cœlum: & prima terra alius, & mare iam nõ est. Hæc ibi. Vbi nouitatẽ hanc intelligent prius sup Apostolum, similiter & præteritionem huius non existentiam maris. Per hæc n. omnia sola purgatio mũdi describitur remanẽte substantia. Nouitatem etiam proportionaliter de omnibus fiendam intelligas ũ equaliter ad eõ ꝙ suo modo unumquodq; purgabitur iuxta simile dictum Psal. 51. Homines & iumẽta saluabis dñe.

Vtil. p. 5. Eccl. &c.

* Referet ad Arist. lib. 8. Phy sic. tex. 77

* Al. Adgans, & purgatum, ergo uidetur quòd ignis non purgabit.

* Ambrosius sup. illud 2. Cor. 7. Præterit figura & glor. ibi. 1

* Art. præced. cor.

QVÆST. LXXI.

ART. II.

CONCL. Conuenientissime purgatio fiet per ignem.

¶PROB. 1. Quia ignis est nobilissimũ elementorum similiores habẽs proprietates proprietatibus gloriæ (ut patet de luce:) & illa purgatio erit dispositio quædam ad gloriæ perfectionem (ar. 1.) 2. Quia ignis non ita recipit commixtionem extranei sicut alia elemẽta, (patet ex uirtutes eius actiuæ efficacia,) & illa purgatio fiet ad remouendum impuritatem cõmixtionis (ar. 1.) 3. Quia sphæra ignis nõ ita ex cul

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis hominum infelicitatem patet ex remotione eius à nostra habitatione.) Nulla purgatio remouebit à mundo infectionē ex culpa relicta (ar. 1.)

4. Quia ignis hēt magnā efficaciā ad purgādū, atq; ad diuidendū, subuliando (patet per experientiā)

¶ NOT. De illa similitudine proprietatis lucis ad res spirituales, uide 1. part. q. 67. ar. 1.

1m dē maiori.

Ignis. &c. secundum q̄ est in materia alienatione, secundū q̄ est in materia ppria. §. Tūc nihil &c. Nā, q̄ ignis secundū q̄ in materia propria est, purget quem in materia aliena existentem, prout habet de extraneo adiunctum non est inconueniens. Vide infra ar. 3. ad 1um.

2m dē maiori.

Ignis &. quāmuis ad habere uim purgatiuā aliqualiter, nō tamen ad habere illā uehementiam & uniuersaliter, & æquatam ad habere uim disgregatiuā. §. Tūc nihil &c. Nam uis purgatiua uehementissima, & uniuersalissima & uis disgregandi requnecessario non est sic de illis, quæ purgant aquas: ut in textu.

¶ NOT. Ignis magis actiuus est q̄ aqua: & ideo illi præ aqua conuenit purgare modo uehementiori, & uniuersaliori, & ordinate regare commixtionis impuritatem, ut apparet in cōflatione metalli aurei, argentei &c.

¶ Examen. Ly aqua habet uim magis cōgregandi quām disgregandi. Vt apparet in calce, & terra ficta tempore æstiuo. Nam talia cum fint disgregata secundū partes, congregantur ad inuicem mixtis apponatur, uel infundatur aqua.

3n illatio cōclusionis. Ergo &c.

Ar. in gatur illatio. §. propter rationem dissimilem primæ segregationis & alterationis. Vel dic, q̄ non sit eiusdem speciei cum igne elementari. Nihil enim [h] seipsum consumit: sed ille ignis quatuor elementa consumet, ut dicit Glossa 2. Pet. ult. ergo ignis ille non erit eiusdem speciei cum igne elementari.

2 Præterea. Sicut uirtus manifestatur per operationē, ita natura per uirtutem: sed ille ignis habebit aliam uirtutem ab igne, qui est elementum, quia scilicet purgabit uniuersum, q̄ ignis iste facere non potest, ergo non erit eiusdem speciei cum isto.

3 Præterea. Ea, quę sunt eiusdem speciei in corporibus naturalibus, habent, eundem motum: sed ille ignis habebit alium motum, quām ignis, qui est elementum, quia circumquaq; mouebitur. ut totū purgare possit, ergo non est eiusdem speciei.

SED CONTRA est q̄ Augustinus dicit 20. de Ciu. Dei, & habetur in Glossa 1. ad Corinth. 7. quòd figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit, ergo ignis ille erit de natura ignis, qui nunc est in hoc mundo.

Præterea, Sicut erit purgatio futura p ignem, ita præcedes fuit per aquam, & utraque adinuicē comparantur 2. Petri 3. sed in prima purgatione fuit aqua eiusdē speciei cum aqua elementari, ergo similiter erit in secunda purgatione eiusdem speciei cū igne elementari.

RESPONDEO, dicendū, q̄ circa hoc inueniuntur tres opiniones. Quidam enim dicunt, q̄ elementum, quod est in Sphæra sua, descendet ad pugationem mundi, modum autem descensionis ponūt per multiplicationem Ignis enim appositō combustibili undique augmentatur: & hoc præcipue tunc fiet, quando uirtus ignis exaltabit̄ super omnia alia elementa. Sed contra hoc esse uidetur, quòd ignis ille non tantùm descendet, sed etiam à Sanctis ascendere perhibetur, ut patet 2. Petri 3. Vbi dicitur, quòd tantum ascendet iudicii ignis, quantum aquæ Diluui, ex quo uidetur quòd ille ignis sit circa locum medium generationis. Et propter hoc alii dicunt, quòd ignis ille generabitur circa locum medium ex congregatione radiorum cælestium corporum, sicut videmus quòd congregantur in speculo comburente; tunc loco speculorum erunt cubes concauæ, ad quas fiet radiorum reuerberatio. Sed hoc etiam non uidetur cōueniens, quia cū effectus corporum cælestium sequantur determinatos situs, & aspectus eorum, si ex uirtute corporum cælestium ignis ille generaretur, notum tempus illius purgationis esset consideranda motus astrorum: quod authoritati scripturæ repugnat. Et ideo alii dicunt sequentes Augustinum, quòd sicut mundanarum aquarum inundatione factum est Diluuium, ita mundanorum ignium conflagratione figura huius mundi peribit, ut dicitur* 20. de Ciui. Dei. Ista autem conflagratio nihil aliud est, quàm congregatio omnium causarum inferiorum, & superiorum, quæ ex natura sua habent uirtutem igniendi, quæ quidem congregatio non naturali cursu rerum, sed uirtute diuina fiet; & ex omnibus istis causis sic congregatis generabitur ignis, qui faciem huius mundi exuret. Si autem opiniones hæc † recte cōsiderantur, inueniuntur diuersificari quantum ad causam generationis illius ignis; & non quātum ad speciem eius. Ignis enim generatus à sole, uel ab inferiori calefaciente est eiusdem speciei cum igne, qui est in sua Sphæra, nisi inquantum admiscetur ei, de materia aliena; quod quidem tunc oportebit, quia ignis non potest aliquid purgare, nisi secundum quòd aliquid alterum efficitur materia eius aliquo modo. Vnde [m] simpliciter concedendum est, quòd ignis ille erit eiusdem speciei cum isto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis illic quamuis sit eiusdem speciei cum igne, qui apud nos est, non tamen est idem numero. Videmus autem quod duorum ignium eiusdem speciei, unus alterum destruit, maior scilicet minorem, consumendo materiam eius; & similiter etiam ille ignis ignem, qui apud nos est, consumere poterit.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd sicut operatio, quæ procedit à uirtus, est uirtutis indiciū, ita & uirtutis eius quæ procedit à principiis essentialibus rei est indiciū essentiæ, uel naturæ. operatio autem, quæ non procedit ex uirtute rei operantis, non indicat uirtutem ipsius, sicut patet in instrumentis. Actio enim instrumenti magis manifestat uirtutem mouentis, quàm instrumenti uirtutem; quia uirtutem agentis manifestat, ut primum operationis principium, uirtutem autem instrumenti non manifestat, nisi quatenus est susceptiuum influentiæ principalis agentis, secundum quòd mouetur ab eo. Similiter etiam uirtus, quæ non procedit ex principiis essentialibus rei, non manifestat naturam eius, nisi quantum ad susceptibilitatem, & ideo nihil prohibet quin aqua habens hanc uirtutem, fit eiusdem speciei cum aqua non habente uirtutem istam. Similiter non est inconueniens, quòd ignis ille, qui habebit uim purgandi faciem mundi, sit eiusdem speciei cum igne, qui est apud nos, cum uis calefactiua non oriatur in ipso ex principiis essentialibus, sed ex diuina uirtute, uel operatione, siue dicatur, quod illa uirtus sit aliqua qualitas absoluta, sicut calor in aqua calefacta, siue intensio quædam, sicut de instrumentali uirtute in prima distinctione dictum est: * & hoc probabilius est, quia ignis ille non ageret, nisi ut instrumentum diuinæ uirtutis.

AD TERTIVM dicendū, quòd ignis ex propria natura non fertur nisi sursum: sed inquantum in sequitur materiam, quam requirit † extra propriam sphæram existens, sic sequitur materiæ combustibilis situm: & per modum istum non est inconueniens quòd, uel in circuitu, uel in deorsum moueatur; & præcipuè secūdum quòd agit instrumentum diuinæ * uirtutis.

APPENDIX.

EX articulo habet Primò quo modo per rationem ostendat, meritò esse infinitum ab eo electis mundum purgandū esse per ignē: & sic in die illa tremenda quando cœli mouendi sunt & terra, dum uenerit iudicare seculū per ignem. Item à Psal. 49. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas ualida. Ad uocauit cœlum desursum, & terram discernere populum suum. Et Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Item 2. Petri. Cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Nouos uerò cœlos & nouam terram expectamus. Item ibid. Cœli autem, qui nunc sunt, & terra eodem uerbo reposita, sunt igni seruati in die iudicii. Item ibid. Aduenies dies domini ut fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa uerò calore soluētur, terra autem, & quæ in ipsa sunt, opera exurentur. Nota & contra hæc ultima prædictum ar. 2. in appen.

¶ Secundò habes quo per rōnem pdicta scripturarum, p quātō futuram purgationē esse per ignē insinuant, & intelligas, & defendas.

¶ Tertiò uides: quomodo ex ijs maximè Angelica doctrina hæc & declaratur, & confutatur.

QVÆST. LXXIIII.

ART. III.

CONCLusimus circa eiusdem quod est quòd ignis, quo mundus purgabitur, erit eiusdem speciei cum isto elementari.

Examen. Ly simpliciter. Hoc non tantum tenetur hic proly absolute: sed etiam pro ly secundum omnes opiniones; quæ prædictæ sunt. Ac si diceret. Et absolutè, & secundum opiniones præ dictas omnes, concedendum est &c.

¶ PROB. Quia si opiniones prædictæ profundius considerentur inueniuntur nō diuersificari quātum ad speciē ignis, licet diuersificentur quantum ad causam generationis eius (cum ignis generatus à sole uel ab inferiori sit eiusdem speciei cū igne, qui est in sphera sua.)

* Examen. Ly ignis ignatus à sole. Hoc refert secundam opinionem.

Ly ab inferiori ea lefaciente. Hoc refert tertiam opinionem.

Ly cum igne, qui est in sua sphæra. Hoc refert primam.

Ly si recte considerentur. idest si intimius considerentur, & non superficialiter tantum.

¶ Ly eiusdem speciei cū igne in sphæra, nisi inquantum admiscetur ei de materia aliena. Idest nō differt specie ab illo, & consequenter, nec forma, nec materia immanea seu essentiali: sed materia illarum extranea, seu quasi accidentaliter pro combustibili apposita. Vnde per ly loquendo nulla pœnitus secundum speciem differentia est inter illos ignes à diuersis causis procedentes, sed tantùm per accidens.

1m de maiori.

Scripsimus. &. nu maro non, speciei tantū. §. Tunc nihil &c. Videmus. n. quòd duorū ignium eiusdem speciei &c. ut in tex. Hinc melius intelligas, applicando. ar. 1. ad 1m.

2m dē maiori.

Per uirtutē. &. procedentē à principijs essentialibus ipsius naturæ: non, aliūde. §. puta ex diuina uirtute. Vt diffusius declaratur in tex. Tunc nihil &c. Nam uirtus illa ignis, q̄ purgabit uniuersum nō

medium ex congregatione radiorum cælestium corporum, sicut videmus quòd congregantur in speculo comburente; tunc loco speculorum erunt cubes concauæ, ad quas fiet radiorum reuerberatio. Sed hoc etiam non uidetur cōueniens, quia cū effectus corporum cælestium sequantur determinatos situs, & aspectus eorum, si ex uirtute corporum cælestium ignis ille generaretur, notum tempus illius purgationis esset consideranda motus astrorum: quod authoritati scripturæ repugnat. Et ideo alii dicunt sequentes Augustinum, quòd sicut mundanarum aquarum inundatione factum est Diluuium, ita mundanorum ignium conflagratione figura huius mundi peribit, ut dicitur* 20. de Ciui. Dei. Ista autem conflagratio nihil aliud est, quàm congregatio omnium causarum inferiorum, & superiorum, quæ ex natura sua habent uirtutem igniendi, quæ quidem congregatio non naturali cursu rerum, sed uirtute diuina fiet; & ex omnibus istis causis sic congregatis generabitur ignis, qui faciem huius mundi exuret. Si autem opiniones hæc † recte cōsiderantur, inueniuntur diuersificari quantum ad causam generationis illius ignis; & non quātum ad speciem eius. Ignis enim generatus à sole, uel ab inferiori calefaciente est eiusdem speciei cum igne, qui est in sua Sphæra, nisi inquantum admiscetur ei, de materia aliena; quod quidem tunc oportebit, quia ignis non potest aliquid purgare, nisi secundum quòd aliquid alterum efficitur materia eius aliquo modo. Vnde [m] simpliciter concedendum est, quòd ignis ille erit eiusdem speciei cum isto.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis illic quamuis sit eiusdem speciei cum igne, qui apud nos est, non tamen est idem numero. Videmus autem quod duorum ignium eiusdem speciei, unus alterum destruit, maior scilicet minorem, consumendo materiam eius; & similiter etiam ille ignis ignem, qui apud nos est, consumere poterit.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd sicut operatio, quæ procedit à uirtus, est uirtutis indiciū, ita & uirtutis eius quæ procedit à principiis essentialibus rei est indiciū essentiæ, uel naturæ. operatio autem, quæ non procedit ex uirtute rei operantis, non indicat uirtutem ipsius, sicut patet in instrumentis. Actio enim instrumenti magis manifestat uirtutem mouentis, quàm instrumenti uirtutem; quia uirtutem agentis manifestat, ut primum operationis principium, uirtutem autem instrumenti non manifestat, nisi quatenus est susceptiuum influentiæ principalis agentis, secundum quòd mouetur ab eo. Similiter etiam uirtus, quæ non procedit ex principiis essentialibus rei, non manifestat naturam eius, nisi quantum ad susceptibilitatem, & ideo nihil prohibet quin aqua habens hanc uirtutem, fit eiusdem speciei cum aqua non habente uirtutem istam. Similiter non est inconueniens, quòd ignis ille, qui habebit uim purgandi faciem mundi, sit eiusdem speciei cum igne, qui est apud nos, cum uis calefactiua non oriatur in ipso ex principiis essentialibus, sed ex diuina uirtute, uel operatione, siue dicatur, quod illa uirtus sit aliqua qualitas absoluta, sicut calor in aqua calefacta, siue intensio quædam, sicut de instrumentali uirtute in prima distinctione dictum est: * & hoc probabilius est, quia ignis ille non ageret, nisi ut instrumentum diuinæ virtutis.

AD TERTIVM dicendū, quòd ignis ex propria natura non fertur nisi sursum: sed inquantum in sequitur materiam, quam requirit † extra propriam sphæram existens, sic sequitur materiæ combustibilis situm: & per modum istum non est inconueniens quòd, uel in circuitu, uel in deorsum moueatur; & præcipuè secūdum quòd agit instrumentum diuinæ * uirtutis.

APPENDIX.

Præterea, Si à corpore hominis subtrahatur aliquid, quod est de ueritate humanæ naturę, in ipso non erit corpus hominis perfectum: sed omnis imperfectio hominis tolletur in resurrectione, præcipue ab electis, quibus promissum est Luc. 21. quòd capillus de capite eorum non peribit, ergo quicquid fuit de ueritate humaG næ naturæ, resurget in homine.

RESPONDEO, Dicendum, q̃ unumquodque sicut se habet ad ueritatem, ita se habet ad esse, ut dicitur in 2. *Meta. quòd illares uera est, quæ est ita, ut uidetur † cogitari secũdum actũ, & propter hoc Auic. dicit quòd ueritas uniuscuiusque rei est proprietas sui esse, quod stabilitum est ei, & secundum hoc aliquid dicitur esse de ueritate humanæ naturæ, quia proprie pertinet ad esse humanæ naturæ, & hoc est quod participat formam humanæ naturæ, sicut uerum aurum dicitur, quod habet ueram formam auri, ex qua est esse proprium auri.

Vt ergo uideatur quid est illud, quod est de ueritate humanæ naturæ, sciendum est quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim posuerunt, quod nihil de nouo esse incipit de ueritate humanæ naturæ, sed quicquid ad ueritatem humanę naturæ pertinet, totum fuit in ipsa institutione humanæ naturę de ueritate eius, & hoc per seipsum multiplicatur, ut ex eo possit semen decidi a generante, ex quo filius generetur, in quo etiam illa pars decisa multiplicatur, ut ad perfectam quantitatem perueniat per augmentum, & sic deinceps, & ita multiplicatum est totum genus humanum. Vnde secundum opinionem hanc, quicquid ex alimento generatur, quàmuis uideatur speciem carnis, aut sanguinis habere, non tamen pertinet ad ueritatem humanæ naturæ.

Alij autem dixerunt, quòd aliquid de nouo additur ad ueritatem humanæ naturæ per transmutationem alimenti in corpus humanum, considerata ueritate humanę naturę in specie, ad cuius conseruationem ordinatur actus generatiuę uirtutis. Si autem ueritas humanę naturę in individuo consideretur, ad cuius conseruationem, & perfectionem actus nutritiuę uirtutis ordinatur, non additur aliquid per alimentum quod fit primo de ueritate humanæ naturę huius individui: sed solum secundario. Ponunt enim quòd ueritas humanę naturę primo, & principaliter consistit in humido radicali, ex quo est prima constitutio humani generis, quod autem conuertitur de alimento in ueram carnem, & sanguinem, non est principaliter de necessitate humanæ naturę illius individui: sed secundario: sed potest esse principaliter de ueritate humanę naturæ alterius individui, quod ex semine illius generatur. Semen enim ponunt esse superfluum alimenti, uel cum admixtione alicuius, *Al. gene quod est primo de veritate humanæ naturę in* generatione,

opiniones conuenisse in hoc.)

¶NOT. Differunt enim ille opiniones tres, non in hoc, sed in declarando terminum hunc, scilicet quid sit illud, quod est de ueritate humanæ naturæ: ut patet discurrenti & intelligenti illas.

1m illa.

ueratione, ut quidam dicunt, vel sine admixtione A eius, ut dicunt alij, & sic quod est humidum nutrimentale in uno, sit humidum radicale in alio.

Tertia opinio est, q̃ aliquid de nouo incipit esse principaliter de ueritate humanæ naturæ etiam in isto individuo, quia non est distinctio talis in corpore humano, ut reliqua pars materialis signata de necessitate per totam uitam remaneat: sed ad hoc indifferenter se habet quælibet pars significata accepta, quod manet semper quantum ad id, quod est speciei in ea: sed potest fluere quantum ad id, quod est materiæ in ipsa, & sic humidum nutrimentale nõ distinguitur à radicali ex parte prin- B cipij, ut dicatur radicale, quòd est ex semine generatum, nutrimentale uero, quod generatur ex cibo: & magis distinguitur ex termino quod radicale dicitur, quod ad terminum generationis peruenit per actum generatiuæ, uel etiam nutritiuæ uirtutis: sed nutrimentale, quod nondũ peruenit ad hũc terminum; sed est ad huc in uia nutriẽdi, & hę tres opiniones in 2.* li Sententiarum d. 30. plenius positæ, & inuestigatæ sunt, & ideo non oportet hic repetere, nisi quantum ad propositum pertinet.

Sciendum est ergo, q̃ secundum opiniones diuersimode ad hanc quæstionem oportet respon- C re Prima opinio per uiam multiplicationis, quã ponit, potest ponere perfectionẽ humanæ naturę, & quantum ad numerum individuorum, & quantum ad debitam quantitatem uniuscuiusque individui, absque eo, quod est ex alimento generatũ, quod quidem non addit nisi ad resistendum consumptioni, quæ posset induci per actionem caloris naturalis, sicut argento apponitur plumbum, ne ex liquefactione consumatur. Vnde cum in resurrectione oporteat naturam humanam in sua perfectione reparari, nec calor naturalis tunc agat ad cõsumptionem humidi naturalis, nulla necessitas erit q̃ resur- D gat aliquid in homine, quod ex alimento sit generatum: sed [m] resurget tantum illud, quod fuit de ueritate humanæ naturæ individui, & per decisionẽ, & multiplicationem ad prædictam perfectionem perueniet in numero, & quantitate*.

*quasi. m

Secunda autem opinio, quia ponit, q̃ eo, quod generatur ex nutrimento, indigetur ad perfectionem quantitatis individui, & ad multiplicationem, quæ fit per generationẽ, necesse habet ponere aliquid de hoc, quod conuersum est in alimentũ resurgere, non tamen totum. sed solum quantũ indigetur ad perfectam reintegrationẽ humanę naturæ, E in omnibus suis individuis. Vnde ponit hęc opinio, q̃ totum illud, quod fuit in substãtia seminis, resurget in illo homine, qui ex illo semine generatus est, quia hoc est principaliter de ueritate humanæ naturæ in ipso, de eo autem, quod postea aduenit per nutrimentum, tantum resurget in eo, quantũ est necessariũ ad perfectionẽ quãtitatis. Sed qa hoc humidum nutrimentale fluit, & refluit hoc ordinæ reparabiẽ, qa illud, qđ primo fuit de substãtia corporis, totum reparabitur, & de eo, qđ secundo, & tertio, & deinceps aduenit, quãtũ necessariũ est ad quãtitatẽ reintegrandã, qđ patet duplici rõne. Pri-

*Aristot. li. 2. to 4. †Al. cognitum.

*lib. 1. text. 88.

mo, quia illud, quod super hoc aduenit, inductum fuit, ut illud, quod primo erat deperditum, repararetur, & ita non ita principaliter pertinet ad ueritatem humanæ naturæ sicut præcedens. Secundo, qa adiunctio humidi extranei ad primum humidũ radicale facit q̃ totum permixtum non ita perfecte participet uirtutem speciei, sicut primũ participabat. Et ponit exemplum Philosophus* in primo de Generatione, de aqua permixta uino, quæ semp uirtutem uini debilitat, ita q̃ in fine ipsum aquosum reddit, unde sicut secunda aqua, quis assumatur in speciem uini, non tamen ita perfecte speciem uini participat, sicut prima, quę in uinum assumebatur, ita illud, quod de alimento secundo in carnem conuertitur, non ita perfecte attingit ad speciem carnis, sicut, quod primo conuertebatur, & ideo non ita pertinet ad ueritatem humanæ naturæ, nec ad resurrectionem. Sic ergo patet, q̃ [p] hæc opinio po- conel. 1 nit resurgere totũ id, quod est de ueritate humanę naturæ principaliter, non autem totum, quod est de ueritate humanæ naturæ secundario. ¶

Tertia aũt opinio, q̃tũ ad aliqd differt à secũda, & q̃tũ ad aliqd conuenit cũ ea. Differt quantũ ad hoc, q̃ ponit totũ, qđ est sub forma carnis, & ossis eadẽ rõne ad ueritatẽ humanæ naturę ptinere, qa non distinguit aliqd materiale signatũ pmanẽs in hoie toto tpe uitæ eius, quod per se pertinet ad ueritatem humanæ naturæ, & aliquid fluens, & refluẽs, quod pertinet ad ueritatem humanæ naturæ solũ propter quantitatis perfectionem, non propter primum esse speciei, sicut secunda opinio dicebat: sed ponit omnes partes, quæ non sunt præter intẽtionem naturæ aggeneratæ, pertinere ad ueritatẽ humanæ naturæ, quãtum ad id, quod habet de specie, quia sic manent, non autem quantum ad id, qđ habet de materia, quia sic fluunt, & refluunt indifferenter, ut ita etiã intelligamus contingere in partibus unius hominis, sicut contingit in tota multitudine ciuitatis, quia singuli subtrahuntur à multitudine per mortem, alijs in loco eorum succedẽtibus. Vnde partes multitudinis fluunt, & refluũt materialiter, sed formaliter manent, quia ad eadẽ officia, & ordines substituuntur alij, a quibus priores subtrahuntur, unde Resp. ysa numero remanere dicitur. Et similiter etiam dum quibusdã partibus refluentibus aliæ reparantur in eadem figura, & in eadem situ, omnes partes fluunt, & refluũt secundum materiam: sed manent secundum speciem, manet nihilominus homo idem numero: sed conuenit tertia cum secunda opinione, quia ponit q̃ partes secundo aduenientes, nõ ita pfecte attingunt ad ueritatem speciei, sicut, q̃ primo aduenerunt, & ideo* idem qđ ponit resurgere in homine conel. 2 secunda opinio, ponit tertia*; sed non penitus eadem ratione*. Ponit enim totum illud, qđ ex semine generatum est, resurgere, non quia alia ratione pertineat ad ueritatem humanæ naturæ, quã hoc, quod postea aduenit: sed quia perfectius ueritatẽ speciei participat, quem ordinem ponebat secũda opinio in his, quæ postea aduenium ex alimento, in quo etiam hæc opinio concordat cum alia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 millatio conclusionis.

Si ergo &c. R. 1. negatur F
quo §. Nam res naturalis non est id, quod est ex sua materia sed &c. ut in textu.

¶ Examen. Ly ex sua materia. Scilicet transeunte non aũt, per manente. Patet enim q̃ materia, cum sit per se principium rei naturalis (i. Physic.) est de essentia ipsius, & consequenter q̃ ipsa res denominatur à sua materia essentialiter. Cæterum, si de materia tã sciente loquamur, non est sic, quoniam illa in aliã rem transit, & per cõsequens illa secundũ se non possit denominare rem naturalẽ: sed illud, in quod illa transit, denominat eam. Exemplũ ab artificialibus sumito de illa duplici materia. Panis enim non est farina, nec ab ea denominatur, licet factus sit ex farina. Arma verò ferrea denominantur, & sunt ferrum: quoniam ex eo, tanquam ex materia facta sunt. Rõ d̃ similitudo est in dicta: quia una illarum scilicet farina, est materia transiens, altera, scilicet ferrum, est materia permanens. Applica tu modo ad res naturales Rursus. Illud dictum textus ly res naturalis non est id, quod est ex sua materia, sed ex sua forma, intelligendũ posset hoc modo: q̃ scilicet non principaliter est quid ex sua forma. Prima ista expositio est magis ad intentionem contextus, licet utraq; secũdum se sit vera.

Materia duplex.

Ratio 2ª.

Item maior.

Cibus conuertitur in ueritatem humanæ naturæ. R. negatur ista secundũ primã opinionem S. Licet ponebat, q̃ nihil de nouo esse incipit de veritate humanæ naturæ. Vide 1ª. ¶ Sumo textualy tamẽ prima opinio &c.

¶ NOT. Quãdo inquit textus, q̃ prima opinio concedit hãc rõnem, non intendit q̃ concedat, q̃ caro bouis resurgat sed intendit, q̃ concedit, q̃ nihil de alimento generatum resurget &c. id propter tantam hanc abarguentẽ facilitam.

Ratio 2ª.

2m de maiori.

&c. q. quantum ad esse de ueritate humanæ naturæ præcise, non, quantum ad esse determinatum in individuo, ut in tex. Tunc nihil &c. Nam conclusio articuli dicens, q̃ existens de ueritate humanæ naturæ resurget, intelligit de tali individuo.

¶ NOT. Illud quod dicitur de semine in textu fin. facit pro declaratione articuli sedi arg. 1. ly semen non resurget in corpore hominis. Hoc n. dictum, quod & conceditur ibi à respõso, intelligitur secundum declarationem factam in præsenti loco.

3m maior. Potest esse, q̃ aliquid fuit de ueritate humanæ naturæ in diuersis hominibus. R. 1. negatiua. §. secundum primã opinionem loquẽdo ut in textu.

Item consequentia.

Ergo &c. negatur consequẽtia §. in aliquo enim illorum, de quibus in ista fit sermo, resurget illud, quod fuit de ueritate humanæ naturæ. Et hoc licet (secundum opinionem & tertiam: ut patet in textu) respõso sedo ly sed secundum secundam opinionẽ & tertiam unusquisque &c.

¶ NOT. Diligenter aduertẽdum fuit textũ dicta uerba illa, (. nec per hoc aliquid præiudicatur identitati in numero sicut nec &c. Nam hui bene notatis, suadebetis ad mẽtẽ illius intelligẽdũ dicta in q. 79. ar. 1. corp. circa secundã concl. de trãsmutatione superfluiti in una parte ad aliã partẽ. Concludetis igitur hinc, q̃ per talẽ trandatione non seruatur identitas numeralis.

Ratio 2ª.

4m minor.

&c. q. quo cõmedente, in carnes humanas, filium generet; oportet, q̃ illud, quod humanã parit carnem, fit de carnibus alterius hominis, quam pater suus comedit. R. negatur ista §. secundum primã opinionẽ. Nam hæc potest, q̃ semen nõ est ex &c. ut in textu. Ex quo dicit, q̃ ista prima opinio negat probationẽ de argumento adducto ex Philosopho (scilicet, q̃ semen est de superfluo alimenti).

Regula. ¶ In præsolu. & ad 1. & cor.

Item maior.

De ueritate humanæ naturæ maximè uidetur esse illud, quod à patentibus trahitur. §. sic tamen, ut aliquid, unde trahitur, pertineat ad partentes. §. Vt instetur. Tunc nihil &c. vt patet ibidem per secundum responsum

¶ sed secundum aliam duarum opinionum &c.

¶ NOT. Diligenter notato regulam in hoc textu appositã: ut scilicet in materia resurrectionis ista non erratis, neque decipiamini. quod. R. 1. secundum diuersa § ut in tex. Tunc nihil &c. vt patet ibid.

Item

Item de consequentia.

Superfluitas cibi conuertitur in semen. R. negatur ista §. secundum primã opinionem. Vide 2m. responsum ly prima autem opinio hanc obiectionem &c.

¶ Corollarium. Ex omnibus ergo in articulo hucusque dictis absolutè concludendum est 1. quòd illud, quod fuit de ueritate humanæ naturæ, resurget in eo, in quo fuit de illa: uel magis fuit de illa uel primo fuit de illa, si æqualiter in ambobus fuit (ut ad 3m. responsione secunda.)

Ratio 2ª.

APPENDIX.

EX articulo hucces. Primo: quomodo per rationem ostendas, à fortiori, infinitatem meritõ esse à Luc. 21. quòd totum exiles in corpore de ueritate humanæ naturæ resurgere in ipso? & sic. Capellus de capite uestro non peribit Hęc ibi. Capilli enim minus uidentur esse de ueritate humanæ naturæ, quàm plurima alia: & per consequẽs ex hoc, quòd illi resurgent multò magis alia de ueritate huiusmodi existentia. Item à &c. vt ast. 1. 2. & 3. appen.

Thom. in 2. Sẽt. di. 30. q. 1. ar. 2.

Vtil. p S. Eccl. &c.

¶ Secundò habes quomodo per rationẽ prædicta scripturam & patrũ, pro quanto quod dixerunt minuendum, & intelligẽdum, & defendendas.

¶ Tertiò videsquomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & confolidetur.

Aug. lib. 2. de Ciuit. Dei. c. 16. non p̃ cui à prin a p. to. 5. & in Enchir. c. 88. 89. & 90. to. 5.

Magister sent. lib. 4. dist. 44. §. 11.

Al. etiã. QVÆST. LXXX.

ART. V.

349 CONCL. Totum, quod est in homine, resurget, considerata totalitate speciei: non autem resurget totum, considerata totalitate materiæ.

¶ Examen. Ly totalitate speciei. Species hæc attenditur

qui embrys uescatur, & ex superfluo illius cibi generetur alius, illud, quod erit in substantia seminis, resurget quidem in eo, qui ex semine generatur, nisi in illo contineretur aliquid, quod fuisset de substantia seminum in illis, ex quorum carnibus comestis semen generatum est: quia resurgeret in primo, & non in secundo: residuum autem carnium comestarum, quòd non est conuersum in semen, constat quòd resurgeret in primo, utrique diuina potentia impleute, quod deest. ¶ Prima autem opinio hac obiectione nõ arctatur cum non ponat semen esse ex superfluo alimenti: sed aliæ multę rationes sunt cõtra, eam, ut in secũdo libro patuit, distinctione trigesima.

ARTICVLVS V.

Vtrum quicquid fuit materialiter in membris hominis, totum resurget.

AD QVINTVM sic procedi-tur. Videtur quod quicquid fuit materialiter in membris hominis, totũ resurget. Minus enim uidẽtur pertinere ad resurrectionem capilli, quam alia membra: sed h quicquid fuit in capillis totum resurget, & si non in capillis, saltem in aliis partibus, corporis ut Aug. ¶ dicit in litera, 7 ergo multo fortius quicquid in aliis membris materialiter fuit, totũ resurget.

2 Præterea. k Sicut partes carnis secundum speciem perficiũtur ab anima rationali, ita partes secũdum materiam: sed corpus humanum habet ordinem ad reformationem ex hoc, quòd fuit anima rationali perfectum. ergo non solum partes secundum speciẽ, sed ¤ omnes partes secundum materiam resurgent.

3 Præt. Ex parte illa accedit corpori totalitas ex qua parte accedit ei diuisio i partes: sed l di uisio in partes accedit corpori secundum materiam, cuius dispositio est quantitas, secũdum quam diuiditur, ergo & totalitas corporis attenditur secundũ partes materię, si ergo non omnes partes materiæ, resurgent, nec totum corpus resurget, qd est inconueniens.

SED CONTRA. Partes secundũ materiam non manẽt in corpore, sed fluũt, & refluunt, ut patet per illud, quod dicitur in primo de Generatione. Si ergo omnes partes secundum materiam, quæ non manent in corpore, sed fluunt, & refluunt, resurgerent, uel erit corpus resurgentis densissimum, uel erit immoderatæ quantitatis.

Præterea. Quicquid est de ueritate humanæ naturæ in uno homine, totum potest esse pars materiæ in alio homine, q̃ eius carnibus uescitur, si ergo omnes partes secundum materiam resurgant in aliquo, sequetur quòd resurget in uno id quod est de ueritate humanæ naturæ in alio, quod inconueniens est.

RESPONDEO, Dicendum, quòd illud, quod est in homine materialiter, non habet ordinẽ ad resurrectionem, nisi secundum quòd pertinet ad ueritatẽ humanæ naturæ, quia secundum hoc habet ordinem ad animam rationalem, illud autem totum, quod est in homine materialiter pertinet quidẽ ad ueritatem humanę naturæ, quantum ad id, quod habet de specie sed non totum considerata materiæ totalitate, quia tota materia, quę fuit in homine à principio uitæ usque ad finem, excederet quantitatem debitã speciei ut tertia opinio dicit, quæ probabilior inter cæteras mihi uidetur. Et ideo m totum, quod est in homine, resurget, considerata totalitate speciei, quæ attẽditur secundum quantitatem figuram situm, & ordinem partium, non autem resurget totum considerata totalitate materiæ n. Secunda autem opinio, & prima nõ utuntur hac distinctione, sed distinguũt inter partes, quarum utraque habet speciem, & materiam. Cõueniunt autem hę duę opiniones in hoc quòd utraque dicit quòd illud, quod est ex semine generatum, totum resurget, etiam totalitate materiæ considerata: differũt autem in hoc q̃ de eo, quod ex

*Arist. li. de resurgere, ut lect. 1. tatione figuræ non sit Generatione huius non resurget ut brutum, ratione ordinis partiũ non resurget ut mõstrum. Resurget igitur totum habito respectu ad quantitatem, figuram, situm, & partium ordinem, naturæ humanæ cõuenientem. De quantitate illa, vide aliquid. q. 81. art. 2. cor. princip.

¶ Ly totalitate materiæ. Illa materia est illæ partes, quæ fluunt & refluunt in corpore humano.

Et assimilantur hominibus alienus ciuitatis de die in die morientibus, & nouis aduenientibus. Vnde homo partes non manẽt eędem, sed sibi inuicem secundumquoniam secundum deperditionem partium succedunt aliæ ad idem officium in corpore, fiens & de cibus in nobis ut fit; successiuè post priorum mortẽ intrantibus. Videat 4. corp. ly tertia autem opinio quantum ad aliquid differt à secunda, & quantum &c. circa medium.

¶ PROB. 1. Quia totum, quod est in homine, pertinet ad ueritatem humanæ naturæ quantum ad id, quod habet de specie (vt patet) & totum pertinens ad ueritatem humanæ naturæ resurget (ar. 4.) 2. Quia (ly non autem &c.) non totum, quod est in homine materialiter, pertinet ad ueritatem humanæ naturæ, considerata totalitate materiæ (cũ tota materia quæ fuit homine à principio uitæ usque ad finem, excedat quantitatem debitam: vt patet)

*posita a. 3. cor. 1. huius.

† Positæ in 1. huius.

1m de

Universidad de Deusto
Biblioteca

1m de minori. Quicquid fuit in capilli. & faciens augmentũ, tanquam alia pars non autem, cedens tantum in restaurationem deperditi. §. ut declaratur in textu. Tunc nihil &c, ut patet ibidem consideranti.

Vt hoc tendẽ cor. & in cor. sed. arti.

2m maior. Sicut partes carnis secundum speciem perficiuntur ab anima rationali, ita partes secundum materiam. R. sed non eadem ratione. §. secũdum quamcunq; illarum trium opinionum, vt declaratur in textu. Tunc nihil &c. Nam ad hoc, quòd partes resurgant, exigitur ut perficiantur ab anima rationali, non quolibet modo, sed modo conueniẽti speciei humanæ.

3m de minori. Sed diuisio. R. accepta secundum dimensiones interminatas: non, secundum terminatas. §. Tunc nihil &c, Non enim ex diuisione quæ fiunt ad propositum sequitur inconueniens illud (vt arguens credebat) secũdum quòd declaratur in textu.

*Loco citato in arg.

¶Examen. Ly dimensiones interminatas: vide q. 79. art. 1. ad 3m. pro huius capitis intuendo.

APPENDIX.

Vtil. p. 5 Eccl. &c. * Poenam in cor.

EX articulo habes. ¶Primò quo modo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à 1. Corinth. 15. quòd totũ materialiter in membris hominis existẽs

*Aristote les lib. 1. text. 35. & 36. & 37.

resurget: & sic. Resurgent mortui incorrupti. Hæc ibi. Ac si dicat, nihil de requisitis illorum naturę, deficiet in eisdem resurgentibus. Alioqui corruptio interueniret. Vbi notat quòd corruptio alicui* rei prius existenti dicitur ei aduenire; quãdo sibi subtrahitur aliquid, quod habebat. Item a constitutionibus Apostolicis authore Clemente Papa & martire, alimento generatur, nihil resurgere ponit prima opinio. Secũda uero aliquid eius resurgere ponit, & non totum, ut ex dictis *patet.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut quicquid est in aliis partibus corporis, resurget considerata totalitate speciei, non autem considerata totalitate materiæ, ita etiã est de capillis. In alijs autem partibus aduenit aliquid ex nutrimento, quod facit augmentum, & hoc computatur, ut alia pars considerata totalitate speciei, quia obtinet alium locum, & situ in corpore, & subsstat aliis partibus demensionis. Aliquid autem aduenit, quod non facit augmentum, sed cedit in restaurationẽ deperditi nutrido, & nõ cõputatur, vt alia pars totius considerati secundum speciem, cum non obtineat alium locum, uel situm in corpore, quàm pars, quæ defluit, tenebat, quamuis posset alia pars computari, consiederata totalitate materię, & similiter est de capillis.* Augustinus ergo loquitur de incisionibus capillorum, quæ erant partes facientes augmentum, & iõ oportet quòd resurgant, non tamen in quantitate capillorum, ne sit quantitas immoderata, sed in aliis partibus, ut necessarium iudicabit diuina prouidẽtia: uel loquitur in casu illo quãdo aliis partibus deficiet, tunc enim eorum defectus poterit ex superfluitatibus capillorũ reparari.

Ad secvndvm dicendum, quòd secũdum tertiam opinionem* eædem sunt partes secundum speciem, & secundum materiam. Non enim illa distinctione utitur Philosoph. in primo de generatione, ad distinguendum diuersas partes, sed ad ostendendum, quòd eædem partes possunt considerari secundum speciem, quantũ ad illud, quod est formæ, & speciei in ipsis, & secundum materiam quantum ad illud, quod subest formæ, & speciei: constat autem quòd materia carnis non habet ordinem ad animam rationalem, nisi inquantũ est sub tali forma, ideo ratione eius habet ordinẽ ad resurrectionem. Sed prima, & secunda opinio, q̃ *ponunt alias esse partes, quæ sunt secundum speciem, & alias quę sunt secundum materiam, dicunt, quòd anima quamuis vtrasque partes perficiat, tamẽ perficit partes secundum materiam mediantibus partibus secundum speciem, & ideo non habent equaliter ordinem ad resurrectionem.

*Ibidẽ p. 5 lib. 5. cap. 8. Omnipotens Deus excitabit nos cũ omnibus, qui à principio dormierunt, tales quales modo sumus, præsens situs figura, nil mancũ habentes. Quamuis enim in mari moriamur, quamuis in terra differeam̃ur, quamuis à feris, uel abaubus laniemur, tamen excitabit nos uirtute suas quoniã mundus totus dei manu continetur. Hæc ibi. Vbi subly figura, intelligenda quantitatem, situm, & ordinem partiũ, de quibus in corpo. Item à Luc. 21. Capillus de capite uestro non peribit. Et à &c. vtar. 12. & 3. appens. Inde enim trahitur propositum.

Ad tertivm dicendum, q̃ in materia generabilium, & corruptibilium dimensiones interminatas oportet intelligere ante receptionem formæ substantialis, & ideo diuisio, quæ est secundum huiusmodi dimensiones, proprie pertinet ad materiam, sed quãtitas completa, & terminata aduenit materię post formam substantialem, unde diuisio, quæ est, uel fit secundum dimensiones terminatas, respicit speciem, præcipue quando ad rationem speciei pertinet de terminatus situs partium, sicut est in corpore humano.

QAESTIO LXXXI.

De qualitate resurgentium, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de qualitate resurgentium.

Circa quod quæruntur quatuor.

Primo, Vtrum resurgent omnes in ętate iuuenili.

Secundo, Vtrum in æquali statura.

Tertio, Vtrum omnes in eodem sexu.

Quarto, Vtrum in uita animali.

ARTICVLVS I.

Vtrũ omnes resurgent in eadem ætate.

AD primvm sic proceditur. Videtur quòd non omnes resurgent in eadem ætate, scilicet iuuenili. Quia Deus resurgentibus præcipue beatis nihil subtrahet, quod ad perfectionem hominis pertineat, sed ætas pertinet ad perfectionem hominis, cum sectus

(PROB. Quia homo resurget absque defectu humanæ nat. fuit conso meitur suæ primæ institutioni à Deo.)

1m de minori. Sed ætas. R. considerata, secundum q̃ est mensura sapientiæ animæ non, secundum quòd dicit constitutionem corporis. §. Tunc nihil contra. Non enim senectus, pro quanto dicit sapientiam, auferetur à beatitudine pro quanto dicit cõstitutionem corporis senectut: cõformem, hoc est defectuosam.

¶NOT. Ob hoc legitur in Apocalipsi de senioribus in cœlo repertis. Intellige ergo dictum illud de senioribus, eo modo quo quantum ad sapientiam ibi repertam; secundum quẽ modum, & omnes beati possunt dici senes. Cæterum seniores aliqui sunt alijs; secundum quod magis appropinquant Deo per fruitionem.

2m d maiori Ætas. R. sumpta quantum ad numerum annorum uniuersum, quantum ad ætatem ex ipsis annis in corpore humano relictam. §. Tunc nihil &c. Non enim conclusio intelligit de ætate iuuenili in primo statu, sed in secũdo eo modo, quo & de Adamo dicimus, quod creatus fuit in ætate iuuenili.

*q. præc. ar. 4. cor. †Arist. li. 1. text. 88. *li. 22. de Ciui. Dei cap. 15. a medio, & trade in glo. Hay monis su per illud ad Ephes. 4. donec occurrã. & in glo. ord. ibi. & Mag. li. 4 Sent. dist. 44 §. A.

¶Corollarium. Ergo non omnes, qui resurgent, erunt annorum triginta tũ: quasi quòd illud tẽpus præteritum à quoquam puero non resurgerent in hac ætate, sed omnes dicuntur, surgere in ætate triginta annorum ratione vigoris & perfectionis repertæ in ætate illa.

¶Examen. Ly ultimæ. Ideſt summæ. Eo modo, quo dicitur, quis facere ultimum de potentia. Summæ, inquam, in genere humano.

¶Ly statum. Scilicet totum ætatis humanæ. Ad ipsum cui ætatis antecedentia motus terminatur & ab ipso incipit motus subsequentis: ut in textu. Ideo illa status potest uocari terminus communis totius ætatis hominis.

¶PROB.

3m d maiori Magis fuit de ueritate humanæ naturæ. R. quantum ad terminum complementi, non quantum ad efficaciam ueretũ alimenti aliquo modo. §. Tunc nihil &c. Nam in iuuenibus est perfectior ueritas humanæ naturæ, quantum ad terminum complementi ut patet ex reductione illius, quod fuit in præcedenti ætate ad ipsam iuuenilẽ, secundum quòd declaratur in textu. Ex

*resurr. m

nectus sit uenerabilis ætas, ergo senes non resurgent in ætate iuuenili.

2 Præt.[b] Aetas computatur secundum mensuram temporis præteriti: sed impossibile est tempus, quod fuit præteritum, non præteriſſe, ergo impossibile est eos, qui maioris ætatis fuerunt, ad ætatem iuuenilem reduci.

3 Præterea, Illud, quod[b] magis fuit de ueritate humanæ naturæ in unoquoque, maxime resurget in ea: sed quanto aliquid primo fuit in homine, tanto videtur magis ad ueritatem humanæ naturę pertinuisse, quia in fine propter ueritatem speciei debilitatam cõparatur uino aquoso corpus humanũ, * ut patet p Philosophum in primo de generatione, ergo si omnes debent in eadem ętate resurgere, magis decet, quod resurgant in ætate pueritli, quàm iuuenili.

Sed contra est, quod dicitur Ephes. quarto: Donec occurramus omnes in perfectum uirum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, sed Christus resurrexit in ætate iuuenili, quæ circa 30. annos incipit, ut Aug.* dicit, ergo, & alij in ætate iuuenili resurgent.

Præterea, Homo in maxima perfectione naturę resurget: sed natura humana perfectißimum statũ habet in ætate iuuenili, ergo in illa ætate, resurgẽt omnes.

Respondeo, Dicendum, quòd homo resurget absq; omni defectu humanę naturæ, quia sicut Deus humanam naturam absque defectu instituit, ita finẽ defectu reparabit. Deficit autem humana natura dupliciter. Vno modo, quia nondum perfectionem ultimam est consecuta. Alio modo, quia iam ab ultima perfectione recessit. Et primo modo deficit in pueris, secundo modo deficit in senibus. Et ideo [m] in utrisque reducetur humana natura per resurrectionem ad statum ultimæ perfectionis, qui est in iuuenili ætate[n], ad quem terminatur motus augmenti, & à quo incipit motus decrementi.

*Tho. 4. dist. 44. q. 1. ar. 1. q. 1. & seq.

A quo dicitur ad illa authoritas philosophi de uino aquoso, uerificatur de naturæ debilitate quo ad efficaciam conuersionis alimenti aliquo modo, puta in augmentum melioremdigestionem, & huiusmodi.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶Primò quo modo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à Philip. 3. quòd omnes resurgent in ętate Christo conformi. i. iuuenili & fin. Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Hæc ibi. Vbi per ly configurationem intelligitur etiam conformitas ætatis prædictæ. Item ab Ephes. 4. Donec occurramus omnes in perfectum uirum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. Hæc ibi. Vbi per ly in mensuram ætatis, cum iuxta articuli prætentis declarationem in ad 2m, intelligatur principaliter uigor & perfectio ad quam ætatem importata, aduertas quòd Christi amor erga nos tam intensus offenditur ibi ab Apostolo, ut pro nobis uoluerit dare pretium sanguinis sui in summa perfectione. i. in iuuenili ætate existens quamuis sufficiens fuisset illud pretium, si etiam in alia ætate soluisset illud, hæc tunc tantus amor, nõ sic appareret, nec tantum documentum. Videlicet: quòd quando uult homo aliquid in Dei seruitũ dare, debet semper nobiliora exhibere, non minus nobilia & chara.

Vtil. p. 5 Eccl. &c.

¶Secundò habes: quomodo prædicta scripturarum, pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, & intelligi. & meant.

¶Tertiò videsquomodo ex ijs uicißim Angelica doctrina hæc & declaretur, & confoldetur.

QVÆST. LXXXI. ART. II. 551

CONCL. 1m. In resurrectione non tantũ sub forma attendendũ est ibi resurrecturi, quod cõpetit gẽri in corpore naturali speciei, (dẽ pondus q̃ quod competit tunc gestione individui. stant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ PROB. Quia in resurrectione nõ reparabitur humana natura solùm quantum ad idem specie, sed etiam quantum ad idē numero. (q. 79. art. 2.)

† Arist. li. 2. text. 41.

¶ CONCL. 2ª. Non omnes resurgent in eadem quantitate: sed quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisset in termino augmenti: si natura nõ errasset, vel defecisset, quod autē superasset, vel deficit in homine refecabit, vel supplebit diuina potentia.

¶ NOT. De illis terminis in conclusione, de quantitate duplici hoc est, speciei, & individui: vide declarationem huc textualem.

¶ PROB. Quia patere potest per suppositum.

1m illatio cõclusionis. Ergo &c. & negatur illatio §. Nõ enim est eadem ratio de quantitate illa duplici in argumento adducta: ut patet. consideranti textum.

2m d̄ minori Cui. &c. a natura individui. §. Nã quantitas huius individui non solum &c. ut in textu.

3m maior. Quantitas resurgentis non potest esse proportionata virtuti naturali, quæ primò corpus formauit. R. negant illa §. Ad rationem dicitur, quòd illis, qui non potuerunt virtute naturæ perduci ad debitam quantitatem, diuina virtus supplebit.

APPENDIX.

1 Vide p. 5. Eccl. &c. EX articulo habes. Primò quomodo per rationem ostendas meritò insinuasse ab Ezechiele 37. quòd non omnes resurgentes erunt eiusdem staturæ: & sic. Erant multa ossa valde super fasciem, & accesserunt ossa ad ossa unumquodque ad iuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea nervi & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper. Hæc ibi, ubi nota ly unumquodque; ad iuncturā suam. Clarum est, q̄ illa ossa mortuorū, de quibus ibi loquitur, non erant eiusdem quantitatis dimensiuæ. Vnde cùm in resurrectionis præparatione, de qua ibi propheta Ezechiel, unumquodque ex ad iuncturam proprià sui corporis committetur, patet, & q̄ mortui illi resurgentes diuersæ staturæ erunt: & quòd Ezechiel, per hunc modum loquendi, narram staturam in resurrectionis generaliter designauit. Item à cõstitutionibus Apostol. circuitq. 80. ar. 5. appen. Vbi nota ly tales, quales modo fuimus, & nota ly pręsentis figura. Quæ vtique aliquid clarius dicta potest, pro illo propósito.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem & interimas, & oſtendas esse, per hunc allegata in ratio damnatum, errorem Origenistarum (Prat. Originistæ) dicentium: quòd in resurrectione corpora hominum erunt rotunda, & orbicularis specie existabunt tur.

¶ Tertiò habes: quo modo per rationem prædicta patrum & scripturarum, pro quanto quod dixerunt, & intelligas, & tueatis.

¶ Quarto vides quomodo ex his vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & confoliderā tur.

QVÆST.

rabitur humana natura solum quantum ad idem specie, sed quantum ad idem numero, & ió in resurrectione non solum attendum est quod competit naturæ speciei, sed quod competit naturę individui. Natura autem speciei habet aliquam quātitatem, quam nec excedit, nec ab ea deficit absq; errore, quæ tñ quantitas habet aliquos gradus latitudinis, & non est accipienda secundum unam mensuram determinatam. Vnumquodque autem individuum in specie humana, assequitur infra terminos illius latitudinis aliquē gradum quantitatis, quæ competit naturæ individui, & ad hanc producitur in termino augmenti, si non fuit aliquis error in opere naturæ, per quem fit aliquid additum, uel subtractum prædictę quantitati, cuius quidem mensura accipitur secundum proportionabilitatem caloris extendētis, & humidi extensibilis, quod non est eiusdem virtutis in omnibus: & ideo nõ omnes resurgent in eadem quantitate, sed quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisset in termino augmenti, si natura nõ errasset, uel defecisset: quod autē superest, uel deficit in homine, refecabit, uel supplebit diuina potentia.

ADPRIMVM ergo dicendum, quòd iā patet ex dictis, * quòd non dicuntur omnes in eadem ætate resurgere, quasi in omnibus competat eadem quantitas durationis, sed quia idem status perfectionis erit in omnibus, qui quidem status saluari potest in magna, & in parua quantitate.

ADSECVNDVM dicendum, q̄ quantitas huius individui non solum rūdet formæ speciei, sed etiam naturæ individui, & ideo ratio non sequitur.

ADTERTIVM dicendum, q̄ quantitas resurgentis non proportionatur virtuti reparanti, quia illa non est de natura corporis; neque omnibus secundum illum statum, in quo sunt ante, resurrectionē sed naturæ, quam primo individuum habebat: tamen si virtus formatiua propter aliquem defectū non poterat perducere ad debitam quantitatem, quæ competit speciei, diuina virtus supplebit in resurrectione, defectum, sicut patet in nanis: & ea dem ratio est in illis, qui immoderatæ magnitudinis fuerunt vltra debitum naturæ.

conci. m

conci. n

¶ Secundò habes: quomodo per rationem & interimas, & oſtendas esse, per hunc allegata in ratio damnatum, errorem Origenistarum (Prat. Originistæ) dicentium: quòd in resurrectione corpora hominum erunt rotunda, & orbicularis specie existabunt tur.

¶ Tertiò habes: quo modo per rationem prædicta patrum & scripturarum, pro quanto quod dixerunt, & intelligas, & tueatis.

¶ Quarto vides quomodo ex his vicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & confoliderā tur.

QVÆST.

QVAEST. LXXXI. ART. III.

CONCL. Sicut resurgent homines in diuersis staturis, ita in diuersis sexibus, & quamuis sit differentia sexuum, de erit tamen confusio mutuæ vsionis.

¶ PROB. Quia talis diuersitas vtriq; competit perfectioni ipsi speciei tūm individui (vt patet) 2. Quia (ly & quamuis &c.) libido incitās ad turpes actus non aderit.

¶ NOT. In communi resurrectione auferetur ab electis eriā fomes radicitus: ex consequenti cum ipse sit instinctus ad malum, præsertim concupiscentiæ (vt colligitur ex Rom. 7. adiuncta declaratione maximè Concilij Trid. sess. 5. decret. de peccat. origin. ibi, Manere &c. si quis vlque ad ly si quis cōtrarii oēm pri n ēipatum. sentiēt, anathema sit:) clarè sequitur veritas textus, scilicet quòd tunc aberit ille libido incitans ad turpes actus.

Fomes tollit oſnõ i corpore beator d.

*Gl. ordi. sup illud 1. Cor. 15. Cū euacuauerit oēm pri n ēipatum.

1m ex Ephes. 4. In virum &c. probat dicit autem virum autem non virum, se xum virilem. § Tunc nihil &c. ut patet ex se.

¶ NOT. Vir dicitur à virtute, quam secundum Tullium, licet imponatur ad significandum marem: ex eo quòd in maribus ordinariè apparet maior virtus, seu vinctas, & fortitudo animi quàm in mulieribus. Vnde dicendū quòd ly vir, ut à quo, non significat sexū, sed ut ad quod. Hinc est quòd & mulieres aliquæ propter magnanimitatem animi atque gestorum dictæ fuere viragines, quasi participantes illud, à quo viri denominantur.

*Lib. 2. de Generatione Animalium c. 1. & Sup. q. 52. art. 1. ad 1.

†Li. 22. de Ciui. Dei c. 17. non procul à prin. 1. f.

2m illatio conclusionis. Ergo &c. & negatur illatio §. Nam post resurrectionem in mulieribus non reperietur imbecillitas naturæ, neque pusillanimitas animorum, aut debilitas corporis, seu infirmitas defectus & rationis; propter quæ illis nunc subiectio conuenit (vt arguitur.)

¶ Cornelius. Ergo (ut ex textu habetur) tunc mulieres erunt æquales viris: immò & aliquæ superiores in ea diuersitate maiorum: non obstante diuersitate sexus.

3m de maiori. Præter intentionem &c. R. particularis & vniuersalis. §. Tunc nihil &c. Nam quamuis fœminæ generatio sit præter intentionem &c. vt in textu.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnes resurgens in sexu virili.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd omnes resurgent in sexu virili. Quia dicitur Ephes. 4. quòd omnes occurremus in virum perfectum, & cætera, ergo non erit nisi sexus virilis ibi.

2 Præterea. In futuro omnis prælatio cessabit, ut dicit gl. 1. Cor. 15. sed mulier ordine naturali subdita est viro, b ergo mulieres non resurgent in sexu muliebri, sed virili.

3 Prærerea. Illud, quod est occasionaliter, & præter b intentionem naturæ inductum, non resurget, quia in resurrectione omnis error cessabit, uel tolletur: sed sexus muliebris est præter intentionem naturæ inductus ex defectu virtutis formatiuæ in semine, quæ non potest perducere materiam concepti ad formam virilem, unde dicit Philosophus 16. * de Animalibus, quòd fœmina est mas occasionatus, ergo sexus muliebris non resurget.

SED CONTRA est, quod dicit Augustinus † 22. de Ciuitate Dei, Melius sapere uidetur, qui vtrumque sexum resurrecturū esse non dubitant.

Præterea, Deus reparabit in resurrectione, quod in homine fecit in prima conditione, sed ipse fecit mulierem de costa uiri, ut patet Genes. secundo, ergo ipse sexum fœmineum in re-

A APPENDIX.

EX articulo habes. ¶ Primò quòd per rōnē interimas erroré Arrhenorum (vt refert Guido, & magistrat D. Augustinus de Ciu. Dei, lib. 22. c. 17. quem errorem Alfonsus Castrus tit. Resurrectio. 1. habet, p hæreticū dicentium, q̄ resurrecturi sunt omnes homines in sexu virili, nullumque fore post resurrectionem fœmineum sexum.

1 Vide p. 5. Eccl. &c.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædictum errorem meritò damnari ab ecclesiasticis dogmatibus loco 7o. In resurrectione ex mortuis, sexus forma non muta bitur sed ut mortui* resurget in forma uiri, & fœmina in forma fœminæ. Hæc ibi. Item à Gen. Masculum & fœminā creauit eos. Hæc ibi. Resurrectio verò erit rectificatio eiusdē rei pristinæ (ut omnibus cōstat:) & cōsequenter fœmina, & nõ vir masculus, ibi repetetur. Item Matth. 22. Sadducæi, qui dicunt nõ esse resurrectionē, interrogabant eū & dicentes. Magister, erās apud nos septem fratres &c. In resurrectione, ergo cuius erit de septē mulierū? Respondens ait. In resurrectione non nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei. Hæc ibi. Sē similē Luc. 20. Patet auté: q̄ promptus erat, eo ipso dere fœmineum sexum in resurrectione non repetendū; & ille argumenti Sadducæorum apertius conuinci. Hoc autē non dixi dum nut, immens per hanc tā factam mutatē; q̄ illud est error. Hinc patet, q̄ Armeni prædicti cū suis similibus, decepti sunt valde. Videntur adē moti ad ponendū hoc ex eo, q̄ impossibile fore iudicarunt, q̄ resurgentes viri non accenderentur aliquo mō ad concupiscentiā fœminarū ex ipsarū visione, indicantes de illo statu, sicut & de illo: cū tñ valde differat hmōi status ut non post probē concl. & manifestū est à simili & à fortiori. Clarūm. est, q̄ status gloriæ melior ad modū erit, q̄ status innocentiæ: de quo Genes. 2. dī. Erant autē ambo &c. Adā & Eua, nudi: & non erubescebant. Idest ad actus turpes: ibi do eos ob hoc non increpabat, ex quibus sēquitur (ut in textu) Multò igitur magis verum erit hoc de statu in gloria exaltēdi. Nam huiusmodi motus libidinis ex fomite, vt ait Damas. est: & Gen. 3. habetur, q̄ post peccatum commissum cognouerunt se esse nudos. Idest, erubuerunt. Propter quod & fecerūt sibi perizomata. Confusionis ergo totius, & cuiuslibet motionis ad concupiscentiam fuit peccatum, & remoto originali iustitiæ. Vnde cum in gloria resurgentium à beatis remota sit omnis radix peccati cuiuscunque, eisque collatum aliquid multò maius, quam originalis iustitia, tenendum est firmiter, quòd.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnes resurgent in vitæ animali.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd resurgent in vita animali, ut scilicet vtantur actu nutritiuæ virtutis, & generatiuæ. Quia resurrectio nostra erit [a] conformis resurrectioni Christi, sed Christus dicitur post resurrectionē [b] comedisse, vt patet Matth. vlt. & Luc. vlt, ergo homines post resurrectionem comedent, & eadem ratione generabunt.

¶ 2 Præterea. Distinctio sexuū ad generationem ordinatur, & similiter instrumenta, quæ deseruiunt virtuti nutritiuæ ordinantur ad comestionem, sed homo cum omnibus huiusmodi resurget, [c] ergo utetur actibus virtutis generatiuæ, & nutritiuæ.

¶ 3 Præterea. Totus homo beatificatur, & secundum animā, & secundum corpus: sed beatitudo secundum Philosophum [†] in perfecta [d] operatione consistit, ergo oportet quòd omnes potentiæ animæ, & omnia membra sint in suis actibus in beatis post resurrectionem, & sic idē quod prius.

4 Præt. In beatis post resurrectionem erit perfecta, & beata iucunditas: sed talis iucunditas omnes [e] delectationes includit, quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & perfectum est, cui nihil deest: cum ergo in actu nutritiuæ generatiuæ, & nutritiuæ sit magis delectatio, videtur quòd tales actus ad vitam animalem pertinentes in beatis erunt, & multo fortius in alijs, qui minus spiritualia corpora habebunt.

SED CONTRA est quod dicitur Matth. 22. In resurrectione neque nubent, neque nubentur.

Præterea, Generatio ordinatur ad subueniendū defectui, qui per mortem accidit, ad multiplicationem humani generis, & comestio ad restaurationem deperditi, & augmenti quantitatis, sed in statu resurrectionis iam humanum genus habebit totam multitudinem individuorum à Deo præfinitam, quia vsque ad hoc generatio differtur, similiter etiam quilibet homo resurget in debita quantitate, nec erit ultra mors, aut aliqua deperditio fiet à partibus humanis, ergo frustra esset actus generatiuæ, & nutritiuæ virtutis.

RESPONDEO, Dicendum, quòd resurrectio non erit necessaria propter primam perfectionem ipsius, quæ consistit in integritate eorum, quæ ad naturam spectāt, quia ad hoc homo peruenire potest in statu præsentis vitæ per actionem causarū naturalium. sed necessitas resurrectionis est ad consequendam vltimam perfectionem, quæ cōsistit in peruentione ad vltimū finem [*]. Et ideo, illæ [f] operationes naturales quæ ordinantur ad primā perfectionem humanæ naturæ, vel causandam, vel conseruandam, non erunt in resurrectione [*], & huiusmodi sunt actiones animalis vitæ in homine, & actiones mutuæ in elementis, & motus cœli, & ideo hæc cessabunt in resurrectione. Et quia comedere, bibere, & dormire, & generare ad animalem vitam pertinent, cū sint ad primam perfectionem naturæ ordinata, in resurrectione talia non erunt.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd illa [*] comestio, qua Christus comedit, non fuit necessitatis, quasi cibis indigeret humana natura post resurrectionē, sed fuit potestatis, ut ostēderet se uerā naturam sumpsisse, quam prius habuerat in statu illo, quādo cum discipulis comederat, & biberat: hæc autem ostensio non erit in resurrectione communi, quia omnibus notum erit, & ideo dicitur dispensatiue Christus manducasse, eo modo loquendi, quo Iuriit [g] dicunt, dispensatio est communis iuris relaxatio, quia Christus nō intermisit hoc, quod est cōmuniter resurgentium, scilicet non uti cibis propter causam prædictam, & propter hoc ratio non sequitur.

dicetur, quæ consistit in actibus potentiarum intellectiuarum, i. intellectus, & voluntatis.

¶ Examen. Ly operationes naturales &c. Hæc declaratur in residuo textus.

¶ PROB. Quare resurrectio non est necessaria propter primam perfectionem naturæ (cùm homo ad hanc peruenire potuit nunc per causas naturales.)

1[m] maior. Resurrectio erit cōformis resurrectioni Christi, s. conformitate gloriationum, cui inerunt quæ dispensatiuæ operationis. §. Tunc nihil &c. Nam quòd Christus comederit post resurrectionem fuit dispensatiuè factū: ad probādam fidem veritatem resurrectionis [h]: non autem fuit ad ostendendum, quòd conueniat statu resurgentium.

¶ Corollarium. Ergo factum Christi præiudicium non est de aliquo per hoc assignando vel affirmandum. Quod & ex Papa Bonifacio viij. de regulis. in 6. regula 18. confirmatur dicente: quæ a iure cōmuni exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda.

¶ NOT. Licet autē non sit dicendum p̄ præmissa, quòd corpora resurgentia comedant, uel bibāt: tamen ob hoc nō negatur ab eis, quòd possint comedere, & bibere. Aliud est enim habere potestatem ad hoc, aliud est exercere hāc potestatem. Et si inferat, q̄ sit frustra nisi exeāt in actū, negabitur hæc deductiuum à simili: colligitur ex responsione ad 2[um]. & q. 80. artic. 1. ad 3[um]. & ar. 3. ad 2[um]. Nam huiusmodi potestates erūt alij fines, quām actus manducandi, & consequenter eas q̄ nunquam exeant in hunc actum, non erunt frustra. Si tamen vellēt comedere ratione dē rōne beatitudinis hoc ē ut hō hēat q̄ quod velit, nec aliquid nocet ad beatitudinem, vt dicit Th. in 4. dist. 49. q. 1. ar. 1. corp. & ar. 3. quæstiunc. 1.

[a] Cauea errorē.

[b] 1. Ethic. à medio. pag. c. 7. ante fi. nis. Hieronimus refutat quòd prophetandi munus à Deo receperunt in præmium virginitatis suæ.

[c] ¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædicta scripturarum & patrum pro quanto non omnes in eodem ferū resurrecturos intimant, & intelligas, & probes, & mearis.

[d] ¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaratur, & consolidatur.

[e] Videatur Th. quodlibeto 3. art. 3.

[f] 1. Ethic. c. 7. à medio.

[g] Vtil. p. S. Eccl. &c.

[h] Al. beatificabitur.

[i] Aristot. li. 7. c. 12. parum à princ. & li. 10. ex c. 5. & vltimo.

[*] q. 75. ar. 1. corp. & art. seq. concl.

2[m] illatio conclusionis. Ergo &c. Negatur illa dictam in textu cui iungit. q. 80. art. 1. ad 1[um]. & artic. 2. ad 2[m]. Ex quibus dicatur, illatio debebat fieri sic; ergo utetur actibus v. etiam generatiuę & nutritiuę uel ad aliquē alijs suis ordinabilē distinctio sexuum. Et tunc cōcederetur illatio p̄ ultima parte tantum.

3[m] ex Philosopho. Operationē. ℞. hominis, inquantum homo. §. Tunc nihil &c. Nam actus nutritiuæ potentiæ, & generatiuæ non sunt hominis inquātum homo, sed inquantum animal.

¶ Vide & huiusmodi disputatur in homine opera animalis vitę.

4[m] de minori. Omnes delectationes. ℞. sanctę perfectę dictæ, & propter se quærēdæ: non aliter. §. Tunc nihil &c. Delectationes. n. corporales &c. ut in textu.

¶ NOT. Colligetur ex responso textuali, q̄ quicquid erit delectationis uerę totum reperietur in beatis. Nam uerę delectationes sunt illæ, quæ pp̄ se quærendæ sūt cuiusmodi corporales prædictę nō sunt, cum medicinæ sint. Adde: quòd aliquid est delectabile pro aliquo statu: quod non est delectabile pro aliquo alio: ut videm[o] in statu puerili & utili, quòd scilicet pueri delectantur in aliquibus, quæ delectationem non afferrent uiris: imò quandoq; confusionem. De hac universali delectatione uera in beatis reperta, vide 1. 2. q. 4. art. 7. & q. 2. art. 5. 6.

[k] Ad secundum dicendum, q̄ differentia sexuum & membrorum uarietas erit ad naturæ humanæ perfectionem reintegrandam in specie, & etiam in individuo: unde nō sequitur quòd sint frustra, quamuis animales operationes desint.

Ad tertium dicendum, quòd prædictæ operationes nō sunt hominis, inquantum est homo, ut Philosoph[us] † dicit: & ideo in eis non consistit beatitudo humani corporis, sed corpus humanum [*] glorificabitur ex redundantia à ratione, à qua homo est hō, inquantū erit ei subditū.

Ad quartum dicendum, quòd delectationes corporales sicut dicit Philosophus † in 7. & 10. Ethic. sunt medicinales, quia adhibentur homini ad tollendū fastidium, uel etiam ęgritudines inquantum eis homo inordinate delectatur, ac si essent veræ delectationes, sicut hō habens infirmum guſtum, delectatur in quibusdam, quæ sanis non sunt delectabilia & ideo non oportet quòd tales delectationes sint de perfectione beatitudinis, ut Iudæi, & Saraceni ponunt, & q̄dam hæretici posuerunt, qui vocantur Ciliarchæ, qui etiam secundum doctrinam Philosophi non uidentur sanum habere affectum, solę enim delectationes spirituales secūdum ipsum sunt simpliciter delectationes, & propter se querendæ, & ideo ipsæ ad beatitudinem requiruntur.

[*] Al. beatificabitur.

[†] lib. 10. Ethic. ca. 7. à med.

APPENDIX.

QAESTIO LXXXII.

De conditionibus beatorum resurgentium, in quatuor articulos diuisa.

HEINDE considerandum est de conditionibus beatorum resurgētiū.

ARTICVLVS I.

Vtrum corpora sanctorum post resurrectionem sint impassibilia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd corpora sanctorum post resurrectionem nō sint impassibilia. [a] Omne enim mortale est passibile: sed post resurrectionē erit animal rationale mortale, est hæc enim definitio hominis, quę ab eo non separabit, ergo corpus erit passibile.

¶ 2 Præt. Omne [b] qđ est in potentia ad formam alterius, passibile est ab illo, quia secundum hoc aliqđ est passiuum ab alio, ut dicitur in primo de generatione: sed corpora Sanctorum post resurrectionem erūt in potentia ad aliam formam, ergo erunt passibilia. Probatio mediæ. Quęcumq; cōmunicant in materia, unum eorum est in potentia ad formam alterius, materia enim, secundum quòd est sub una forma, nō amittit potē tiam ad aliā formā, sed corpora sanctorum post resurrectionem

Et primo de eorum corporum impassibilitate. Secundo, de subtilitate. Tertio, de agilitate. Quarto, de claritate.

CIRCA quod quæruntur quatuor.

Primo, Vtrum Sancti resurgēntes resurgant quo ad corpora impassibiles.

Secundo, Vtrum æqualis impassibilitas omnibus fuerit.

Tertio, Vtrum illa impassibilitas sensum in actu à corporibus gloriosis excludat.

Quarto, Vtrum sint in eis omnes sensus in actu.

ARTICVLVS I.

Vtrum corpora sanctorum post resurrectionem sint impassibilia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd corpora sanctorum post resurrectionem nō sint impassibilia. [a] Omne enim mortale est passibile: sed post resurrectionē erit animal rationale mortale, est hæc enim definitio hominis, quę ab eo non separabit, ergo corpus erit passibile.

¶ 2 Præt. Omne [b] qđ est in potentia ad formam alterius, passibile est ab illo, quia secundum hoc aliqđ est passiuum ab alio, ut dicitur in primo de generatione: sed corpora Sanctorum post resurrectionem erūt in potentia ad aliam formam, ergo erunt passibilia. Probatio mediæ. Quęcumq; cōmunicant in materia, unum eorum est in potentia ad formam alterius, materia enim, secundum quòd est sub una forma, nō amittit potē tiam ad aliā formā, sed corpora sanctorum post resurrectionem

[a] Damnati à Rom. 4. Regnum Dei non est esca & potus: sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. Hæc ibi. Cum delitijs aūt carnis non stant hmō, ut patet. Item à 1. Cor. 6. Neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, regnum Dei possidebunt. Hæc ibi. Et Gal. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, ebrietates, commessationes, & his similia, q̄ prædico uobis, sicut prædixi: quòd qui talia agunt, regnū Dei non consequentur. Hæc ibi. Item ab Apocal. 22. Beati qui lauāt stolas suas in sanguine agni, ut p̄ portas intrent in ciuitatem. Foris canes, & impudici, & idolis seruientes. Hæc ibi. Ex his ollius patet, q̄ nō resurgent homines in vita animali. Nam si vita animalis requireret' ūo in resurrectione beatorum, optima esset uita ad consecutionē illius uiuere in deliciis carnis; ideabest, ut viuere in salubus immūditijs, esset cōtra regnum Dei. Per hoc ergo, q̄ scripturę p̄missæ mōstrant, q̄ talia facientes regnū Dei nō consequentur, cōmostrant apertissimē, q̄ tunc in resurrectione nō erit vita animalis.

[b] ¶ Tertiò habes: quòd per rationem prædictam scripturarum & patrū, pro quanto homines resurrecturos ad vitam animalem degendam negant, & intelligas, & probes, & mearis.

¶ Quartò vides: quomodo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaratur, & consolidatur.

Tho. 4. dist. 44. q. 2. a. 1. quæst. 1. & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicabunt cum elemẽtis in materia, quia ex eadem materia reparabuntur, ex qua nunc sunt. ergo erunt in potentia ad aliam formam, & sic erunt passibilia.

3 Præt.[b] contraria nata sunt agere, & pati adinuicẽ, ut in primo de generatione dicit Philosophus[†]: sed corpora Sanctorũ erunt ex contrariis composita, sicut, & nunc sunt, ergo &c.

4 Præt. In corpore humano[c] resurget[b] sanguis, & alii humores, ut dictũ[a] est: sed ex pugna humorum adinuicem generantur ægritudines, & huiusmodi passiones in corpore, ergo erũt corpora Sanctorum post resurrectionem passibilia.

5 Præt.[b] Magis repugnat pfectioni defectus in actu, quàm defectus in potentia: sed passibilitas importat solum defectũ in potentia. Cũ ergo in corporib. beatorũ sint futuri aliqui defectus in actu, sicut cicatrices vulnerum in martyribus, ut in Christo fuerunt: videtur q̃ nihil deperibit perfectioni eorum si ponãtur habere corpora passibilia.

SED CONTRA. Omne passibile est corruptibile, quia passio magis facta abiicit à substantia: sed corpora sanctorum post resurrectionem erunt incorruptibilia, ut dicit primo ad Corinth. 15. Seminatur in corruptione, resurget in incorruptione, ergo erunt impassibilia.

Præterea, Fortius non patitur a debiliori: sed nullum corpus erit fortius corporibus Sanctorum, de quibus dicitur primo ad Corinth. 15. Seminatur in infirmitate, resurget in virtute, ergo erunt impassibilia.

RESPONDEO, Dicendum, quod passio dupliciter dicitur. Vno modo communiter, & sic omnis receptio passio dicitur, siue illud, quod recipit sit conueniens recipienti, & perfectium ipsius, siue contrarium, & corruptium: & [m] ab huiusmodi passionis remotione corpora gloriosa impassibilia non dicuntur [n], cum nihil, quod est perfectionis, eis sit auferendum. Alio modo passio dicitur proprie, quà sic definit. Damasc. in 2 lib.

[a] Passio est motus præter naturam: unde immoderatus motus cordis, passio eius dicitur: sed moderatus dicitur eius operatio. Cuius ratio est, quia oẽ, quod patitur trahitur ad terminos agentis, quia agens assimilat sibi patiens: & ideo patiens inquantum huiusmodi, trahitur extra terminos proprios, in quibus erat: sic ergo, [b] proprie accipiẽdo passionem, non erit in corporibus resurgentium Sanctorum potentialitas ad passionem, & ideo impassibilia dicuntur[q]. Huius aũt impassibilitatis ratio à diuersis diuersimode assignatur. Quidam enim eam attribuunt conditioni elementorũ, quæ aliter tunc se habebunt in corpore, quàm nunc. Dicunt enim, quòd elementa remanebunt ibi secundum substantiam, sed qualitates actiuæ, & passiuæ ab elementis auferentur. Sed hoc non uidetur uerum, quia qualitates actiuæ, & passiuæ sunt de perfectione elementorum: unde si sine eis repararentur elemẽta in corpore resurgentis, essent minoris perfectionis, q̃ modo sint. Et præterea, cũ qualitates illæ sint propria accidentia elementorum ex forma, & materia ipsorum causata, uidetur ualde absurdum, q̃ causa manear, & effectus tollatur. Et ideo alij dicunt, quòd manebunt qualitates, sed non habebũt [h] proprias actiones, diuina virtute id faciente ad cõseruationem humani corporis. Sed hoc etiam non uidetur posse stare, quia ad mixtionem requiritur actio, & passio actiuarum & passiuarum qualitatum, & secundum prædominiũ unius, uel alterius mixta efficiuntur diuersæ cõplexionis: qd oportet ponere in corpore resurgentis, quia erunt ibi carnes, & ossa, & huiusmodi partes, quibus omnibus non competit una complexio. Et præterea secundum hoc impassibilitas non posset poni dos in eis, quia nõ ponerer aliquam dispositionem in substãtia impassibili, sed solum prohibitionem passionis ab exteriori, scilicet diuinam uirtutem, quæ etiam posset idem facere de corpore hominis in statu huius uitæ.

Et ideo alij dicunt, quòd in ipso corpore erit aliquid prohibens passionem corporum gloriosorum, s. materia quinti corporis, quam ponunt venire in compositionẽ humani corporis, ad concilianda elementa in harmoniam quandam, per quam possunt esse debita materia aiæ rationalis, sed tamen in statu huius uitæ pp dominium elementaris naturæ, corpus humanum patitur ad similitudinẽ aliorum elementorum: sed in resurrectione dabitur natura quinti corporis, & ideo corpus humanum reddetur impassibile ad similitudinem corporis cœlestis. Sed hoc non potest stare, quia corpus quintum non venit materialiter ad compositionem corporis humani, ut in 2.[o] lib. ostensum est. Et præterea impossibile est dicere, quòd aliqua vis naturalis, qualis est uirtus corporis cœlestis, transferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, qualis est impassibilitas corporis gloriosi, cum immutationem corporis humani Apostolus attribuat uirtuti Christi: quia qualis cœlestis, tales & cœlestes. 1. Corinthiorum. 15. & Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ.

Præterea,

[†] Ar. 8. li. 1. cap. 30. & sequentibus.

[q] 80. a. 3.

Corpora Sanctorũ post resurrectionem sine spualia. cant. in

[n] 1. 2. c. 12. tom. quæst. 3. a. 3. in.

[a] 1. de

[b] 1. de maior. Omne mortale est possibile. & e. quandiu, & prout a quo est mortale non alias. § Tunc nihil contra. Nam homo est mortalis propter præsentialitatem, secundũ quem solum cognoverunt Philosophi hominẽ sic diffinientes (ut arguitur.)

Item minor.

Post resurrectionem homo erit animal rationale mortale. 1. negatur illa § Ad probationem dicitur, q̃ ipsa mortalitas separabitur tunc ab homine quæ non est de nunc de diffinitione hominis, quasi sit de essentia eius: sed ideo q̃ ponitur loco differentiæ cognitæ, q̃ est compositio ex cõtrarijs.

¶ Corollarium. Ergo essentialis diffinitio hominis est hæc. Homo est animal rationale compositum ex contrarijs. Vnde ista numquam separabitur ab homine, scilicet in gloria: licet tunc, virtute diuina operante, huiusmodi compositio non sit futura vnquam causa mortalitatis. Vide secundũ responsum ly uel potest dici &c.

2 [b] de maiori

Quod est in potentia, & libera: non anima ligata § Tunc nihil patet &c. in textu a ly in sanctis post resurrectionem &c.

¶ NOT. Si dicatur, q̃ aliquando exibit in actum ista potentia per dissolutionẽ ligaminis, quia nullum violentum perpetuũ: & huiusmodi ligatio uidetur præter naturam talis potentiæ, respondendũ est, ut habetur ex q. 75 art. 3. ad tertium. Vnde concludendũ est firmiter: q̃ talis ligatio non est præter naturam, ex eo q̃ non terminatur ad cõtrarium desiderij naturalis, imo quòd est secundum naturã perfectans, eo quòd terminatur ad illud, quod est secundum desiderium naturale. Terminatur enim ad immortalitatem.

[c] Præterea, non potest natura cælestis ita dominari in corpore humano, quin natura elementaris remaneat, cui ex essentialibus suis principijs passibilitas inest. Et ideo aliter dicendum est, quòd omnis passio fit per uictoriam agentis super patiens, aliàs nõ traheret ipsum ad terminos suos: impossibile est autem q̃ aliquid dominetur supra patiens, nisi inquantum debilitatur dominium formæ propriæ supra materiam patientis, loquendo de passione, quæ est contra naturam, de qua nunc loquimur: non enim materia subiicit uni contrariorum, sine hoc q̃ tollatur dominium alterius super ipsam, uel saltẽ diminuatur. Corpus autem humanum, & quicquid in eo est, erit pfectè subiectum animæ rationali, sicut anima perfectè subiecta Deo: & iõ in corpore glorioso non potest esse aliqua mutatio cõtra dispositionem illam, qua perficitur ab anima: & [c] ita corpora illa erunt impassibilia[r].

[d] AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd secundum Anselmum, * mortale ponitur in definitione hominis à Philosophis, qui nõ crediderunt hominem totum aliquando posse esse immortalem, quia nõ uiderunt homines nisi secundum huius mortalitatis statum [s]. Vel potest dici, q̃ secundum Philosophum in octa quo Meraph. quia differentiæ essentiales sunt nobis incognitæ, & utimur quandoque differentijs accidentalibus, ad significandũ differentias essentiales, quę sunt accidentaliũ causæ, unde mortale in definitione hominis nõ ponitur quasi ipsa mortalitas ad essentia hominis pertineat, sed quia illud, quod nunc est causa passibilitatis, & mortalitatis, secundum præsentem statũ, scilicet compositio ex cõtrarijs, est de essentia hois: sed tũc non erit causa eius propter uictoriam animæ super corpus.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ duplex est potentia, ligata, & libera, & hoc non solũ est uerum in potentia actiua, sed etiã passiua. Forma enim ligat potẽtiam materiæ, determinãdo ipsam ad unum, secundum quòd dominatur super eam: & quia in rebus corruptibilibus non perfectè dominat forma supra materiam, non perfectè põt ligare ipsam, quin recipiat interdum per aliquam passionem dispositionẽ contrariam formæ, sed in sanctis post resurrectionem diuina virtute anima dominabit supra corpus, nec illud dominiũ aliquo modo poterit auferri, quia ipsa erit immutabiliter Deo subiecta, quod non fuit in statu innocentiæ, & in corporibus illis manet eadem potentia ad formam aliam, quæ nunc inest quantum ad substantiam potentiæ, sed erit ligata per uictoriam animæ supra corpus, vt numquam in actum passionis transire possit.

AD TERTIVM dicendum, q̃ qualitates elementares sunt instrumenta animæ, ut patet in Secundo de anima, q̃ calor ignis in corpore humano regulatur in actu nutriendi per uirtutem animæ. Quando autem agens principale est perfectum, & nõ est aliquis defectus in instrumẽto, nulla actio procedit ab instrumento, nisi secundum dispositionem principalis agentis, & ideo in corporibus sanctorum post resurrectionẽ nulla actio, uel passio poterit prouenire a qualitatibus elementaribus, quæ sit contra dispositionem animæ quæ intẽdit conseruare corpus.

AD QVARTVM dicendum, q̃ secundum Augustinum [t] in epistola ad Constantinum, diuina potentia ualet in ista inuisibili, atque cõtractabili natura corporum quibuldam manẽtibus, auferre quas uoluerit qualitates. Vñ sicut ab igne fornacis Chaldæorum abstulit uirtutem comburendi, quantum ad aliquid, quia corpora puerorum illæsa seruata sunt, sed mansit quantũ ad aliquid, quia ignis ille ligna comburebat, ita auferet ab humoribus passibilitatem, & dimittet naturam. Modus autem quo hoc fiet, dictus est.

AD QVINTVM dicendum, q̃ cicatrices vulnerum non erunt in sanctis, nec in Christo fuerunt, inquantũ importat aliquẽ

[r] 3.[m] ex Philosopho. Contraria nata sunt agere, & pati, ad inuicem. & nisi principia agentis ipsorum cõtrariorum moderationem dirigerent perfectum, & in ipsis contrarijs, tanquam instrumentis, nullus fit defectus. § ut in textu dicitur. Tunc nihil &c. vt patet ibid. 4 ly in corporibus sanctorum post resurrectionem &c.

4.[m] de maiori

Sãguis & alij humores. & considerati secundum substantiam; non, secundum passibilitatem § & sic intelligit q. 80 ar. 3. Tũc nihil &c. ut patet in tex. per totum.

¶ Examen. Ly modus autem, quo hoc fiet, dictus est. Scilicet in corp. fin. & resolutionibus ad primum secundum & tertiũ de victoria animæ supra corpus. De remotione autem actiuã subiecto, puta ab igne &c. vide q. 74 ar. 8 circa notata in corp.

5.[m] de maiori

Repugnat perfectioni defectus & inquantũ defectus; non inquantum dignitas § dicit § Tunc nihil &c. Nam cicatrices vulnerum non erunt in sanctis, nec in Christo fuerunt inquantum importat &c. ut in textu.

APPENDIX.

EX articulo hu[jus] huius. ¶ Primo quomodo per rationem interminabilitatis Origenistarum (Piar. Origenistę.) dicit corpora quæ corpora post resurrectionem futura sint ut nec naturaliter, quæ multiplicabilia resolubilia possimodum sunt in nihilũ redigenda.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem offendas; hanc meritò damnari à 1. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cùm autẽ corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit

[s] 1. Epist. 146. inter principia & med. 12. in corp. huius ar. 1 Vol. 3 Ed. &c.

[t] 2 Sentẽt. 12. 96. 2. ar. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

immutalitatem mutuę fiet sermo, qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Hæc ibi. Vbi q victoriam primo loco dicit, qua mors dr absorpta intellige victoriā animæ supra corpus datam ei à Deo per dñm nostrum Christū, vt ibi subdit Apostolus. Per victoriam uerò secundo loco dicta, intelligit illam, qua more uinebat omnes homines de qua dictum est Rom. 5. Per vnum hominem in hūc mundum intrauit mors, & ita in oēs homines pertransijt. Et go inxta Apostolum ibi ad Corinth. Mors ultra non habebit imperiū. 1. 5.

Lib. 21.

defectum, sed in quantum sunt signa constantissimæ uirtutis, quia passi sunt pro iustitia, & fide, ut ex hoc, & ipsis, & alijs gaudiū crescat. Vnde dicit Aug. † 22. de Ciuit. Dei: Nescio quō sic afficimur amor martyrii beatorum, vt uelimus in illo regno in eorū corporibus uidere vulnerū cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt, & fortasse videbimus, non enim deformitas in eis, sed dignitas est quædam, quamuis in corpore sancto, non corporis, sed uirtutis pulchritudo fulgebit. Nec tamen si aliqua martyribus amputata, & ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorū, quibus dictum est, Capillus de capite vestro non peribit.

ARTICVLVS II.

Vtrum impassibilitas in omnibus erit æqualis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd impassibilitas in omnibus erit æqualis. Quia primæ ad Corinth. 15. dicit Gloss. quod æqualiter omnes habent quòd pati non possunt, qui habent totem impassibilitatis, ergo h impassibilitatis est æqualis in omnibus.

¶ 2 Præt.h Negationes non recipiunt magis, & minus: sed impassibilitas est quædam negatio, uel priuatio passibilitatis, ergo nō potest esse maior in vno quàm in alio.

¶ 3 Præt. Magis album dr quod est nigro impermixtius: sed nulli corporum sanctorum admiscebitur aliquid de passibilitate h, ergo omnia erunt æqualiter impassibilia.

CONCL. Impassibilitas, si secundum se consideretur, erit æqualis in omnibus beatis.

¶PROB. Quia impassibilitas secundum se consideratā dicit solam negationem, uel priuationem (patet) & sola negatio, uel priuatio non suscipit magis uel minus.

¶Examen. Ly negationem uel priuationem. Ista duo differunt, & conueniunt, secundum quid. Negatio enim non concernit subiectum, & priuatio concernit: utraque tamen formaliter sumpta in idem demum resolvitur. Licet enim priuatio, puta cæcitas, respiciat subiectum aptum natum ad visionē ut formaliter primò considerata in se negat visionem.

CONCL. 2ª. Si consideretur impassibilitas secundum causam suam, erit maior in uno quam in alio.

SED CONTRA. Merito debet respondere præmium proportionaliter: sed Sanctorum q dam fuerunt aliis maiores merito, ergo cum impassibilitas sit quoddam præmium, vt q in q busdā sit maior, quàm in aliis.

Præterea. Impassibilitas diuiditur contra dotem claritatis: sed illa non erit æqualis in omnibus, ut patet. 1. Corint. 15. ergo nec impassibilitas.

RESPONDEO, Dicēdum, quòd impassibilitas potest dupliciter considerari, uel secundum se, uel secundum cām suā. si secundum se consideretur, quia solam negationem, uel priuationē importat, non suscipit magis, & minus, sed merit æqualis in omnibus*. Si aūt consideretur secundum suam causam[2] sic erit in uno maior quam in alio. ¶ Causa autem eius est dominium animæ super corpus, q quidem dominium causatur ex hoc, quòd fruitur Deo immobiliter, unde in illo, qui perfectius fruitur Deo, est maior impassibilitatis causa.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd glos. illa loquitur de impassibilitate secundum se, & nō secundum causam suam.

AD SECVNDVM dicendum, q quamuis negationes, & priuationes secundū se non intendantur, nec remittantur, tñ intenduntur, & remittuntur ex causis suis, sicut dr esse loc* magis tenebrosus, qui habet plura, & maiora obstacula lucis.

AD TERTIVM dicendum, q aliqua non solum intenduntur per recessum à contrario, sed p accessum ad terminū, sicut lux intenditur. Et propterea ēt impassibilitas est maior in uno q in alio, quamuis in nullo aliqd passibilitatis remaneat.

Impassibilitas sanctorū vnde oritur

cauel. m

cauel. p

1 mde consequentia. Impassibilitas, &c. secundum se sumpta: non secundum cām suā. §. Tū nihil &c. ut patet ex corp. & cōclusionib.

2 mde maiori Negatur nec. &. secundum se sumpta secū dum causam suam. §. Tunc nihil &c. ut patet ex corp. & conclusionibus.

3 millatio cōclusionis. Ergo &c. & negatur illatio. §. & dicitur, quòd illa maior argumenti, licet sit uera non est ad propositum. Nam vniuersaliter, secundum quòd intendit arguens, non uerificatur: & specialiter nec in proposito nostro. Aliqua enim non solum intenduntur per recessum à contrario (de qua re maior illa loquitur) sed per accessum ad &c. ut in textu.

APPEN-

APPENDIX.

ARTICVLVS III.

Vtrum impassibilitas sensum in actu a corporibus glorioſis excludat.

Vtil. p 5. Eccle. &c.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd impassibilitas sensum in actu à corporibus glorioſis excludat. Quia ſicut dicit Philoſophus in ſecundo de Anima,* ſentire eſt quoddam pati: corpora autem glorioſa erunt impaſſibilia, ergo non[b] ſentient in actu.

*Arist. li. 3. tex. 12.

2 Præterea. Immutatio[b] naturalis, præcedit immutationem animalē, ſicut eſſe naturale præcedit eſſe intentionale: ſed corpora glorioſa ratione impaſſibilitatis non immutabuntur immutatione naturali: ergo nec immutatione animali, quæ requiritur ad ſentiendum.

3 Præterea, Quandocunque fit ſenſus in actu, cum noua receptione, fit nouum[b] iudicium; ſed ibi non erit nouum iudicium: quia erunt ibi cogitationes uolubiles; ergo non ſient ibi ſenſus in actu.

4 Præterea, Quando anima eſt in[b] actu unius potētiæ, remittitur [a] actus alterius potentiæ: ſed anim[a] ſumme erit intenta ad actum uirtutis intellectiuæ, qua Deum contemplabitur, [b] ergo non erit aliquo modo in actu uirtutis ſenſitiuæ.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Apoc. 1. Videbit eū oīs oculus, ergo erit ibi ſenſus in actu.

Præterea. Secundum Philoſophum in primo* de Anima, animatum abi nanimato diſtinguitur ſenſu, & motu, ſed ibi erit in actu motus, quia tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Sap. 1. ergo & ſenſus in actu.

RESPONDEO, Dicendum, quòd [m] aliquem ſenſum eſſe in corporibus beatorū omnes ponunt, [n] aliàs corporalis uita Sanctorum poſt reſurrectionem aſſimilaretur magis ſomno, quàm uigiliæ, quod non competit illi perfectioni, eo quòd in ſomno corpus ſenſibile non eſt in ultimo actu uitæ, propter quod ſomnus dicitur uitæ dimidium in 1.

*Arist. li. 3. tex. 19.

cauel. m

QVÆST. LXXXII. ART. III.

CONCL. 1ª. Neceſſe eſt ponere aliquem ſenſum, in actu in corporibus beatorum.

¶Examen. Ly ali-

A Ethic. ſed in modo ſentiendi diuerſi diuerſa opinantur. Quidā enim dicunt, quòd corpora glorioſa ſunt impaſſibilia, & propter hoc non receptibilia peregrinæ impreſsionis, & multo minus quàm corpora cęleſtia, quia non erit ibi ſenſus in actu per receptionem alicuius ſpeciei à ſenſibilibus, ſed magis extra mittendo. Sed hoc non poteſt eſſe, quia in reſurrectione natura ſpeciei B manebit eadem in homine, & omnibus partibus eius, huiuſmodi autem eſt natura ſenſus, ut ſit potentia paſſiua, ut in ſecundo de anima probat Philoſophus.* Vnde ſi in reſurrectione Sancti ſentient extra mittendo, & non recipiendo, non eſſet ſenſus in eis uirtus paſsiua, ſed actiua, & ſic non eſſet eiuſdem ſpeciei cum ſenſu, qui nunc eſt, ſed eſſet aliqua uirtus eis data: ſi C cut enim materia numquam fit forma, ita potentia paſſiua num quam fit actiua. Et ideo alij dicūt, quòd ſenſus in actu fiet per ſuſceptionem, non quidem ab exterioribus ſenſibus, ſed per effluxū à ſuperioribus uiribus, ut ſicut nunc ſuperiores uires accipiunt ab inferioribus, ita econtrario tunc inferiores accipient à ſuperioribus. Sed iſte modus receptionis non facit uere ſentire, quia omnis potentia paſsiua ſecundum ſuæ ſpeciei rationem determinatur ad aliquid actiuū ſpeciale, quia potentia inquantum huiuſmodi, habet ordinem ad illud, reſpectu cuius dicitur, unde cum proprium actiuum in ſenſu ſit res exiſtens extra animam, & nō intentio eius exiſtes in imaginatione, uel ratione, ſi organum ſentiendi non moueatur à rebus extra, ſed ex imagina D tione, uel à ſuperioribus uiribus alijs, non erit uere ſentire. Vnde non dicimus, quòd phrenitici, & alij mente capti, in quibus propter nictoriam imaginatiuæ uirtutis ſit huiuſmodi defluxus ſpecierum ad organa ſentiendi, uere ſentiant, ſed quia uidetur eis quòd ſentiant. Et ideo dicendum eſt cum alijs, q ſenſus corporum glorioſorum erit per ſuſceptionem à rebus, quæ ſunt extra animam. Sed ſciendū quę ſenſum in actu. Ideſt q actualiter ſentiant, uel interiori uel exteriori ſenſu. Quot autē ſenſibus eos ſentire ſ actu potendum ibidē non determinatur; & propterea dicit ly aliquem, quaſi dicat, quòd ſufficit præſentiri articulo; quòd oſtendat aliquā ſenſationem actualiter eſſe in beatis.

¶PROB. Quia aliàs uita corporalis ſanctorum poſt reſurrectionem aſſimularetur ſomno (cum in ſomno corpus ſenſibile nō ſentiat actum E liter) quod eſt ineonueniens.

¶CONCL. 2ª. Modus ſentiēdi in corporibus glorioſis erit per receptionem ſpiritualem à rebus ſentatis non autem per immutationem naturalem.

¶ *Corollarium*. Ergo per ly p receptionem, excludas primam opinionē recitatam in textu circa hoc: & per ly à rebus ſenſatis, excludas ſe eundam.

¶PROB. Quia immutatio ſpiritualis non uariat diſpoſitionem naturalem organi recipientis (cum pupilla recipiens ſpeciem albedinis non efficiatur, per hoc, alba: Quia (ly non autem &c.) immutatio naturalis organum recipiens uariat eadem qualitate naturali, qua res ad extra agens diſpoſita eſt (ut patet de tactu rei calidæ:) & impaſſibilitas corporum glorioſorum non compatitur naturalem hanc (ut patet.)

¶NOTE. Nihil tamen deperit de perfectione ſentiendi corporibus glorioſis ex hoc, quòd immutatione naturali non ſentiunt in actu & guſtu; ut noſti quoniam immutatio naturalis per accidens conuertitur ad hoc, quòd faciat ſenſationem, quia ſenſus ut ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum in materia præter materiā. Defectus aūt rei per accidens in aliquo non

*Lib. 1. ca 11. parū à med.

*Aſſenſibilibus.

*Lib. 2. tex. 11. 74 & 121.

Sanctor corpora nobilior modo ſe tient; q nunc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tollit id, quod est per se neque perfectionem eius minuit: immò potius perfectionem adauget, ex eo quòd ipsum, per se remanet ibi purum. Consequenter ergo sanctorum corpora nobiliori modo sentient, sensationemque percipient, & facient homines quicunque in præsenti vita.

1^m de cóclusione. Non sentiunt &c. per immutationem naturalem non, spiritualem ℣. Nã impassibilitas dicet non compatiatur immutationem naturalẽ, compatitur tamẽ spiritualem. Tunc nihil &c. ut patet.

2^m maior. Immutatio naturalis præcedit immutationem animalem. ℟. in his, in quibus utraque immutatio reperitur non aliter ℣ Tunc nihil &c. Sed in beatis non reperitur utraque, ut patet ex dictis.

3^m & maiori. Et nomen indicit. ℟. saltem sensus communis: non semper, intellectus ℣ sicut patet in eo, qui audit aliquid, quod prius sciuit. Tũc nihil &c. Quoniam Augustinus auctoritas illa in argumẽto adducta nõ probat minorem, enim minor de iudicio sensus. Augustinus uero de iudicio intellectiuæ partis, loquitur.

4^m maior. Quando anima est in actu ultimo potentiæ, remittitur actus alterius potentiæ: ℟. nisi unum sit ratio alterius ℣. Nam in tali tali casu magis iuuatur una actus ex alio: ut in textus exemplo de medico patet. Tunc nihil &c. Nam Deus ultrà sanctis apponet ut ratio omnium ab eis agendorum, uel cognoscendorum. Ex quibus ergo magis iuuatur ex hoc ad actum sentiendi ℟ per consequens argumentũ magis seruit propositio conclusionis, q̃ infringat ipsum.

¶ DICIT. De huiusmodi non impedimẽto unius potentiæ ex alia potentia, seu ex alio per ipsam cognito, uide q. 73. ar. 1. ad 3. Ricardus pauperis de Lugduno.

Item illatio conclusionis. Ergo &c. 2. ℟. negatur illatio. ℣. Tũc enim potentiæ omnes in sanctis erunt perfectissimæ per se in quòd una intentè operante alia potenti absque ullo impedimento opus suum perfectè exequi: in quo sensu illa maior non uerificatur: ut patet in responso secundo. Vel dicendum quòd ideo una &c.

APPENDIX.

EX articulo habes: Primò quo modo per rationem excludas errorẽ Pauperum de Lugduno (ut refert suma fratris Ycaneti. 5. par. cap. 2. in Bibliotheca Vaticana manu scripta) dicẽtium, quòd sancti absorpti gaudio cœlesti, nequeũt in aliquid aliud uacare. Secundum ergo illos non poterunt sentire in actu: & cõsequenter articulus præsens contra eosdem militat.

¶ Secundò habes quomodo per rationem ostendas, prædictum errorem meritò damnari ab Apostolica sede. Videbit enim nos oculus. Hæc ibi. Vbi loquitur de iudice uenituro in forma humana, quem resurgentes omnes corporaliter uidebunt. Si omnes, ergo & sancti. Item ab Isa. 33. Regem in decore suo uidebunt. Hæc ibi. Faciunt etiam contra hunc errorẽ, quæ dicta sunt q. 74. ar. 6. & 8. quando declaratur quòd ad consolationem sanctorum fiet cœlum nouum & terra nouа: ut sic licet ex usu istorum delectationem sensibilem recipiãt, item à simili damnabuntur. Sapi. 5. Tanquã scintillæ in arundineto discurrent. Ibi. Item ab ecclesia de uigiliis hymno laudem canente, quòd sequuntur sponsum laudibus, & hymnos dulces personant. Similiter autem est de sensu & motu eorum animatorum ab inanimato distinguitur sensu & motu (secundum philosophum 2. de anima).

¶ Tertiò habes quo per rationẽ perdicta scripturarum, pro quanto sensationem in actu ponunt in beatis, & intelligat, & probes & uacatis.

4 ¶ Quarò uides, quo modo ex iis uerbis Angelicus doctrina hæc, & declaretur, & confoboretur.

QVÆST. LXXXII.

ART. IIII.

CONCL. In beatis post resurrectionem erunt omnes sensus in actu.

¶ PROB. Quia ibi erit tactus & uisus, secundum omnes, odor secundũ ecclesiam, auditus (cum ibi sanctus uocatur hesecundum psal. 149. gustus (ut patet in corp. fin.)

1^m minor. Corpora gloriosa exercebunt actus uitæ nutritiuæ, ut sit per immutationem naturalem nõ per spiritualem. ℣ Tunc nihil &c. ut patet in textu, & ar. 3. ubi etiã unde not. post prob. conclãt. secundã.

2^m maiorem nihil corrumpetur, quia tota creatura uestietur quadã uirtute incorruptionis: sed sensus odoratus in actu suo esse nõ potest, nisi aliqua corruptione facta, quia odor non sentitur sine aliqua fumali euaporatione, quæ in quadam resolutione consistit, ergo sensus odoratus non erit ibi in suo actu.

4 Præterea, Auditus deseruit disciplinæ, ut dicitur in lib. de sensu: sed non erit post resurrectionem beatis necessaria aliqua disciplina per sensibilia, quia diuina sapientia replebuntur ex ipsius uisione, ergo non erit ibi auditus.

5 Præterea, Visio fit secundum quod in pupilla recipitur species rei uisæ: sed hoc non poterit esse post resurrectionem in beatis, ergo non erit ibi uisus in actu, qui tamen est omnium sensuum nobilior. Probatio mediæ. Illud, quod est lucidũ in actu, non est receptiuum speciei uisibilis: unde speculum directè positum sub radio Solis non representat speciem corporis oppositi, sed pupilla licut, & totum corpus erit claritate dotata, ergo non recipitur ibi aliqua species colorati corporis.

6 Præterea. Secundum perspectiuos, omne, qd uidetur, sub angulo uidetur, sed hoc non competit corporibus gloriosis, ergo non habebunt sensum in actu. Probatio mediæ. Quandocunque aliquid uidetur sub angulo, oportet esse aliquã proportionem anguli ad distãtiam rei uisæ, quia quod à remotiori uidetur, minus uidetur, & sub minori angulo: unde posset esse ita paruus angulus, quòd nihil de re uideretur, si ergo oculus gloriosus uide

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non sint ibi omnes sensus in actu. Tactus enim est primus inter omnes alios sensus, ut dicitur in lib. de Anima, sed corpora gloriosa carebunt actu tactus, quia sensus tactus fit in actu per immutationem corporis animalis, ab aliquo exteriori corpore prædominante in aliqua qualitate activarum, uel passiuarum, quarum est tactus discretiuus, qualis tunc immutatio esse non poterit, ergo non erit ibi omnis sensus in actu.

2 Præterea, Sensus gustus deseruit actui uirtutis nutritiuæ, sed post resurrectionem huiusmodi actus non erit, ergo frustra esset ibi gustus.

3 Præterea, Post resurrectionem nihil corrumpetur, quia tota creatura uestietur quadã uirtute incorruptionis: sed sensus odoratus in actu suo esse nõ potest, nisi aliqua corruptione facta, quia odor non sentitur sine aliqua fumali euaporatione, quæ in quadam resolutione consistit, ergo sensus odoratus non erit ibi in suo actu.

4 Præterea, Auditus deseruit disciplinæ, ut dicitur in lib. de sensu: sed non erit post resurrectionem beatis necessaria aliqua disciplina per sensibilia, quia diuina sapientia replebuntur ex ipsius uisione, ergo non erit ibi auditus.

5 Præterea, Visio fit secundum quod in pupilla recipitur species rei uisæ: sed hoc non poterit esse post resurrectionem in beatis, ergo non erit ibi uisus in actu, qui tamen est omnium sensuum nobilior. Probatio mediæ. Illud, quod est lucidũ in actu, non est receptiuum speciei uisibilis: unde speculum directè positum sub radio Solis non representat speciem corporis oppositi, sed pupilla licut, & totum corpus erit claritate dotata, ergo non recipitur ibi aliqua species colorati corporis.

6 Præterea. Secundum perspectiuos, omne, qd uidetur, sub angulo uidetur, sed hoc non competit corporibus gloriosis, ergo non habebunt sensum in actu. Probatio mediæ. Quandocunque aliquid uidetur sub angulo, oportet esse aliquã proportionem anguli ad distãtiam rei uisæ, quia quod à remotiori uidetur, minus uidetur, & sub minori angulo: unde posset esse ita paruus angulus, quòd nihil de re uideretur, si ergo oculus gloriosus uide bit sub angulo, oportet quod uideat sub determinata distantia, & ita quod nõ uideat aliquid à remotiori, q̃ modo uidemus, q̃ uidetur absurdum, & sic uidetur quòd sensus usus actu non erit in corporibus gloriosis.

SED CONTRA, Potentia coniuncta actui est perfectior quàm non coniuncta, sed natura humana erit in beatis in maxima perfectione, ergo erunt ibi omnes sensus in suo actu.

Præterea. Vicinius se habent ad animam potentiæ sensitiuæ, quam corpus: sed corpus præmiabitur, uel punietur propter merita, uel demerita animæ, ergo, & omnes sensus præmiabuntur in beatis, & punientur in malis, secundum delectationẽ, & dolorem, uel tristitiam, quæ in operatione sensus consistunt.

RESPONDEO, Dicendum, q̃ circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd in corporibus gloriosis erunt omnes potentiæ sensuum, non tamen erunt in actu, nisi duo sensus, scilicet tactus, & usus, nec hoc erit ex defectu sensuum, sed ex defectu medij & obiecti, nec tamen erunt frustra, quia erunt ad integritatem humanæ naturæ, & ad commẽdandam sapientiam Creatoris. Sed hoc non uidetur uerum, quia hoc, quod est medium in aliis sensibus, est etiam in alijs medium. In usu enim est medium aer, qui etiam est medium in auditu, & odoratu, sicut patet in 2. de Anima. Sunt ibi etiam gustus habet medium connunctum sicut, & tactus, cum gustus sit tactus quidam, ut in eodem libro dicitur. Odor etiam erit ibi, qui est obiectum odoratus, cum Ecclesia cantet, quòd odor suauissimus erunt corpora sanctorum. Laus vocalis erit in patria. Vnde dicitur supra illud Psal. Exultationes Dei in gutture eorum, quòd corda, & linguæ non desinent laudare Deum. Et idem ẽt habetur per Gloss. super illud Osex 14. In canticis, & cymbalis, &c.

Et ideo secundum alios dicendum, quòd odorati, & auditus erunt ibi in actu, sed gustus non erit ibi, ita q̃ immutetur ab aliquo cibo, uel potu sumpto, ut patet ex dictis, nisi forte dicatur, quòd erit ibi gustus in actu per immutationem linguæ ab aliqua humiditate adiuncta.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ qualitates, quas tactus percipit, sunt illæ ex quibus constituitur animatum corpus, vnde per qualitates tangibiles corpus animalis secundum statum præsentem natum est immutari immutatione naturali, & spirituali ab obiecto tactus. Et ideo tactus dicitur maxime materialis inter alios sensus, quia habet plus de materiali immutatione adiunctum, non tamen immutatio materialis se habet ad actum sentiendi qui perficitur spirituali immutatione nisi per accidens. Et ideo in corporibus gloriosis, à quibus impassibilitas excludit naturalem immutationem, erit immutatio à qualitatibus tangibilibus spiritualis tantum, sicut etiam in corpore Adæ fuit quod nec ignis, nec gladius scindere potuisset, & tamen huius sensum habuisset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2m maior.

Sentitur gustus deseruit actum nutritis nutrit uz. & iudicio saporum. §. Tunc nihil &c. Nam licet propter primum nõ ponatur in beatis (ut arguitur) tamẽ propter secundum ibi potest poni, ut in tex. & corp. fin.

3m minor.

Sensus odoratus in actu suo esse non potest, nisi aliqua corruptione facta. q. nisi odor sit in ultima sua perfectione. §. Tunc nihil &c. Nam in sanctis erit sic.

4m ex philosopho.

Auditus de seruit disciplinæ. & & perfectioni sensus, & delectationi. §. Tunc nihil &cet. Licet enim propter primum non sit in eis auditus laudum vocalium, ibi existentium tamen est propter duo ultima, quæ dicta sunt respondendo. Ex his melius intelligi probationem conclus. de auditu.

5m minor.

Hoc non poterit esse post resurrectionem in beatis. & negatur ista. §. Ad probationem dicitur, quòd illud, qd est lucidum in actu non est receptiuum speciei ut sibilis, nisi remaneat in materia diaphani: ut patet in textu. Modo claritas corporis glorioſi non auferet diaphanitatem à pupilla &c. ut ibid. & ideo per illam propositionem probare nolentem nihil cõcludit contra intentum articuli.

6m minor.

Hoc non competit corporibus glorioſis. &. negatur ista. §. Ad rationem dicitur, quòd usus corporis glorioſi uidere potest sub angulo; & etiam multò minori, quàm possit nunc: & quòd licet uideat sub determinata distantia, tamẽ uidebit multò magis à remotiori. Et

* Al. indicatus.
* In fine corp. huius art.

* The. in 2. sent. d. 2.

AD SECVNDVM Dicendũ, q gustus secundum quod est sensus alimenti, non erit in actu, sed secundum quod est* iudicium saporum, hoc est esse poterit forte per modum prædictum.*

AD TERTIVM Dicendum, quòd quidam posuerunt q odor nihil aliud est quàm quædam fumalis euaporatio. Sed hæc positio non potest esse uera, quod patet ex hoc quòd uultures currunt ex odore percepto ad cadauera ex locis remotissimis, cũ tamen non esset possibile, quòd euaporatio aliqua pertingeret à cadauere ad tam remota loca, etiam si totum resolueretur in uaporem, & præcipue, cum sensibilia in æquali distantia ad quã libet partem immutent. Vnde odor immutat medium quandoque, & instrumentum sentiendi spirituali immutatione sine aliqua euaporatione pertingente ad organũ; sed quòd aliqua euaporatio requiratur, hoc est eo, quod odor in corporibus est humiditate asperſis. Vnde oportet resolutionem fieri ad hoc quòd percipiatur. Sed in corporibus glorioſis erit odor in sua ultima perfectione nullo modo per humidum suppressus, vnde immutabit spirituali immutatione, sicut odor fumalis euaporationis facit, & sensus odoratus & in sanctis, quia nulla humiditate impeditur, & cognoscet non solum excellentias odoris, sicut nunc in nobis contingit propter nimiam cerebri humiditatem, sed etiam minimas odorum differentias.

AD 4m dicendum, quòd in patria erit laus uocalis (quamuis quidam aliter dicant,) propter quod solã immutatione spirituali organum auditus immutabitur in beatis; nec erit propter disciplinam, qua scientiam acquirãt; sed propter perfectionẽ sensus, & delectationem. Quomodo autem uox ibi formari potuerit, dictum est in secundo libro distinct. 2.

AD 5m dicendum, quòd intensio luminis nõ impedit receptionem spiritualem speciei coloris, dummodo maneat in natura diaphani, sicut patet quantumcunque illuminetur aer potest esse medium in usu; & quãto est magis illuminatus, tanto per ipsum aliquid clarius uidetur, nisi sit defectus ex debilitate uisus. Quod autem in speculo directe opposito radio solis nõ appareat species corporis oppositi, non est propter hoc, q impeditur receptio, sed propter hoc, quod impeditur reuerberatio. Oportet enim ad hoc, quod forma in speculo appareat, quòd fiat quædã reuerberatio ad aliquod corpus obscurum, & ideo plumbum uitro adiungitur in speculo, hanc autem obscuritatem radius solis repellit, unde non potest apparere species in aliquo speculo. Claritas autem corporis glorioſi non aufert diaphaneitatem à pupilla, qa gloria nõ tollit naturam, unde magnitudo claritatis in pupilla magis facit ad acumẽ uisus quàm ad eius defectum.

AD 6m dicendum, q quanto sensus est perfectior, tãto ex minori immutatione facta potest obiectum suum percipere, quanto autem sub minori angulo uisus à uisibili immutatur tanto minor immutatio est, & inde est, q uisus fortior magis à remotis aliquid uidere potest, quàm uisus debilior, quia quanto à remotiori uidetur, sub minori angulo uidetur, & quia uisus corporis glorioſi erit perfectissimus, ex paruissima immutatione poterit uidere, unde sub angulo multo minori uidere poterit quàm modo possit, & per consequẽs multo magis à remotis.

QVAESTIO LXXXIII.

De subtilitate corporum beatorum, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de subtilitate corporum beatorum.

Circa quod quæruntur sex.

Primo, Vtrum subtilitas sit proprietas corporis glorioſi.

Secundo, Vtrum ratione huius subtilitatis possit esse in eodem loco cum alio.

Tertio, Vtrum per miraculũ duo corpora possint simul esse hoc totum ratione pfectionis uisus glorificati. Vnde negatur illud argumenti, quòd scilicet non uideat tunc aliquid à remoto: , quàm modò uidemus. Esset enim hoc absurdum, si contingeret ut imbi subintretur.

APPENDIX.

EX articulo habes: Primo quo modo per rationem à fortiori ex abundanti ori excludas error em Pauperum de Lugduno (ut &c.) dicent unus ut ar. 3. appen, Per hoc enim quòd sanctorũ corpora habebunt omnes sensus in actu (ut monstratur articulus præsens) patet à fortiori, & quidem abundantius, quàm tunc ar. 3. quòd falsum est ipsos ex eo, quòd gaudio cœlesti diuinæ essentiæ repleti sunt, impediri ab operationibus alijs (ut uolebant illi Pauperes.)

Vtil. pro S. Eccles. &c.

*Al. actũ

¶ Secundo habes à quomodo per rationem à fortiori ex abundantiori ostenditur error prædictum mercatorũ damnati &c. ut ar. 3. appen. Item à Luc. 14. quando narrat dominum uid isse cuntes in Emaus, confabulantes, eisque locutum fuisse. Item à Ioã. 20 narrante dominum salutasse discipulos dicens pluries, pax uobis. Item sparsim ab Euangelistis narrantibus multas sensationes domini post resurrectionem (nõ computentur tamen manducatio & bibitio quæ dispensatiue hæ factæ sunt q. 82. ar. 4. ad 3m.) quoniã resurrectio eius nobilior est exemplar. q. 76. ar. 1.

¶ Tertiò habes quòd per rationem prædictã scripturarum, q quãto sensus plures in actu ponũt in resurgentibus, & intelligas, & probes, & tuearis.

¶ Quartò uideas quo ex ijs efficiam Angelica doctrinã hæc & declarari, & confolidetur.

QVÆST.

QVÆST. LXXXIII. ART. I.

358

Corpora & in speciali corpora glorioſa, qua re dãr spiritualia.

CONCL. 1a. Subtilitatis nomen translatum est ad illa corpora, quæ optimè subsilant formæ, & ab eis perfici tur modo complet issimo.

¶ Examen. Ly subsilant formæ &c. Idest quibus prædominãtur suæ formæ ita ut ad nutũ ei obediat, & in nullo uel minimo ei recalcitret, seu aduerseatur. Vnde tunc talia corpora possunt dici formalia: non qua essent formæ (quod est impossibile) sed qa formarum imperium seu uoluntatẽ in suis operibus omnino repræsentarent, & exequentur. Hinc est, q si illæ formæ essent spiritus (ut est anima intellectiua) tũc corpora possent uerè dici spiritualia, in sensu ut prædicto. Tenetur ergo per ly optimè subsilant formæ, loquitur de subsilare per obiectum à optimam. 1. moralem. Et hinc ex dicto 1a. textuali habes: quòd esse subtile idem est, quod esse spirituale.

Tho. 4. d. 44. q. 2. ar. 2. q. 1. & seq.

¶ PROB. Quia subtilitas ex parte materiæ cõtingit, & ubi forma unde prædominatur materiæ, ibi uidetur parũ esse de materia (patet de corporibus ra tis.)

* Lib. 24. Mora. 31. & 33.

¶ CONCL. 2a. Nomen subtilitatis ad res incorporeas trãsfertur non solũ ratione suæ subsilãtiæ, sed etiã ratione suæ uirtutis.

¶ Examen. Ly non solum ratione suæ subsilantiæ. Sed ecce non habemus materia. Cõtra Auicebronẽ ponentem materiã in rebus incorporeis, ut recitatur. 1. par. q. 70. ar. 2. Et hæc particula cõiunctionis, quasi præsupponitur (ut patet ex modo loquẽdi) & merito. Nam dictum est, q subtilitas contingit ex paucitate materiæ q; & res incorporeæ nullã habent materiã. Vnde sequitur q non ita subtiles, sed ẽt subtilissimæ sint ratione suæ subsilantiæ. Relinquitur ergo solum probandũ, q dicatur subtiles ratione suæ uirtutis & sic ab exẽplo.

¶ PROB. Quia subtilitas spiritus excedit omnẽ subtilitatem corporis, ergo corpora glorioſa erunt subtilissima.

Præterea. Corpora quãto sunt subtiliora, tanto nobiliora, sed corpora glorioſa sunt nobilissima, ergo erunt subtilissima.

RESPONDEO, Dicendum, quòd nomen subtilitatis à uirtute est assumptam, scilicet penetrandi, unde dicitur in secundo de Generatione, q subtile est completiuum partibus, & partium partibus, quia propter naturam humidi, quod male terminatur termino proprio, benè autem alieno, sequitur suum tangens, & fluit undique ad suum capiens, & sua partem minimam subintrat. Quod autem aliquod corpus sit penetratiuum contingit ex duobus. Primo, ex paucitate quãtitatis præcipue ẽm profunditatẽ, & latitudinẽ, nõ aũt secũdũ longitudinẽ, quia penetratio fit in profundum, unde longitudo penetrationi non obstat. Secũdo, ex paucitate materiæ, unde de rara subtilia dicimus; & qa in corporibus raris forma prædominatur materiæ magis, ideo* translatum est nomen subtilitatis ad illa corpora, quæ optime subsilant formæ, & perficiuntur ab ea completissimo modo,* sicut dicimus subtilitatẽ esse in Sole, & Luna, & alijs huiusmodi, si cut et aurũ, uel aliquid huiusmodi pôt dici subtile, qñ pfectissimè cõplet in esse, & uirtute suæ speciei. Et quia res incorporeæ quãtitate carẽt, & materia, p nomẽ subtilitatis ad eas trãsfert nõ solũ rõne suæ subsilãtiæ, sed etiã rõne suæ uirtutis,* sicut. 0. subtile dicitur penetratiuum, qa pertingit usque ad intima rei, ita etiam dicitur aliquis intellectus subtilis, quia pertingit ad inspicienda intrinseca principia, & proprietates naturales rei latentis. Et similiter dicitur aliquis habere usum subtilem, quia ali quod minimum potest usu pertingere, & similiter est de alijs

* Lib. 24. Mora. 31. & 33.

* 11. 1. text. 10.

Subtilitas corporis glorioſi unde oriũ habeat cũ aliunde cõtibus.

Verũ liber tas ubicũq; sitit, & ubi nõ ita ignoraũ multorum.

A intellectus dicitur subtilis: quando pertingendi ad ea, quæ da intrinseca principia, & proprietates naturales rei latentes, habet uirtutem.

¶ CONCL. 1a. Corpora glorioſa dicuntur subtilia propter cõplet issimam corporis perfectionem: & ipsa completio attenditur ex dominio totalitatis animæ glorificatæ super corpus ipsum.

¶ Examen. Ly ipsa completio attenditur ex dominio &c. Hæc est illa obedientia corporis ad animam glorificatam, quæ dicta est in exam. cõclus. primæ. Addit quòd illa obedientia est maior quàm illa & tanto, quanto corpus glorioſum est perfectius quoad nos non glorioſo.

¶ Corollarium. Ergo unũ corpus glorioſum erit subtilius alterolibet & de impassibilitate dictũ est q. 82. ar. 1. Quòd enim magis anima fruetur Deo, si magis subiecta esset, & quò magis Deo subiecta est, tanto magis corpus erit animæ subiectum ad qđ est eius subtilitas. Hoc de aliis dotibus cuntelligitur q. indelicet inde nascuntur, unde subtilitas: & fecũdũ magis & minus, ut ista. Hæc uigilanter memoriæ mandato contra hæreticos illos, atque reliquos peccatores: qui libertatem carnis ex tollunt, ratione libertatis nos fuisse à Christo donatos ignorant. Dimẽ insinuantur: & per fectionem nostra lationis corporis sui in deitate, ac uoluptatibus, à sua phantasia decepti, colloquant.

corol. 111

¶ PROB. 1. Quia patet. 2. Quia (ly ipsa completio &c.) anima est forma corporis: & subtilia corpora dicuntur illa, quæ optimè subsilant formæ (ut in conclusione prima)

¶ NOT. Videmus enim in rebus sensatis, quòd quanto plus aliquid subsistit suæ formæ, tanto magis ex hoc subtilatur, purificatur, atque perficitur. Patet hoc in aere, qui magis subtilis, purgatus, atque perfectus est à uaporibus magis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis lumini solari subijciuntur & contra. Hinc est, quòd in meridie purior est, quàm in mane, aut vespere: & in nocte impurissima est, multo quàm in purissimis aspersus. Probat hoc idem & corpus nostrum mortale; quod quanto plus animæ imperio obedit, tanto subijcitur tanto plus de sanitate corporea resplet, atque vigore, & pulchritudine. Sic ergo à subiectione corporis ad animã pendet perfectio uera corporis, & à subiectione animæ ad Deum perfectio totius hominis: & sic proportionaliter. 1. quanto maior uel minor subiectio prædicta, tanto maior & minor perfectio sibi correspondens.

*Lib. 13. de Ciuit. Dei c. 22. to. 5.

1m de consequentia. Si ergo subtilitas, & dicta per rarefactionem unionem, per obedientiã toralem ad formã suã. § Tunc nihil contra, ut patet ex concl. 3.

*Aliqnan sului à medio.

2m de cõclusione. Ergo nõ subtilitas. R. contingẽs ex rarefactione materiæ non, ex subiectione totali ad spiritum. §. Tunc nihil &c. ut patet ex concluſ. 3.

¶ NOT. Corpora gloriosa habebunt eandem materiam, eandemque formã, & naturalia accidentia; quæ habẽt nũc, vt patet ar. 2. corp. Et ideo iure nũc est concessum, illud qd concludebatur in argumento, scilicet q subtilitas per rarefactionem materiæ ibi maior nõ erit, quam nunc sit.

* Lib. 14. moral. c 3 circa m. in princ. & habe ut i arg. 1. huius art.

3m de cõclusione. Tunc non [illegible] magis subtilia. [illegible] subtilitatem dicta per rarefactionem. §. Tunc nihil &c. ut patet ex corp. hu. ly & q hoc patet soluendo &c. Per quod dictũ & huic, & aliis argumentis facile est ulti.

APPENDIX.

1 Vell. p 8. Eccl. &c. concl. f

RESPONDEO, Dicendum quòd quidam dixerunt, quòd claritas corporis glorioſi non poteſt videri ab oculo non glorioſo niſi per miraculū. Sed hoc non poteſt eſſe niſi claritas illa æquiuoce diceretur, quia lux ſecundum id quod eſt, nata eſt mouere viſum, & uiſus ſecundum id, quod eſt, natus eſt percipere lucem, ſicut uerum ſe habet ad intellectum, & bonum ad affectum, unde ſi eſſet aliquis viſus, qui nō poſſet percipere *aliquā lucem omnino, uel ille viſus diceretur æquiuoce, uel lux illa, quod non poteſt in propoſito dici, quia ſic per hoc, quòd dicū tur gloriosa corpora futura eſſe lucida, nihil nobis notificaretur, ſicut qui dicit canem eſſe in in cœlo nihil notificat ei, qui non nouit niſi canem, quod eſt animal. ideo dicendum eſt, quòd ᵐ claritas corporis glorioſi naturaliter ab oculo non glorioſo uideri poteſt ⁿ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gloriæ claritas erit alteriꝰ generis, quàm claritas naturæ, quantum ad cauſam, ſed non quantum ad ſpeciem, unde ſicut claritas naturæ ratione ſpeciei ſuæ eſt proportionata viſui, ita claritas glorioſa.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ ſicut corpus glorioſum non poteſt pati aliquid paſſione naturæ, ſed ſolum paſſione animæ, ita ex proprietate gloriæ non agit niſi actione animæ: claritas autem intenſa non offendit viſum, inquantum agit niſi actione animæ, ſed ſecūdum hoc magis delectat: offendit autē inquātum agit actione naturæ calefaciendo, & diſſoluendo organum uiſus, & diſgregando ſpiritus: & Rurſus. Quòd nihil nobis notificaretur, ſi claritas æquiuocè dicereur in corporibus glorioſis, dum dicitur nobis ea eſſe lucida, patet: quia non uenimus in cognitionem alicuius, niſi per aliquod nobis notum (ut dicitur i primo phiſicorum:) & cognitio directa unius ex altero ſimilitudinem quandam inter ea præſupponit. Vnde ex uno æquiuoco ad aliud totaliter æquiuocum non poteſt fieri uera cognitio, nec argumentatio. Propter quod in prima p.q. 13. art. 5. determinatur à ſacto Doctore, quòd ea, quæ dicuntur de Deo & creaturis nō poſſunt dici purè æquiuocè; quia ſic non ueniremus in cognitionem Dei p creaturas. Si ergo claritas in corporibus glorioſis ſic habet ret æquiuocè ad claritatem præſentem, quam uidemus quo tidie: tunc non poſſemus per iſtam claritatem quotidianā, uenire in cognitionem aliquam uerā claritatis illius, & ſic per hoc quòd dicerentur corpora gloriosa fore lucida nihil manifeſtaretur, & per conſequēs affectus noſter moueri non poſſet ad deſiderandum illam claritatem, utpote omninò incognitā, quod eſt contra intentum ſcripturarū illam nobis manifeſtantium ad hunc finem, ut ad eam ardenti animo ſuſpiremus.

*Aliàs recipere.

conci. m

1ᵐ de maiori. Viſibile & tumen ſecundum rationem ſuæ ſpeciei: non ſemper, ſecundum cauſam ſuam. §. Tunc nihil &c. Nam claritas corporum glorioſorū proportionem habet ad uiſum noſtrum, tanquam uiſibile eiuſdem ſpeciei cum claritate illa quotidiana: quamuis ſit, quaſi alterius, quantum ad cauſam ſuam.

2ᵐ maior. Claritas corpus glorioſi

rioſi erit maior, quàm nunc ſit claritas ſolis. &. non tamen agit in uiſu actione naturæ; ſed actione animæ. §. Tunc nihil &c ut patet in textu.

¶NOT. Voluntas animæ glorificatæ non tendit ad deſtruendum, ſed ad conſtruendum; ſecundum quòd conuenit gloriæ ſuæ: cum unūquodque agat ſecundum propriam diſpoſitionem. Et hoc eſt fundamentum eorum, quæ circa hanc materiam dicuntur in textu.

3ᵐ maior. Viſibile oppoſitum oculis uidentis neceſſe eſt uideri, niſi ſit ſ̄ſio aliqua in oculo. &. uel niſi uideri ipſum ſubiaceat imperio uoluntatis. §. Tūc nihil &c. Nam claritas corporis glorioſi ad hoc, ut uideatur & non uideatur, ſubiacet imperio uoluntatis. Vnde, etiam quòd nulla ſit læſio in oculo, cuitale corpus eſt præſens, poterit non uideri ab ipſo.

¶ NOT. Doctrina huius reſponſi declaratur, probatur, & defenditur per articul. 3.

APPENDIX.

1 Vuil. p. 5. kcel. &c.

EX articulo habes. ¶Primò: quomodo per rationem offendas, meritò infinuatum eſſe à Matth. 17. quòd claritas corporum glorioſorum poteſt uideri à non glorioſo & ſic. Tranſiguratus eſt ante eos: & reſplenduit facies eius ſicut ſol, ueſtimenta autē eius facta ſunt alba ſicut nix & reſpondēs Petrus dixit, Domine bonū eſt nos hic eſſe. Hæc ibi. Vbi per ly facies ſicut ſol, & ly ueſtimenta ſicut nix, oſtenditur quòd claritas in corporibꝰ glorioſis non erit æqualis in omnibus partibus corporis, ſed &c. ut arti. 1. ad quartum. Vbi & per ly bonum eſt nos hic eſſe denotatur, quòd claritas corporis glorioſi de ſui natura non offendit uiſum, ſed demulcet ut dicitur hic ad ſecundum. Et licet illa claritas tranſigurationis quantum ad modum eſſendi non fuerit claritas gloriæ; tamen quantum ad eſſentiam fuit ut 3. part. q. 45. ar. 2. Cum igitur talis claritas ab oculis diſcipulorum fuerit uiſa, quod denotatur per ly tranſiguratus eſt ante eos; patet intentum. Item 3 Sap. (tabuntiuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui te anguſtiauerunt. Videntes autem turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus dicentes intra ſe, ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Hæc ibi. Vbi deſignatur, ex contrario, ut patet conſideranti: quòd impij uidebunt claritatem ſanctorum corporum. Nihil enim eorum gloriam corporalem uiderent, nequaquam torquerentur, neque ſe admirarentur eſt maior, quàm nunc ſit claritas ſolis. &. non tamen agit in uiſu actione naturæ; ſed actione animæ. §. Tunc nihil &c ut patet in textu.

¶NOT. Voluntas animæ glorificatæ non tendit ad deſtruendum, ſed ad conſtruendum; ſecundum quòd conuenit gloriæ ſuæ: cum unūquodque agat ſecundum propriam diſpoſitionem. Et hoc eſt fundamentum eorum, quæ circa hanc materiam dicuntur in textu.

3ᵐ maior. Viſibile oppoſitum oculis uidentis neceſſe eſt uideri, niſi ſit ſ̄ſio aliqua in oculo. &. uel niſi uideri ipſum ſubiaceat imperio uoluntatis. §. Tūc nihil &c. Nam claritas corporis glorioſi ad hoc, ut uideatur & non uideatur, ſubiacet imperio uoluntatis. Vnde, etiam quòd nulla ſit læſio in oculo, cuitale corpus eſt præſens, poterit non uideri ab ipſo.

¶ NOT. Doctrina huius reſponſi declaratur, probatur, & defenditur per articul. 3.

ideo claritas corporis glorioſi, quamuis excedat claritatem Solis, tamen ex ſui natura non offendit viſum, ſed demulcet, propter quod claritas illa comparatur claritati Iaſpidis Apocalypſis 21.

AD TERTIVM dicendum, quòd claritas corporis glorioſi prouenit ex merito voluntatis, unde uoluntati ſubdetur, ut ſecundum eius imperium uideatur, uel non uideatur: & ideo in poteſtate corporis glorioſi erit, oſtendere claritatem ſuam, uel occultare, & hæc fuit opinio Præpoſitiui.

ARTICVLVS III.

Vtrum corpus glorioſum neceſſario videatur a corpore non glorioſo.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd corpus glorioſum neceſſario uidetur à corpore non glorioſo. Quia corpora glorioſa erunt lucida: ſed h corpus lucidum manifeſtat ſe, & alia, ergo corpora glorioſa neceſſario uidebuntur.

2 Præterea, Omne corpus quod h occultat alia corpora poſt ſe exiſtentia, de neceſſitate viſu percipitur ex hoc ipſo quòd alia, quæ ſunt poſt occultantur: ſed corpus glorioſum occultabit viſui alia corpora poſt ſe exiſtentia, quia erit corpus coloratum, ergo & de neceſſitate videbitur.

3 Præterea, Sicut quantitas eſt de his, quæ inſunt corpori, ita qualitas per quam uidetur, ſed quantitas non ſubetit voluntati, ut corpus glorioſum poſſit eſſe maioris quantitatis, vel minoris, ergo nec qualitas, per q̄ uiſibile ē, ut poſſit nō videri.

SED CONTRA eſt, quòd corpus noſtrum glorificabitur in conformitate corporis Chriſti poſt reſurrectionem: ſed corpus Chriſti poſt reſurrectio nem non neceſſario uidebatur, imo diſparuit ab oculis diſcipulorum in Emaus, ut dicitur Lucæ vltim. ergo, & corpus glorificatum non neceſſario uidebit.

Præterea. Ibi erit ſumma obedientia corporis ad animam, ergo corpus poterit uideri, uel non uideri ſecundum uoluntatem animæ.

RESPONDEO, Dicendum, q̄ viſibile videtur, ſecūdum quòd agit in uiſum. Ex hoc autem, quòd aliquid agit vel non agit in aliquod extrinſecum, non eſt aliqua mutatio in ipſo, unde ſine mutatione alicuius proprietatis, quæ ſit de perfectione corporis glorificati, poteſt contingere, quòd videatur: & non uideatur, unde ᵐ in poteſtate gloſicatæ animæ erit, q̄ corpus ſuum uideatur, vel non uideatⁿ, ſicut, &ᶜ quælibet actio alia corporalis ſanimæ poteſtate eritᵍ, aliàs non eſſet corpus glorioſū inſtrumentum ſumme obediens principali agenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd claritas illa obediet

A ieſd. ceram, ecce, quo modo componi ſunt inter filios Dei. Et q. 90. art. 1. 2. patet intentum, ſcilicet quòd uidebunt corpoream claritatem.

¶Secundò habes: quomodo per rationem prædictā ſcripturarum, pro quanto quod diximus inſinuant, & intelligas, & tueatis.

¶Tertiò uideas quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & confolidetur. 3

QVÆST. LXXXV.

ART. III.

CONCL. 1ᵘ. In 369 poteſtate glorificatæ animæ eſt, q̄ corpus ſuum uideatur, uel non uideatur.

¶PROB. Quia patet ſuppoſitum.

¶NOT. Ex dictis in art. 2. ad ſecundū, & ad tertium patet concluſio illa. Et ideo ſuxta morem ſuum laudab. ſem D. Thomas non repetit. Hinc aduerte, quòd in textu per ly ex hoc autem, quòd aliquid agit &c. non probatur concluſio hæc; ſed reſpondetur tacitæ obiectioni, quæ poſſet fieri dubitando, quòd ex uideri & non uideri ipſius corporis glorioſi ſequeretur aliqua mutatio in ipſo. Notā dd.

CONCL. 2ᵘ. Quælibet actio corporalis erit in poteſtate animæ.

¶NOT. Sollicet ad hoc, quòd fiat, uel non fiat; aut etiam q̄ tali, uel tali modo fiat: aut etiam quòd tali, uel tali tempore fiat, & ſic de aliis. Cū hoc tamen, quòd per hujusmodi mutationes actionum non ſequatur mutatio alicuius ꝓprietatis exiſtentis, de perfectione corporis glorificati; quia hoc repugnaret impoſſibilitati ipſius, quam uno-

conci. m

Poteſtas ſi gloriſicatæ animæ per corpus miſtanda.

conci. p

Universidad de Deusto
Biblioteca

2^m de maiori

Occultar. ℟. de necessitate non autem, de voluntate animæ §. Tunc nihil &c. Nã corpus glorioũ alia corpora post se existẽtia occultabit, tamẽ de uoluntate animę, & ita poterit non occultare, quamuis sit coloratum: & consequenter de uoluntate animæ iudebitur, vel non iudebitur. Vide prius huius notitia meliori arti. 1. ad secundum.

3^m illatio cõclusionis. Ergo &c.

℟. negatur illatio §. loquendo tñ de qualitate, prout facit pro visibilitatem aũt de qualitate, ut est res inhærens corpori. Ratio negationis est iuxta per quantitatis imitationem variaremus aliquod intrinsecum rei, scilicet & q qualitatis quod non accidit per uariationem uisibilitatis. Vide corp.

APPENDIX.

VIII. p 5. Eccl. & c

EX articulo habes, ¶ Primò quo modo per rationem ostendas, meritò esse insinuatum à Lu. 24. q necessario non uideatur corpus gloriosum à non glorioso, sed pũ uideri & non uideri: & hic. Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse euanuit ex oculis eorum. Hæc ibi. Ecce q corpus gloriosum Christi ab oculis discipulorum ablatum est, qñ uoluit, & non ablatum, quando noluit. Et hoc est, quod significatur per euanuit. i. disparuit ab oculis eorum. Non enim fuit necesse, ut in lõginquum iret corpus illud, ne videretur, sed potuit remanere præsens ut prius, & tamen non videri vt prius. Vnde non dicitur absolute euanuisse: sed euanuisse ab oculis eorũ. Constat autem quòd in Christo resurgẽte præexistebant futura in resurrectione beatorum cum ipse sit resurrectio sit exemplaris ipsorum. q. 79. art. 1.

Tho. 4. di. 44. q. 2. a. 1. q. 1. & seq.

corpori glorioso, vt possit eam ostendere vel occultare.

AD SECVNDVM dicendum, quòd color corporis non impedit peruietatem ipsius, nisi inquantum immutat usum, quia visus non potest immutari simul duobus coloribus, ut utrũque perfecte inspiciat, color autem corporis glorioſi erit in pfecta potestate animę, ut patet, siue per ipsum immutet usum, vel non immuter, & ideo erit in potestate eius ut corpus, quod est post se, occultet, uel non occultet.

AD TERTIVM dicendum, q quantitas est inhærens ipsi corpori glorioso, neque posset quã titas immutari ad imperiũ animæ sine mutatione intrinseca corporis glorioſi, quæ impassibilitati eius repugnaret, & ideo non est simile de quantitate, & visibilitate; quia etiam qualitas illa, per quam est uisibile, non potest subtrahi ad imperium animæ, sed actio illius qualitatis suspendetur, & sic occultabitur corpus ad imperium animæ.

QAESTIO LXXXVI.

De conditionibus corporum damnatorum resurgentium, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de conditionibus damnatorum resurgentium.

Circa quod quæruntur tria.

Primo, utrum corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgant.

Secundo, Vtrum eorum corpora erunt corruptibilia.

Tertio, Vtrum erunt impassibilia.

ARTICVLVS I.

Vtrum corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgent.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur quod corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgant. Illud enim quod in pœnam peccati inductum est, definere non debet nisi peccato remisso. sed mẽbrorum defectus, qui accidunt per mutilationem in pœnã peccati inducte sunt, & similiter ẽt omnes deformitates corporales, ergo à damnatis, qui peccatorum remissionem nõ sunt cõsequuti, in resurrectione non remouebuntur.

¶ 2 Præterea, Sicut resurrectio sanctorum erit ad ultimam felicitatem, sic resurrectio impiorum ad ultimam miseriam, sed Sanctis resurgentibus non aufertur aliquid, quod ad eorũ perfectionem pertinere possit, ergo nec impijs resurgentibus aliquid auferetur, quo ad eorũ miseriam pertineat, huiusmodi autem sunt deformitas, &c.

¶ 3 Præterea. Sicut ad defectum passibilis corporis pertinet deformitas, ita & tarditas, sed à corporibus damnatorum resurgentium tarditas non remouebitur, quia eorum corpora non erunt agilia, ergo eadem ratione, nec deformitas.

SED CONTRA, Primæ ad Cor. 15. Mortui resurgent incorrupti, ideſt, sine aliqua dimi nutione membrorum. Glosi. ¶ mortui, ideſt, peccatores, uel generaliter omnes mortui, resurgent incorrupti, ergo mali resurgent sine deformitatibus.

Præterea, In damnatis non erit aliquid quod sensum doloris impediat: sed ægritudo impedit sensum doloris, inquantum per eã debilitantur organa sentiendi, & similiter defectus membri impediret ne esset uniuersalis dolor in corpore, ergo sine ipsis defectibus damnati resurgent.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in corpore humano potest esse deformitas dupliciter. Primo, ex defectu alicuius mẽbri, sicut mutilatos turpes dicimus, deest enim eis debita proportio partium ad totum, & de tali deformitate nulli dubiũ est, quòd in corporibus damnatorum non erit, quia omnia corpora tam bonorum, quàm malorum integra resurgent. Alio modo deformitas conuenit ex indebita partium dispositione, vel ex indebita quantitate, vel qualitate, uel situ, quę etiam proportionem debitam partium ad totum non patiuntur; & de talibus deformitatibus, & similibus defectibus, sicut sunt febres, & aliæ huiusmodi ægritudines, quæ interdũ sunt deformitatis causa, Augustinus ¶ indeterminatum, & sub dubio relinquit in Enchirid. ut in litera Magister dicit. Sed apud Doctores modernos est duplex super hoc opinio. Quidam enim dicunt, quòd huiusmodi deformitates, & defectus in corporibus damnatorum remanebunt, considerantes eorum damnationem, qua ad summa miseriam deputãtur, cui nihil incommoditatis subtrahi debet. Sed hoc non uidetur rationabiliter dici. In reparatione enim corporis resurgentis magis attẽditur naturæ perfectio, quas in hoc mundo sunt passi, quã in conditio quæ prius fuit; vnde, & qui infra perfectã ætatem decedunt, in statura inueniſ lis ætatis resurgent. * Vnde, & illi, qui aliquos defectus naturales in corpore habuerint, vel, deformitates ex eis prouenientes, in resurrectione sine illis defectibus, vel deformitatibus reparabuntur, nisi peccati meritum impediret, & ira si aliquis cũ de fectibus, vel deformitatibus resurget, hoc erit ei in pœnã. Modus autem pœnæ est secundum mensuram culpæ. Contingit autem, quòd aliquis peccator dãnandus minoribus peccatis subiectus, aliquas deformitates, uel defectus habeat, quas non habuit aliquis damnandus, peccatis grauioribus irretitus: unde si ille q in hac uita deformitates habuit, cũ eis resurgat, sine qui bus cõstat, quòd resurget alius grauius puniendus, qui eas in hac uita non habuit, modus pœnæ non responderet quantitati culpæ: sed magis videretur aliquis puniri pro pœnis, quas in hoc mũdo passus fuit, quod est absurdum. Et ideo alij rationabilius dicunt, quòd Author, qui naturam condidit, in resurrectione naturam corporis integre reparabit, unde ꝑ quicquid defectus, uel turpitudinis ex corruptione, uel debilitatæ naturę, si ue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in resurrectione remouebit ¶ sicut febris, lippitudo, & similia. * Defectus autem, qui ex naturalibus principiis in humano corpore naturaliter consequuntur, sicut ponderositas, passibilitas, & similia in corporibus damnatorũ erũt; quos defectus ab electorum corporibus gloria resurrectionis excludet *.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd cum pœna in quolibet foro infligatur secundum conditionem illius fori, pœnæ, quæ in hac uita temporali infliguntur pro aliquo peccato, temporales sunt, & ultra uitæ terminum non se extendunt; & ideo quamuis peccatum non sit remissum damnati, non oportet, q eãdem pœnas ibi sustineant, diuina iustitia requisit, ut ibi pœnis grauioribus in æternum crucientur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd non est similis ratio de bonis, & malis, eo quòd aliquid potest esse purum bonum, non autem pure malum. Vnde sanctorum ultima felicitas hoc requirit, ut ab omni malo penitus sint immunes: sed ultima malorum miseria non excludit omne bonum, quia malum si integrum sit, corrumpit seipsum, ut Philosophus dicit in 4. Ethic. Vnde oportet, quòd miseriæ damnatorum substernatur bonum naturæ in ipsis quod opus est Conditoris perfecti, qui ipsam naturam in pfectione suæ speciei reparabit.

AD TERTIVM dicendum, q tarditas est de illis defectibus, qui naturaliter consequuntur principia humani generis, non autem deformitas, & ideo non est similis ratio.

ARTICVLVS II.

Vtrum corpora damnatorum erunt incorruptibilia.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd corpora damnatorum erunt corruptibilia. Omne enim compositum ex contrariis, necesse est

tet ex obiectionibus præmissis.

APPENDIX.

VIII. p 5. Eccl. & c. 1

EX articulo habes, ¶ Primò quomodo per rationem ostendas, meritò insinuatum esse à 1. Cor. 15. q sine deformitatibus resurgent damnati & sic. Mortui resurgent incorrupti. Hæc ibi. Vbi per ly mortui intelligit omnes. Vnde ibidem prædixerat, omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur: & etiam distinxerat inter resurgentes incorruptos, subditi ibidẽ ly & non immutabimur. Et damnati igitur ab Apostolo intelliguntur habituri istam incorruptionẽ, i. esse non mancum ut nunc patebit per auctoritatem sequẽtem. Item ab Apostolo cuius constitutionibus lib. 5. cap. 8. Excitabit nos omnipotẽs Deus tales quales modo sumus nil mancum habentes, quoniam mã dus totius Dei manus continuetur. Capillus, inquit, ex capite nostro non peribit; nõ solum autem martiribus promittit resurrectionem, sed etiam omnibus hominibus iustis, atque multis, pijs, atque impijs. Hæc ibi. Vbi nota ly nil mancum habentes, & ly iustis, atq; impijs.

¶ Secundò habes 2 quomodo per rationem prędicta scripturarum, pro quanto quod dicimus intelligas, & tueatis.

¶ Tertiò videtis quomodo ex ijs uicissim Thomistica doctrina hæc & declaratur, & consolidetur.

QVÆST. LXXXVI. ART. II.

CONCL. 1^a. Dubitatur pũ contingere aliquod corpus, quod est condemnatorum corruptionẽ habet, incorruptibile reddatur.

¶ PROB. Quia id pũ contingere ex hoc, q principia ad corruptionẽ nonẽs uel totaliter tolluntur, uel suspendũtur (cũ corruptio sit quædã mutatio.)

PP CONCL. 2^a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCL. 1ª. Ex hoc quòd principium ad corruptionem mouens totaliter tollitur, corpora damnatorum corrumpi nõ poterunt: & hoc de facto erunt diuinæ iustitiæ.

¶ PROB. 1. Quia ex hoc, quòd cessabit motus cœli, cessabit primum alterans, in cuius virtute alia omnia agunt: & cessante alterante cessabit corruptio (cùm corruptio sit terminus alterationis:) 2. Quia (ly & hoc &c.) diuina iustitia requirit, ut damnati perpetuò puniantur: (vt quæst. 99. artic. 1.) & perpetuò non puniretur nisi essent incorruptibiles.

*Arist. li. 1. c. 6. post medium.

CONCL. 2ª. Corpus Adæ fuit incorruptibile ex eo, quòd principium ad corruptionem tenebris impediebatur.

¶ NOT. Vide 1. part. quæst. 97. artic. 1. Nam ista est alius declaratio, sicut uiciosum & illa huius. Rursus. Sub nomine Adæ intellige & Euam: & quòd corpora eorũ fuerunt sic incorruptibilia pro tempore tantum illo, quo permanserunt in statu innocentiæ, ut ex prob. colligitur.

¶ PROB. Quia contrariæ qualitates in ipsius corpore existẽtes continebantur per gratiam innocentiæ, nẽ ad corruptionem agere possent.

CONCL. 3ª. In corporibus beatorum, post resurrectionem communem, coniungentur duo modi prædicti incorruptibilitatis.

¶ NOT. Ideò erunt incorruptibilitas & ratione, qua principiũ ad corruptionẽ mouens totaliter per eæ gationem motus cœli tollitur; & ratione, qua ipsummet principium per gratiam pro semper impeditur. Rursus. Licet de resurrectione communi, tanquam de uniuersali loquatur textus tamen, à simili, intelligit eam de resurrectione quorundam particulari

corrumpi: sed corpora damnatorum erunt ex contrarijs composita, ex quibus etiam nùc componuntur, aliàs non essent eiusdem speciei, & per consequens nec eadem numero, ergo erunt corruptibilia.

¶ 2 Præterea, Si non erunt corruptibilia, aut hoc erit per naturam, aut p gratiã, aut p gloriã: sed nõ natura nõ sunt incorruptibilia cum sint futura eiusdẽ naturæ, cuius nunc sunt, & gratiã, vel gloriam non habebunt, ergo erunt incorruptibilia.

¶ 3 Præterea. Illis, qui sunt in sũma miseria, subtrahere maximam pœnam uidetur inconueniens: sed maxima pœnarum est *mors, vt patet p *Philosophũ 3. Ethicor. ergo à damnatis, qui sunt in miseria, mors remoueri non debet, ergo eorũ corpora corruptibilia erunt.

SED CONTRA est quod dicitur Apoc. 9. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

Præterea, Damnati punientur in anima, & corpore pœna perpetua. Matthæi 25. Ibunt hi in supplicium æternum: sed hoc esset non posset, si corpora corruptibilia essent, ergo eorum corpora erunt incorruptibilia.

RESPONDEO. Dicendum, quòd cum in omni motu oporteat esse aliquod principiũ motus, dupliciter motus aliquis, vel mutatio a mobili remouetur. Vno modo per hoc, quòd deest principium motus. Alio modo per hoc, quòd impeditur principiũ motus: corruptio autem mutatio quædam est, unde, *dupliciter potest contingere, vt corpus, quod ex conditione suorum principiorũ corruptionem habet, incorruptibile reddatur. Vno modo ex hoc, q̃ principium ad corruptionẽ mouens, totaliter tollitur, & hoc modo corpora damnatorum in corruptibilia erunt. Cum enim primum cœlum sit alterans per motum suum localem, & alia omnia agentia secunda in uirtute ipsius agant, & quasi ab ipso mota, oportet quòd motu cœli cessante, nihil sit agens, quod possit corpus per alterationem aliquam transmutare a naturali sua proprietate; & ideo post resurrectionem, cessante motu cæli, nulla qualitas erit sufficiẽs vt corpus humanum alterare possit à sua naturali qualitate: corruptio aũt est terminus alterationis, sicut, & generatio: vñ corpora damnatorum corrũpi non poterunt; & hoc deseruit diuinæ iustitiæ, ut perpetuo uiuentes perpetuo puniantur, ut diuina iustitia requirit, ut infra dicetur: sicut, & nunc corruptibilitas corporum deseruit diuinæ prouidentiæ, per quam ex aliquibus corruptis alia generãtur. Alio modo contingit ex hoc, quòd principiũ corruptionis impeditur: & hoc modo corpus Adæ incorruptibile fuit, quia contrariæ qualitates in hominis corpore existentes, continebantur per gratiam innocentiæ, ne ad dissolutionem corporis agere possent: & multo plus continebuntur in corporibus gloriosis, quæ erunt omo subiecta spiritui, & sic in corporib beatorũ post resurrectionẽ cõmunẽ coniungentur duo modi prædicti incorruptibilitatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contraria, ex quibus corpora componuntur, sũt secunda principia ad corruptionem agentia. Primum enim agens est motus cæleſtis, unde suppositio motu cæli, necesse est vt corpus ex contrarijs compositum corrumpatur, nisi fit aliqua causa potior impediẽs. Sed motu cæli remoto, contraria ex quibus corpus componitur, non sufficiunt ad corruptionẽ faciendam eriam secundum naturam, ut patet ex dictis. Cessationem autem motus cæleſtis non cognouerunt Philosophi, vnde pro infallibili habebant, quòd corpus compositum ex contrarijs corrumpatur secundum naturam.

AD SECVNDVM dicendum, quòd incorruptibilitas erit per naturam, non quòd fit aliquod incorruptionis principium in corporibus damnatorum, sed per defectum primi mouentis ad corruptionem.

(vt probabiliter tenetur,) puta Beata Virginis, Ioannis Euangelistæ, & resuscitatorum in passione domini post resurrectione eius. q. 77. artic. vltimo. Ita quòd corpora eiusdem illorum, licet communem retinere ẽtionem præuenerint, sunt incorruptibilia; duplici tamen ratione. *concl. 3*

¶ PROB. Quia corpora beatorum erunt omninò subiecta spiritui, ut ab eo præsentur à corruptione; & motui cœli, qui est causa corruptionis, non subijciẽtur. *Artic. sequenti.

¶ Corollarium. Ex his ergo patet, quòd corpora damnatorum erunt corruptibilia secundum considerationem gratiæ, qua scilicet corpus totaliter modo dicto subiectum est spiritui cum careant gratia. Relinquitur ergo, ut solum ratione explicata in secundo conclusionis probatione, sint incorruptibilia. *concl. 3*

1ᵐ maior. Omne compositũ ex contrarijs necesse est corrumpi. & suppositio motu cœli; & nisi sit aliqua causa potior impediens corruptionem. 3. Tunc nihil &c. ut patet ex præmissis. *concl. 2*

¶ NOT. Ideo in responso dicuntur duo, scilicet suppositio motu cœli, & nisi ille &c. quoniam licet motus cœli esset inuentatus, posset adhuc corpus præseruari per illam causam potiorem cœlo, vt patet de corpore Adam in statu innocentiæ. Tunc enim mouebatur cœlum, & tamen corpus eius incorruptibile permanebat & permanssiset semper, si semper in statu innocentiæ durasset. Vide 1. parte quæstione 97. articulo primo. Rursus. Illa duo dicta in responso referuntur ad dicta in corpore: de cœlo, & de gratia. *In corp. arti.

2ᵐ de minori. Natura nõ sinit corruptibilia. 2. negatur ista. 3. Ad probationem dicit, q̃ ad esse eiusdem naturæ sufficit q̃ non habeant principium incorruptionis: si fuit corporibus, sed sint composita ex contrarijs.

3ᵐ ex philosopho. Maxima pœnarũ est mors. 1. &c. vt mors opponitur ipsi viuere delectabili: nõ autem, ipsi viuere in tristitijs. 3. Tunc nihil &c. Nam damnatorum viuere est in tristitijs. † Aristi. li. 9. cap. 9. 2 med. *Ratio 1ª.

¶ Corollarium. Consequenter igitur mors, ut dicit priuationem talis uitæ, non esset maxima pœnarum illis; sed esset in pœnarum magnum remedium. Ergo, q̃ nõ possunt mori est ei in pœnarum magnum augmentum: & consequenter, cũ desiderent diminutionem pœnarum, desiderant mori seu non esse.

Item de conclusione. Mors temo ueri non debet. 2. &. vt mors dicit maximum dolorem corporalem minor, ut dicit priuationem uitæ. 3. Tunc nihil &c. vt patet hic, & ex prio ti huius responso. Vide 2ᵐ responsum ly si autem dicatur mors esse pœnale propter corporalem &c.

APPENDIX.

EX articulo habes. 1. Primò quo modo per rationem interimas hæresim Origenis (Prar. Origenistæ) dicentis resuscitata corpora post resurrectionem futura iterum mortalia, & post multum tempus in nihilum redigenda. Vtil. p. S. Eccl. &c. *Arist. li. 6. Eth.

¶ Secundò habes: quomodo per rationem ostendas, hanc meritò damnari ab Apostol. 9. & sic. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Hæc ibi. Ité Luc. 23. & Oseæ 10. Dicent montibus operite nos, & collibus cadite super nos. Hæc ibi. Vbi per hæc ostenditur tale quid: quod in APocalipsi. Item & Daniel 12. Alij quigi labit in opprobrium ut videant semper. Hæc ibi. Nisi autem per hoc monstretur, q̃ corpora corũ futura sint incorruptibilia: non posset eorum supplicium esse semper, siue æternũ, ut dicitur Matth. 25. Item & &c. ut q. 82. art. 2. appen. *Arist. li. 2. tex. 37. *art. præc.

¶ Tertiò habes: quomodo per rationem prædictã scripturarum, pro quanto quod dicimus in illa 1. c. 4. sinuant, & intelligas, & 2. 10. 5. & tu cætr.

¶ Quarò uides: quo modo ex ijs uiciosum Angelica doctrina hæc & declaretur & consolidetur.

AD TERTIVM dicendum, q̃ quamuis mors sit simpliciter maxima pœnarum, secundum quid tamen nihil prohibet mortem esse in pœnarum remedium, & per cõsequens ablationem mortis in pœnarum augmentum. Viuere enim, ut dicit Philosophus 9 † Ethic. uidetur omnibus delectabile esse, eo quòd omnia esse appetunt, non oportet autem, (ut ibidem dicitur,) accipere maiam uitam, neque corruptam, neque quæ est in tristitijs: sicut ergo uiuere simpliciter est delectabile, non autem vita, quæ est in tristitijs, ita & mors, q̃ est priuatio uitæ, simpliciter est pœnosa, & maxima pœnarum inquantum subtrahit primum bonum, scilicet esse cum quo alia subtrahuntur: sed inquantum priuat malam uitam, & quæ est in tristitijs, est in remedium pœnarum, quas terminat: & per cõsequens mortis subtractio est in augmentum pœnarum, quas perpetuas facit. 2 Si autem dicatur mors esse pœnale propter corporalem dolorem, quem sentiunt morientes, non est dubiũ, quòd multo maiorem dolorem damnati continuè sustinebunt. Vnde in perpetua morte esse dicuntur, sicut scriptum est in Psalmo 48. Mors depascet eos.

ARTICVLVS III.

Virum corpora damnatorum sint futura impassibilia.

AD TERTIVM sic procedi-tur. Videtur quòd corpora damnatorum futura sint impassibilia. Quia secundum Philosophum in 6.* Topi. *Omnis passiõ magis facta, abijcit à substantia: sed à finito, si semper aliquid abiiciatur, necesse est illud tandem consumi, ut dicitur in primo Phisico. ergo si corpora damnatorum erunt passibilia & semper patientur, quandoq; deficient, & corrumpẽtur, quod falsum esse ostensum est, ergo erunt impassibilia.

2 Præterea. Omne agens *assimilat sibi patiens: si ergo corpora damnatorum patientur ab igne, ignis ea sibi assimilabit, sed non consumit aliter ignis corpora, nisi in quantum ea sibi assimilans resoluit. Si ergo corpora damnatorum erunt passibilia, ab igne quandoque consumentur, & sic idem quod prius.

3 Præterea. Animalia, quæ in igne sine corruptione dicuntur viuere, ut de Salamandra dicit, ab igne non affliguntur: animal enim dolore corporis non afflitur, nisi corpus aliquo modo lædatur, *si ergo corpora damnatorum in igne sine consumptione remanere possunt, sicut, & animalia prædicta, ut Augu. * in lib. de Ciuit. Dei dicit; videtur q̃ nullam afflictionem ibi sustinebunt, quòd non esset, nisi eorum corpora impassibilia essent, ergo, &c. *In lib. 21. c. 4. *a. 10. 5.

4 Præterea, Si corpora damnatorum sunt passibilia, dolor, qui ex eorum passione proueniet, ut uidetur, superare debet omnem præsentem corporũ dolorem, sicut, & sanctorum iucunditas superabit omnem præsentem iucunditatem: sed propter immensitatem doloris quadoq; contingit, in hac vita animam a corpore separari, ergo multo forti* si corpora illa futura sunt passibilia ex immensitate doloris anima a corpore separabitur & sic corpora corrumpẽtur, qd̃ falsum est, ergo corpora illa erunt impassibila. *Gl. inter lineas.

SED CONTRA est quod dicitur 1. Corinthio. 15. Et nos immutabimur. Glo.* Nos boni tantummodo immutabimur gloriæ immutabilitate, & impassibilitate, ergo non erunt corpora damnatorum impassibilia.

Præterea, Sicut corpus cooperatur animæ ad meritum, ita cooperatur ei ad peccatum, sed propter cooperationem prædictam non solum anima, sed etiã corpus post resurrectionem præmiabitur, ergo simili ratione damnatorum corpora punientur, q̃ nõ esset, si impassibilia forẽt, ergo erunt passibilia.

RESPONDEO, Dicendum, quòd principalis causa quare corpora damnatorum ab igne non cõsumentur, erit diuina iustitia, qua eorum corpora ad pœnam

Universidad de Deusto
Biblioteca

diamantis; & licet sit attacta, erit tamen hæc mutatio naturalis dispositionis: tum quia ibi cessant motus cœli, ibi quia modus passionis talis, vt sic, non importat ibi cũdũ sm mutationẽ illam. Vide q. 70. ar. 3.

CONCL. 3ª. Corpora gloriosa, licet quo dammodo patiant, passione tamen perfectiua, in quantum recipiunt aliquid, non tñ passibilia erunt.

¶PROB. Quia mihi recipiunt per modum ĩfiniti.

¶*Corollarium*. Ergo corpora damnatorum cum gloriosis conuenient in hoc, q̃ utraq; recipiunt aliquid, sed diconuenient in hoc, quia damnatorum recipient per modũ ĩfiniti; beatorum uero non. Ex hoc inde quãm bene glosatũ sit dictũ reatus ly in tali passione sentiat &c. supra in hoc. post prob. concl. 1ª. Et ex hac q̃ propriẽ nõ dĩ aliquid esse passionem, hõc n̄ si passione de corp. & q. 81. effectiua. sunt ad 1. 82. art. 3. part. q. 97. ar. 1.

*ar. prize, corpo. & ad 1. *concl.* m

1m ex Philosopho. Omnis passio. &c. per quam transmutatur patiẽs à sua naturali dispositione. 5. Tunc nihil &c. ut patet ex dictis.

2m de antecedente. Affimilatur. &c. vel secundum modũ uniuocorũ agentiũ: uel secundum æquiuocorum. 5. Tunc nihil &c. Nam ignis corpora damnatorũ affimilabit sibi per modũ æquiuocorũ tantum: quæ affimilatio non importat corruptionẽ affimilati. Vide quæst. 70. art. 3. *concl.* f

3m consequẽtia. Si ergo &c. & negatur consequentia 5. Nam cũ per actionem spiritualem, scilicet in superabundantia uel defectu, &c. causari affimilationẽ, & consequenter ĩmutationẽ corruptiuam eorũ qui affligũtur ĩ hoc certo casu.

*In corp. ar.

4m de cõclusione. Ex immediate dictis. Nam dolor animæ à corpore separabitur. &. si dolor sit per transmutationẽ patientis à sua naturali dispositione, ut patet ex dicto 5. Tunc ergo dolor spiritualis. 5. Tunc nihil &c. ut patet ex dictis. &c. ex dictis.

¶Examen. Ly secundum q̃ manet ibi in potẽtia animæ. Idest secundũ q̃ est passio, quæ uocatur passio animæ; hoc est secundum q̃ ut spiritualiter sit, ut in corpore. Non ergo per hoc q̃ dolor est in damnato secundum q̃ manet ut in potentia alæ, figuratiue corpus damnatorũ non dolebit sed q̃ à naturali dispositione non mutetur.

APPENDIX.

EX articulo habes. Primò quo modo per rationem ostendas, inferno ĩfinitatẽ à 2. Corin. 9. corpora damnatorũ nõ erũt impassibilia, sicut similitudo agentis est dupliciter in patiente. Vno modo per modum eundem, quo est in agente, sicut in omnibus agentibus uniuocis, ut calidum facit calidum, & ignis generat ignẽ. Alio modo per modum diuersum à modo, qui est in agente, sicut est in omnibus agentibus æquiuocis, in quibus quandoque contingit quòd in agente est forma spiritualiter, quę in patiente materialiter recipitur, sicut forma, q̃ est in domo facta per artificem, est materialiter in ipsa, & in mẽte artificis est spiritualiter. Quãdoque uero econtrario est materialiter in agente, & recipitur spiritualiter in patiente, sicut albedo materialiter est in pariete, a quo recipitur spiritualiter in pupilla, & in medio deferente, & similiter est in proposito, q̃ species, quæ materialiter est in igne, recipitur spiritualiter in corporibus damnatorum, & sic ignis non assimilabit eorum corpora, nec tamen ea consumet.

AD TERTIVM dicendum, q̃ secundum * Philosophum in libro de proprietatibus elementorum nullum animal in igne viuere potest. Galenus etiam in libro de simplicibus medicinis dicit, quòd nullum corpus est, quod tandem ab igne non consumatur, quamuis quandoque quædam corpora sint, quę ad horã in igne sine læsione permaneat, ut patet de ebeno. Quod autem dicitur de Salamandra, non potest omnino esse simile, quia non posset perseuerare finaliter in igne sine corruptione, sicut corpora dãnatorum in inferno: neque tamen oportet quod quia corpora damnatorum ab igne inferni p corruptionem aliquam non lædantur, quòd propter hoc ab igne non affligantur, uia sensibile non solum natum est delectare, vel affligere sensum, secundum quod agit actione naturæ confortando, uel corrumpendo organum, sed etiam secundum, quòd agit actione spirituali, quia quando sensibile est in debita proportione ad sentiendum, delectat: econtrario autem quando se habet in superabundantia, uel defectu unde, & dolores medij, & voces consonantes sunt delectabiles, inconsonantes autem offendunt auditum.

AD QVARTVM dicendum, q̃ dolor non separat aiam à corpore sm q̃ manet tantum in potentia aiæ, cuius est dolere, sed secundum quod ad passionem aiæ mutatur corpus à sua naturali dispositione, secundum modum, quo uidemus, quod ex ira corpus calescit, & ex timore frigescit: sed post resurrectionem corpus non poterit trãsmutari à sua naturali dispositione, ut ex dicto patet; unde quãtuscunq; sit dolor, anima à corpore nõ separabit.

*ar. 3. hor. tus q. cor.

sient nec agilia, nec clara, nec subtilia: & sic. Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Hæcibi. Vbi per immutationem intelligit quatuor prædicta dotes corporũ bonorum. Quod enim de bonis tantum intelligat sic immutandis: patet per illud, quod ibi sequitur; scilicet mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Vbi patet: q̃ distinguit bonos ĩgnificatos per ly nos à malis resurrecturis simul contentis in ly mortui resurgent incorrupti. Item à 2. Cor. 4. Omnes astabimus ante tribunal Christi, ut referat vnusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Hæcibi. Quasi dicat; quòd corpora, quę cooperata sũt siue bonum siue malum, remunerabuntur, siue punientur à Christo. Et cõstat iudicium illius tribunalis fit malis ad supplicium æternum ĩgnificeauit per illud Apostolus; quòd eorum damnatorum durabunt in æternũ in supplicio, quod est illis esse semper passibilia. Item à Matth. 13. ibi erit fletus & stridor dentium. Hæc ille. Vbi loquitur de damnatis. Itẽ à &c. ut q. 70. ar. 4. in fine.

Tho. 4. d. 43. ar. vlt. q. 1. & se. 2

¶Secundò habes: quomodo per rationem prędicta scripturarum, pro quanto corpora damnata fore passibilia ĩnuoluit, & intelligas, & defendas.

3 ¶Tertiò vides: quo modo ex ijs vicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & confoliderur.

QVÆS. LXXXVII. ART. I.

371 CONCL. 1ª. Oportet: quod omnium operum suorũ quilibet tunc notitiã habeat.

¶Examen. Ly operum. Non tantũ exteriorum, sed etiam interiorum. Itẽ non tantum cõmissorũ, sed etiam omissorũ. Item, non tantum ex ista uel illa causa, puta ignorantia uel passione procedentium, sed etiam quacunq;. Item non tantũ mortalium actualium, & Originalium, sed etiã in hac. Euentialium quantumcunque minutissimorum. Item non tantũ maiorũ, sed etiã minorũ. ad Rom. 14. multũ remotè ab illis. med. 1.2.

*Est glo. Origenis

¶Ly notitiam. Scilicet perfectam undique, quæ tum quòd ad circunstantias quaslibet tum quòd ad quæcunque alia sibi pro tali negotio accidentia ne extraria, puta speciẽ peccatorum. Nisi. n. hęc duo examina sic se haberent pro intellectu conclusionis, probatio sequens nõ concluderet perfectè secundum q̃ intẽdit (vt discurrenti facilitter patet). Vide art. 2. & 3.

¶PROB. Quia quicunque omnium operũ suorum quæ in illo cõmuni iudicio uenient erit testis, accusator, vel defensor. (ut ex Rom. 2.) & in quolibet iudicio oportet, q̃ testis, accusator, uel defensor habeat notitiam omnium, quæ in iudicio uertuntur.

CONCL. 2ª. Conscientiæ singulorum erunt, quasi quidam libri continentes res gestas, ex quibus iudicium procedet.

¶*Corollarium*. Ergo per hãc conclusionẽ monstrat sanctus Doctor: q̃ nullus dãnatorũ poterit cõqueri iustè, nisi de seipso, quòd scilicet meruerit ex suæ damnationis cũ iudicii ex rebus ĩ eo mentionẽ gestis præcedere hẽar. Et ultrà, mõstrat: q̃ dãnati uidebunt hoc ipsum in conscientia sua; licet de cognitione tali nõ emendentur animus fit quarela sui contra Deum.

*Li. 10. 14. 4 in. tom. 5.

¶PROB. Quia ex multitudine humanorũ iudiciorum, & ex authoritate Apocal. 20. hoc patet.

1m mi-

De cognitione, quam habebunt resuscitati in iudicio respectu horum, & demeritorum, in tres articulos diuisa.

POST hoc agendũ est de his, quę sequuntur resurrectionẽ. Quorũ prima cõsideratio est de cognitione, quam habebũt resuscitati in iudicio respectu meritorum, & demeritorũ. Secundo, de ipso iudicio in generali, tẽpore, & loco in quo erit. Tertio, de iudicantibus, & iudicatis. Quarto, de forma in qua iudex uenier ad iudicãdũ. Quinto, de statu mundi, & resurgentium post iudicium.

Circa primum quæruntur tria.

Primo, Vtrũ cognoscat quilibet homo in iudicio omnia peccata sua.

Secundo, Vtrum possit quilibet legere conscientiam alterius.

Tertio, Vtrum omnia merita & demerita uno intuitu quis uidere possit.

ARTICVLVS I.

Vtrum post resurrectionem quilibet cognoscat peccata quæ fecit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod post resurrectionem nõ cognoscat quilibet omnia peccata, quę fecit. Omne enim, quod cognoscimus, uel de nouo per sensum accipimus, vel de thesauro memoriæ educitur: sed homines post resurrectionẽ sua peccata non poterunt sensu percipere, quia iam transierunt, sensus autem est tantũ præsentium, multa etiam peccata à memoria excidunt peccantis, quæ non poterunt de thesauro memoriæ educi, ergo non omnium peccatorum, quæ fecit, resurgens cognitionem habebit.

2 Præterea, Sicut in litera dicitur. Libri conscientię quidã sunt, in quibus merita singulorum leguntur: sed in libris non potest aliquid legi nisi eius notã contineatur in libro, notæ autem quædam remanent peccatorum in cõscientia, vt patet Rom. 1. in gloss.* quæ non uidẽtur aliud esse, hquàm reatus, uel macula, cum ergo multorũ peccatorum macula, & reatus à multis sit deletus per gratiam, videtur quòd non omnia peccata, quæ fecit, possit aliquis in sua cõscientia legere, & sic idẽ, quod prius.

3 Præterea, Crescente cã, crescit effectus, sed cã, quę facit nos dòlere de peccatis, quæ ad memoriam reuocamus, est charitas, cum ergo in sanctis resurgentibus sit perfecta charitas, maxime de peccatis dolebunt si ea ad memoriam reuocabũtur, quod non potest esse, quia fugiet ab eis dolor, & gemitus. Apocalyp. vigesimo primo, ergo peccata prima ad memoriã non reuocabuntur.

4 Præterea, Sicut se habebũt resurgentes damnati ad bona, quæ aliquando fecerunt, ita se habebunt resurgentes boni ad peccata, quæ aliquando commiserunt; sed resurgentes damnati, ut uidetur, cognitionẽ de bonis, quæ aliquãdo fecerũt, nõ habebunt, quia per hoc eorum pœna multum alleuiaretur, ergo nec beati habebunt cognitionem peccatorum, quæ commiserunt.

SED CONTRA est quod Augustꝰ dicit 20. de ciuit. Dei, quod quædam diuina uis aderit, qua fiet, vt cuncta peccata ad memoriam reuocentur.

Præterea, Sicut se habet humanũ iudicium ad testimoniũ exterius, ita se habet diuinũ iudicium ad testimonium conscientiæ, ut patet 1. Reg. 16. Homines uidẽt ea, q̃ apparẽt, Deus autem intuetur cor: sed nõ posset perfectè iudicium humanũ esse de aliquo, nisi testes de omnibus, de quibus iudicandũ est testimoniũ deponerent, ergo oportet cũ diuinũ iudicium sit perfectissimum, quòd conscientia teneat omnia, de quibus iudicandum est: sed iudicandum est de omnibus bonis operibus, & malis. 2. Corin. 4. Omnes astabimus ante tribunal Christi, &c. ergo oportet q̃ conscientia vniuscuiusq; retineat omnia opera, quæ fecit siue bona siue mala.

RESPONDEO, Dicendum, q̃ sicut dicitur Roma. 2. In die illo cum iudicabit dominus, testimonium

*Li. 10. de ciuit. Dei. cap. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 minor. Homines post resurrectionem non poterunt sua peccata sensu percipere. & nomine alio modo ea percipere poterunt. § scilicet educendo illa de thesauro memoriæ. Ad rationem in contrarium dicitur q̃ licet multa exciderint à memoria, nullum tamen eorum erit, quod nõ aliquo modo maneat in suo effectu, quia &c. ut in textu. Tunc nihil cõtra. Patet enim iam: quòd in quolibet homine erit aliquid, ex quo possit ad memoriam sua opera reuocata.

Item de maiori. De thesauro memoriæ q̃ educitur. &c. 1. ex ut dicta principaliter. §. Tunc nihil &c. ut patet.

¶NOT. Et hoc tamen secundo respõdeo, quod ponitur in littera ly & tamen ut Augustinus &c. noli intelligere, quòd illi nullus effectus remaneret in memoria, quia primum responsum dictum non potest ad propria, secundum maximè est.

Pro obiectione ista illa vi diuina in mentibus hominum præsenti, ad utilitatē propriā, secundum maximè est.

2 minori. Quæ non videntur aliud esse, quam reatus, vel macula. &. negatur. § ut hic, & in ad primum. Tunc nihil &c. ut patet de se.

3 millatio conclusionis. Cum ergo &c. negatur illatio. §. pro quanto sequitur inferri, quòd propter charitatem sancti dolebunt de peccatis, si eadem ad memoriam reuocabuntur. Ad rationem de charitate dicitur, quòd licet charitas faciat dolere de peccato in vniuersique sua conscientia reddet, & cogitationes erunt accusantes, & defendētes, quia oportet quod testis accusator, & defensor in quo libet iudicio habeat eorum notitiam, quæ in iudicio versantur, in illo autem communi iudicio, quia omnia operà hominum in iudicium uenient, oportet quòd omnium operum suorum quisque tunc notitiam habeat, unde conscientiæ singulorū erunt, quasi quidam libri continentes res gestas; ex quibus iudicium procedet, sicut etiam in iudicio humano registris vtimur, & illi sunt libri, de quibus Apocalyp. 20. dicitur: Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erunt in libris secundum opera ipsorum, vt per libros, qui dicuntur fic aperti, vt Augustinus exponit 20. de ciuit. Dei, significentur Sancti, noui, & ueteris Testamenti, in quibus Deus ostendit, quæ mandata fieri iussillet. Vnde Ricardus de sancto Victore dicit. Erunt corda eorum, quasi quædam Canonum statuta. Sed per liberum uitæ, de quo subiungitur, intelliguntur conscientiæ singulorum, quæ dicuntur singulariter liber vnus, quia una uirtute diuina fiet, vt cunctis ad memoriam sua facta reuocentur, & hæc vis inquantum ad memoriam homini reducet sua facta, liber vitæ dicitur, uel per primos libros conscientiæ intelligantur, per secundum, sententia iudicis in eius prouidentia descripta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis multa merita, & demerita à memoria ex cidãt, nullum eorum erit, quod non aliquo modo maneat in suo effectu, quia merita, quæ non sunt mortificata, manebũt in præmio quod eis redditur: quæ autem mortificata sunt, manent in reatu ingratitudinis, quæ augetur ex hoc quòd homo post gratiã susceptam peccauit. Similiter etiam demerita, quæ non sunt per pœnitẽtiam deleta, manent in reatu pœnæ, quæ eis debetur, quę tamen pœnitentia deleuit, manent in pœnitentiæ memoria, quàm simul cum alijs meritis in notitiam habebunt: unde in quolibet homine erit aliquid ex quo possit ad memoriam sua opera reuocare, & tamen, ut Aug. dicit, principaliter ad hoc diuina vis operabitur.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ aliquæ notæ manent in conscientijs singulorum de operibus à se factis, nec oportet q̃ notæ istæ sint reatus tantum, ut ex dictis patet.

AD TERTIVM dicendum, q̃ quamuis charitas sit nunc cãdo lendi de peccato, tamen sancti in patria erunt ita perfusi gaudio, q̃ dolor in eis locum habere non poterit, & iõ de peccatis non dolebunt: sed potius gaudebũt de diuina misericordia, qua eis peccata sunt relaxata, sicut etiam nunc angeli gaudent de diuina iustitia, qua fit ut deserti à gratia in peccatum ruant illi, quos custodiunt, quorum tamẽ saluti solicite inuigilant.

AD QVARTVM dicendum, q̃ mali cognoscent omnia bona, quæ fecerunt, & ex hoc non minuetur eorũ dolor, sed augmẽtabitur, quia maximus dolor est multa perdidisse propter quod dicit Bo. in 2. de Consol. Quia summum infortunij genus est, fuisse fœlicem.

1 minor. Resurgentes damnati cognitionem de bonis, quæ aliquando fecerunt, non habebunt. & negatur illa. §. Ad rationem respondetur quòd per hoc, quòd recordabuntur bonorum factorum, nõ minuetur eorum pœna, sed augmentabitur propter rationẽ allatam in textu.

¶NOT. Et negatio facta per respõsum, & responsio ad rationem argumenti, confirmatur ex Luc. 16. Vbi Abraham dicit ad damnatum: recordare, quia recepisti bona in vita tua. Hæc autem bona, saltem aliqua probabile est, quòd receperit ex bonis factis aliquibus moralibus de cõgruo. Non enim bona moralia peccatorum hominum incassum fiunt: sed aliquo modo de cõgruo quodammodo merentur 1. 2. q. 114. artic. 10. Hanc uero recordationem non subministrabunt Abrahamdicit, in consolationem inde recuperet; sed ut iustitia diuina cognita, magis inde iusti exultabunt tot quererur. Quòd etiam ex text. respõs. fin. clarius patet.

APPENDIX.

EX articulo habes. ¶Primò, quomodo per rationem ostendit, licet infirmandã à Matt. 12. q̃ quilibet in iudicio cognoscet peccata, q̃ fecit & sic. Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij. Hæc ibi. Patet auctũ, q̃ nullus põt reddere rationem de aliqua re, nisi illam cognoscat. Denotauit ergo dominus per hoc, q̃ in die iudicij cognoscent singuli minutissima etiam peccata, quæ fecerunt aliquin de ijs rationẽ reddere non possent. Item ab Ecclesiastis. 12. Cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum. Hæc ibi. Ecce quòd per hoc designatur illa uis diuina, quam ponit Augustinus 20. de ciu. Dei qua (inquiebat) ut cuncta peccata ad memoriam reuocentur. Alioquin nõ apparet, quomodo Deus adduceret cuncta in iudicium pro omni errato. Illud enim adducere in iudicium est facere, q̃ homines pro omni errato rationem reddant iudici: quam, cum reddere nõ possint, nisi omnia illa cognoscãt, sequitur, quòd adducere illud sit Deum reuocare ad memoriam uniuscuiusque eius errata pro iudicio faciendo. Item (ex quo etiam nunc dicta magis declarantur) ab Apocal. 20. Vidi mortuos magnos, & pusillos, stantes in conspectu throni, & libri aperti sũt, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Hæc ibi. Vbi videtur: quòd iudicij fit ex his, quæ scripta sunt in libris, idest in cõscientia uniuscuiusque: & consequenter quòd, unusquisque in libris ipsis cognoscere opera propria, denotatur per hoc. Vbi nota super ly mortuos magnos & pusillos, quòd authoritas hæc multum facit ad q. 81. art. 2. appen. Item à Daniel. 7. iudicium sedit, & libri aperti sunt. Hæc ibi.

2 ¶Secundò habes: quomodo per rationem prædictã scripturarum, pro quanto quod diximus in finuant, & intelligas, & tueatis.

3 ¶Tertiò uides: quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur & cõsolidetur.

Vasl. & S. Eccl. &c.

*Hoc arte ad 1.

*1. 2. Prof. 1 prin.

174 †Ioan. Chryso. Hom. 31. sup epist. ad Hebr. circa illud ca. 12. Et pœnitentiæ locũ non inuenit, &c. & habetur 45. & 41. ad populũ Antiochenũ hom. 5. & Refertur de pœnit. dist. 1. c. Nunc autem. *1. b. 4. Sent. dist. 17. §. Et ea prin. ¶Glossa inter hb. ibid.

ARTICVLVS II.

Vtrum quilibet possit legere omnia quæ sunt in conscientia alterius.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd non quilibet possit legere omnia, quæ sunt in conscientia alterius. Resurgentium enim non erit limpidior cognitio, quàm nunc sit angelorum, quorum æqualitas in resurgentib. promittitur Matt. 22. sed a angeli non possunt inuicem in suis cordibus videre ea, quæ dependent a libero arbitrio, vnde indigent locutione ad ea inuicem innotescenda, ergo resurgentes nõ poterunt inspicere ea, quæ continentur in conscientijs aliorum.

2 Præterea, Omne, quod cognoscitur, aut cognoscit, in se, aut in sua causa, uel in suo effectu: sed b merita uel demerita, q̃ continentur in conscientia alicuius, non poterit alius cognoscere in seipsis, quia solus Deus cordi illabitur, & secreta intuetur. Similiter nec in causa sua, nam omnes uidebunt Deum, q̃ solus potest imprimere in affectum, ex quo procedunt merita uel demerita. Similiter êt nec in effectu, q̃ a multa demerita erũt, quorum nullus effectus remanebit, eis totaliter per pœnitentiam abolitis, ergo non omnia, quæ sunt in conscientia alicuius poterit quilibet alius cognoscere.

3 Præterea Chrys. † dicit in litera. c Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu Dei q̃ nunties, & pro eis deprecceris, citius illa delebis, si uero obliuiscaris, tunc eorum recordaberis uolens nolens, quando publicabuntur, in conspectu omnium amicorum, & inimicorum sanctorum q; angelorum proferentur. Ex hoc accipitur, quòd illa publicatio pœna est negligẽtiæ, qua homo confessionem præter mittit, ergo illa peccata, de quibus homo cõfessus est, non d publicabuntur alijs.

4 Præterea. e Solatium est alicui, si scit se habere multos socios in peccato, & minus verecundatur inde: si ergo quilibet peccatum alterius cognosceret cuiuslibet peccatoris erubescẽtia multum minueretur, quod non competit, ergo non omnes omnium peccata cognoscent.

SED CONTRA, Super illud 1. Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum: dicit gloss. Gesta, & cogitata bona, & mala tunc aperta erunt omnibus, & nota.

Præterea. Omnium bonorũ peccata præterita æqualiter erunt abolita, sed quorundam Sanctorum peccata scimus, sicut Magdalenæ, & Petri, & Dauid. ergo pari ratione aliorũ peccata electorum scientur, & multo magis damnatorum.

RESPONDEO, Dicendum, quòd in ultimo, & in communi iudicio, oportet quòd diuina iustitia omnibus euidenter appareat, quæ nunc in plerisque latet, sententia autem condemnãtis, uel præmiantis iusta esse nõ potest, nisi secũdum merita, vel demerita proferatur, & ideo sicut oportet q̃ iudex, & assessor iudicis merita causæ cognoscãt ad hoc, quòd iustam sententiam proferant, ita f oportet ad hoc, quòd iusta sententia appareat, quòd omnibus suam cognoscẽtibus merita innotescant g. Vnde quia, sicut cuilibet nota erit sua præmiatio & sua damnatio, ita omnib. aliis innotescent: h oportet, quòd sicut quilibet sua merita, uel demerita reducet ad memoriam, ita etiam, & aliena suæ cognitioni subiaceant, & est probabilior, & communior opinio ¶, quamuis contrarium Magister in litera * dicat, scilicet quòd peccata, quę sunt per pœnitentiã deleta, in iudicio alijs nõ patefient: sed ex hoc quidem sequitur, quòd quidẽ pœnitentia de peccatis illis perfectè cognoscatur, in quo multum detraheretur Sanctorum gloriæ, & laudi diuinæ, quæ tam misericorditer Sanctos liberauit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia merita præcedentia, uel demerita, faciunt aliquã quãtitatem in gloria, uel miseria hominis resurgentis, & ideo exterioribus uiis poterunt cuncta in conscientijs videri, & præsertim diuina virtute ad hoc operãte, ut sententia iudicij iusta omnib. appareat.

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ merita, uel demerita

CONCL. 2ª Oportet, q̃ quilibet merita uel demerita alterius cognoscat, & hæc est probabilior & cõior opinio.

¶Examen ly probabilior & cõior opinio. Hoc dicitur propter bonos tantum. De bis n. quidam dixerunt, imò & reuerunti, quòd eorũ demerita aliquando perpetrata non sint omnia propalanda, aliis. Quæ illorũ opinio in textu rationabiliter excluditur.

¶PROB. 1. Quia oportet q̃ præmiatio atq; damnatio omnium aliorum cuilibet innotescat esse iusta (sicut etiã de sua propria sententiandum est) 2. Quia (ly & hęc est probabilior) aliter multum detraheretur gloriæ sanctorum, ac diuinę laudi 3. Quia (ly cõior) præsupponitur.

¶NOT. Propter hoc quilibet singulis propria damnatio seu præmiatio debet necessariò apparere iusta determinatum est in 2. 11. 1. in ibi.

2m minor. Angeli non possunt inuitem in cordibus suis uidere ea, quæ dependent à libero arbitrio. R. nihil ex exteriorum uiis ad hoc argumentorum, uel est à diuina uirtute inuentur speciat. §. Tũc nihil &c. Nã resurgentes duobus prædictis modis cognoscent alienam cõscientiam, omnia enim merita præcedentia, uel demerita, faciunt &c. ut in text.

2m minor. Merita uel demerita, quæ continentur in con-

*1. b. 4. Sent. dist. 14. §. D.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conscientia alterius, non poterit alius cognoscere in seipsis nec in effecto. ℟. negatur ista propositio quoad vtramq; partem. ℣. Ad rationem, dicitur, q̃ quamuis intellectus creatus quandoque ad id non sufficiat, ramen virtus diuina supplebit, non quidem vt per se ipsum (sicuti Deus facit) cognoscat huiusmodi, sed per virtutem diuinam.

poterunt aliis ostendi in suis effectibus, ut ex dictis patet, uel etiam in se ipsis per diuinam virtutem, quamuis ad hoc virtus intellectus creati non sufficiat.

AD TERTIVM dicendum, q̃ publicatio peccatorum ad ignominiam peccãtis est effectus negligentiæ, quæ committitur in omissione confessionis, sed quod peccata Sanctorum reuelentur, non poterit eis esse erubescentia, uel verecundia, sicut nec Mariæ Magdalenæ est in confusionem, quòd peccata sua publice in Ecclesia recitantur, quia uerecundia est timor inglo riationis, ut Damascenus dicit, quæ in beatis esse non poterit. Sed talis publicatio erit eis ad magnam gloriam propter pœnitentiam, quam fecerunt, sicut, & confessor approbat eum, qui magna scelera sua cõfitetur. Dicuntur autem peccata esse delecta, quia Deus non videt ea ad puniendum.

AD QVARTVM dicendum, q̃ ex hoc quòd peccator aliorum peccata inspiciet, in nullo sua confusio minuetur, sed magis augebitur in alieno vituperio suum vituperium magis perpẽdens. Quòdenim ex tali causa confusio minuatur contingit ex hoc, quòd uerecundia respicit æstimationem hominum, quæ ex cõsuetudine redditur leuior: sed tunc confusio respiciet æstimationem Dei, quæ est secundum ueritatem de quolibet peccato, siue sit unius tantum, siue multorum.

ARTICVLVS III.

Vtrum omnia merita uel demerita, propria vel aliena, uno intuitu ab aliquo videantur.

1 EX articulo habes. Primò quo modo per rationem ostendas, rectè insinuatum à &c. 1. Cor. 4. quòd quilibet poterit legere omnia, quæ sunt in conscientia alterius &c. Quousque ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit consilia cordium. Hæc ibi. Vbi secundum glosam insinuatur, quòd gesta tam bona quam mala aperta & nota erunt omnibus. Item 2. Nau. 3. Reuelabo pudenda tua in faciem tuã, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Hæc ibi. Vbi sub exemplo ciuitatis Ninive monstrat, & quidem à fortiori, quid

AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur quòd nõ omnia merita, vel demerita propria, & aliena ab aliquo uno intuitu uideantur. Ea enim, quæ singillatim considerantur [b] non uidentur uno intuitu sed damnati sigillatim, considerabunt sua peccata, & ea plangent. Vnde dicunt Sapientiæ 5. Quid nobis profuit superbia? ergo non omnia uidebunt uno intuitu.

2 Præterea, Philosoph. dicit in secũdo *Topic. Quòd non cõtingit [b] simul plura intelligere: sed merita, & demerita propria, & aliena non uidebuntur nisi in intellectu, ergo non poterunt simul omnia uideri.

3 Præterea, Intellectus damnatorum non erit post resurrectionem elevatior, quàm nunc fit beatorum, & angelorũ, quantum ad cognitionem naturalẽ, qua cognoscunt res per species innatas; sed tali cognitione angeli non uident plura simul, ergo nec tunc damnati poterunt omnia facta [b] simul uidere.

SED CONTRA, Super illud Iob. 8. inducetur confusione, dicit Gloss. *Visa iudice, mala omnia ante oculos mentis uersabũtur: sed iudicem subito uidebũt, ergo similiter mala, quæ commiserunt, & eadem ratione omnia alia.

Præterea, August. 120. de Ciuit. Dei habet pro inconuenienti, quòd legatur aliquis liber materialis in iudicio, in quo facta singulorum sunt scripta, eo q̃ nullus ualeat æstimare illius libri magnitudinem, uel quanto tempore legi posset, sed similiter etiam non posset æstimari tempus, quantum oporteret ponere ad considerandum omnia

quid facturus sit eis tra peccatores in die iudicij. A fortiori, inquam; quia iudicium generale fiet distinctius, seu rigorosius iudicio quocunque temporaliter, seu corporaliter contra speciales personas facto. Item Osee 2. Reuelabo pudicitiam suam in oculis amatorum eius. Hæc ibi. Vbi dicit, ut supra. Item ab Isaia 47. Reuelabitur ignominia tua & uidebitur opprobrium tuum: ultionem capiam, & non resistit mihi homo. Hæc ibi. Vbi dicit ut supra. Item à Iob. 16. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum: apertum erit germen domus illius detrahetur in die furoris Dei. Hæc ibi. Vbi ad literam loquitur de peccatore in die iudicij: de quo dicit quòd cœli reuelabunt iniquitatẽ eius, quia sancti cognoscent illius iniquitates, & dicit quòd terra consurget aduersus eum: hoc est, q̃ omnes tam de cœlo quàm de terris existentes præ cognitione iniquitatum eius instantur contra eũ quasi ipsum cõdemnantes, laudando iustitiæ & approbando, tãquam iustam, sententiam & iudicium contra ipsum latam iustissimè in corpore. Item ab Isa. 45. Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Hæc ibi. Vbi secundum aliam translationem dicit, confitebitur omnis lingua. Non autem iudicia Dei tunc omnis lingua confitebitur, & laudabit, nisi cognosceret iniusticia eius esse iusta, & nõ cognosceret per experimentum (quod maximè requiritur ad conuincendum impios) nisi cognoscerent latentia in cõscientia eorum.

[b] Li. 2. c. 4. in decisa ratione loci 35.

*Glo. ordinaria ibid.

¶ Secundò habes, quomodo per rationem prędicta scripturarum pro quanto quod diximus, insinuant, & intelligas, & tueatis.

¶ Tertiò vides, quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & cõsolidetur.

QVÆST. LXXXVII. ART. III.

CONCL. Omnes singula considerabunt, non tamen in instanti, sed in tempore breuissimo, diuina uirtute ad hoc adiuuante. 175

¶ PROB. Quia hoc patet, 1. & ex Augustino, 2. & ex reiectione aliarum opinionum ibi, oppositum dicentium.

1m de

1m dimanio. Non uidentur uno intuitu. ℟. 1. uno instanti propriè dicto non autem, uno &c. 2. tempore breuissimo. ℣. Tùm nihil &c. ut patet ex concl.

merita, & demerita sua, & aliena ab aliquo homine, si successiue diuersa uideat, ergo oportet ponere quòd omnia simul uideat unusquisque.

RESPONDEO, Dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd omnia merita, & demerita simul aliquis uidebit sua, & aliena in instanti, quod quidem de Beatis facile credi potest, quia omnia in uno uidebunt, & sic non est inconueniens, quòd simul plura uideant. Sed de damnatis, quorum intellectus non est eleuatus, ut possint Deum uidere, & in eo omnia alia, est magis difficile. Et ideo alii dicunt, quòd mali simul omnia uidebũt in genere peccata sua, & hoc sufficit ad accusationem illam, quæ debet esse in iudicio, uel ad absolutionem, non autem uidebũt omnia simul descendendo ad singula. Sed hoc etiam non uidetur consonum dictis August. 20.* de Ciuit. Dei, qui dicit, quòd omnia mentis intuitu enumerabũr, quod autem in genere cognoscitur non enumeratur: unde potest eligi media uia, quòd [m] singula considerabunt, non tamen in instanti, sed in tempore breuissimo diuina uirtute ad hoc adiuuante, [n] & hoc est quod dicit August.* ibidem, quòd mira celeritate enumerabuntur: nec est hoc impossibile, quia in quolibet paruo tempore sunt infinita instantia in potentia. Et per hoc patet solutio ad utranque partem.

*Li. 20. de Ciuit. Dei, c. 14. & mel. to. 1.

2m ex Philosopho. Simul. ℟. 1. in instanti non autem, tẽpore breuissimo. ℣. Tunc nihil &c. ut patet ex conclus.

3m de cõclusione. Omnia simul. ℟. ut nunc supra. ℣.

4m ex glosa. Versabuntur. ℟. breuissimo tẽpore: non, in instanti. ℣. Tunc nihil &c. ut patet. Nã & iudicem uidebunt subito. ℟. tempore breuissimo, quasi ex improuiso apparitem. q. 88. ar. 2. ad 3m.

5m decõclusione. Omnia simul. ℟. ut nunc supra. ℣.

QVAESTIO LXXXVIII.

De iudicio generali, tempore, & loco in quo fiet, in quatuor articuli diuisa.

REMENDE considerandũ est de iudicio generali, tempore, & loco in quo fiet.

Circa quod quæruntur quatuor.

Primo, Vtrum generale iudicium sit futurum.

Secundo, utrum quantum ad disceptationem fiet per uocalẽ locutionem.

Tertio, Vtrum fiet tempore ignoto.

Quarto, Vtrum fiet in ualle Iosaphat.

ARTICVLVS I.

Vtrum generale iudicium sit futurum.

AD PRIMVM sic procedi-
tur. Videtur quòd generale iudicium non sit futurum. Quia ut dicitur Naum 1. Non iudicabit Deus [b] bis in idipsum: sed nũc Deus iudicat de singulis hominum operibus, cum post mortẽ pœnas, uel præmia pro meritis tribuit, & dum etiam quotidiam in hac uita pro bonis uel malis operibus præmiat uel punit, ergo uidetur quòd non sit aliud iudicium futurum.

2 Præterea, In nullo iudicio executio sententiæ præcedit iudicium: sed sententia diuini iudicij quo ad homines, est de adeptione regni, uel exclusione à regno ut patet Matthæi 25. Ergo cum modo aliqui adipiscantur regnum æternum, & quidam excludantur ab ipso perpetuo, uidetur quòd aliud iudicium non sit futurum.

3 Præterea. Propter hoc aliqua in iudicium oportet adduci, [b] quia dubium est, quid de eis definiendum sit: sed ante finem mundi determinata est unicuiq; sua damnatio, & cuique Sanctorum sua beatitudo, ergo &c.

SED CONTRA, Matth. 12. dicitur. Viri Niniuitæ resurgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabũt eam, ergo post resurrectionem aliquod iudicium fiet.

Præterea. Ioan. 5. dicitur. Procedent, qui bona egerunt in resurrectionem uitæ, qui uero mala in resurrectionẽ iudicij, ergo uidetur q̃ post resurrectionẽ ali quod iudicium sit futurum.

RESPONDEO, Dicendum, quòd sicut operatio pertinet ad rerum principium, quo perducuntur in esse, ita iudicium pertinet ad terminum, quo res ad finem suum perducitur. Distinguitur autem duplex Dei operatio; una, qua res primitus

Luc. 17. Sicut fulgur coruscans de sub cœlo in ea quæ sub eo solo sunt, fulgurans erit filius hominis in die sua. Hæc ibi. Patet autem quòd fulguris coruscatio tempore breuissimo fit: unde per antedicta uidetur euangelista designasse quòd præsentia iudicis parũ tempore durabit. Et eum durante iudicio, singulis apparebunt singulorum merita, & acta: per illa eadem uidentur denotare, quòd ista eorum cognitio erit intuitu breuissimo, et consequenter breuissimo tempore completa. Illa tanto plus affluendum uidetur, quanto magis etiam ab Augustino 20. de Ciuit. Dei, et à glosa super Iob 8. fulcimentum habent: ut patet considerãti argumentum primum et secundum ly sed contra. Item à q. 88. ar. 2. hic ideo sensus uidetur approbari.

Tho. 1. d. 47. q. 1. ar. 1. q. 1. & seq.

¶ Secundò habes quomodo per rationem prædicta scripturarum pro quanto quod diximus, insinuant, & intelligas, & tueatis.

¶ Tertiò uides quomodo ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & cõsolidetur.

QVÆ. LXXXVIII. ART. I.

CONCL. 1m. Duplex est Dei iudiciũ de homine. 176

¶ PROB. Quia duplex est operatio Dei circa hominem (ut in tex.

¶ NOT. De ordine donis à Deo datis homini tõnem reddi eurus est homo Deo: ut ex multis locis scripturarũ habetur. Vnde meritò textus duplex iudicium de homine ponit ex duplici operatione Dei circa hoẽm. In prima siquidem donauit esse homini, 2m. cõseruit gubernationem. Vnde nulla eius operatio, cum per utrumque beneficium ei sit magnũ conferatur homini, debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet esse sine iudicio de homine. Nam & unusquisque prudēs in humanis quærit rationem à seruo suo de illis rebus, quæ ipsi credidit dispensandas. Et per utranque prædictarum operatio num beneficia homini collata uolunt Deus dispensari ab homine, tanquam ab eo qui liberi arbitrij est.

¶CONCL. 2ª. Per iudicium correspondens gubernationi unusquisque singulariter pro suis operib. iudicatur, non solū secundum q̄ sibi cōpetit, sed secundum q̄ competit gubernationi uniuersi.

¶Examen. Ly iudicium correspōdens gubernationi. id est iudicium factum de unoquoque in morte sua. Et hoc dicitur iudicium speciale.

*Al. operi.

¶Ly secundum q̄ competit gubernationi. Scilicet à Deo factæ: non per illum iudicandum hominem exercitæ. Nam de gubernatione, q̄ ille homo exercuit circa res creatas in seculo, iudicari q̄n iudicatur de operibus secundum quòd sibi competit.

¶PROB. 1. Quia præsupponitur ciatus. Quia (ly sed secundum &c.) differitur unius præmiatio pro utilitate aliorū, & pœnæ unius ad p̄ fectū alterius cedūt.

¶NOT. Ex co9 nondū completa est diuina gubernatio huius uniuersi quādo ille moritur: ideo dispondum restat; quidnā de hoc morientes existens gubernationi mundi possit proficere, uel nō. Nā ille moriens ēā pars uniuersi erat. Hoc est, q̄ probatio textualis inferre uult. Quando dicit, q̄ præmiatio unius differtur p utilitate aliorū &c. clarè sonat hoc.

¶Examen. Ly differtur pro &c. Hoc non dicitur de præmiatione animarū: sed corporum. Animæ namque mox in ep.ō recipiunt q̄ purgatæ fuerint, sed corpora hæc relinquūtur. Ideo aūt relinquuntur, ut uiuentes ex ijs uiris proficiant, uel uisitando illa, uel ad tactū illorū sanitates miraculose accipiendo, uel ex hoc fidem de illorum præmio concipiendo, uel ex hoc infideles de suis malis conuincendo, uel de huiusmodi: sicut quotidie uidemus circa corpora sanctorū in mundo relicta.

¶Ly & pœnæ unius &c. Sicut legit de quibusdam alabus suū purgatorium fortiūs in hoc uel in illo loco uiuentiū ubi peccauerunt; & hoc ut uiuentes ipsi ex iustitia Dei uisa in alabus illis corrigantur. Intelligitur ēt text. de corporibus impiorū: puta q̄n à demonio uisibiliter post mortē per sacra portant, uel in morte ipsa cruciantur, uel aliquid insoliti supplicij, siue fœtoris, siue in esse perduxit, instituens naturam, & distinguēs ea, quæ ad cōpletionem pertinēt, à quo quidem opere Deus dicitur quicuisse Genes. 1. Alia eius operatio est, qua operatur in gubernatione creaturarum, de qua Ioan. 5. Pater meus usque modo operatur, & ego operor: ita etiam m̄ duplex eius iudiciū distinguitur, * ordine tamen conuerso. Vnum, quod respondet operationi gubernationis, quæ sine iudicio esse non potest, p per quod quidē iudicium unusquisque singulariter pro suis operibus iudicatur, non solum secundum quòd sibi competit: sed secundum quòd competit gubernationi uniuersi. unde differtur unius præmiatio pro utilitate aliorum, ut patet Hebræ. 11. & pœnæ unius ad profectum alterius 7 cedunt: unde, r necesse est ut sit aliud iudicium uniuersale; correspōdens ex aduerso primæ rerum productioni, in esse, s ut uidelicet sicut tunc omnia processerunt immediatè à Deo, ita tunc ultima completio mundo detur, unoquoque accipiente finaliter, quod ei debetur secundum seipsum: unde in illo iudicio apparebit manifestè diuina iustitia quantum ad omnia: quæ nūc ex hoc occultatur, quòd interdum de uno disponitur ad utilitatem aliorum aliter quàm manifestè opera exigere uideantur. Vnde etiam † & * tūc erit uniuersalis separatio bonorum à malis, * quia ulterius non erit locus, ut mali per bonos, uel boni per malos proficiant: propter quem profectum interim commixti inueniuntur boni malis quo ad usque status huius uitæ per diuinam prouidentiam gubernatur.

A D PRIMVM ergo dicendum, quòd quilibet homo, & est singularis quædam persona, & est pars totius generis humani: undet & duplex ei iudicium debetur. Vnum singulare, quod de eo fiet post mortem quando recipiet iuxta ea, quæ in corpore gessit, quamuis non totaliter, quia non quo ad corpus: sed quo ad animam tantū. Aliud iudicium debet esse de eo, secundum quòd est pars totius humani generis, (sicut aliquis iudicari dicitur secundum humanam iustitiam, quando etiam iudicium datur de communitate, cuius ipse est pars) unde, & tūc quando fiet iudicium totius humani generis per uniuersalem separationem bonorum à malis, etiam quilibet per consequens iudicabitur: nec tamen Deus iudicabit bis in idipsum, quia non duas pœnas pro uno peccato inferet: sed pœna, quæ ante iudicium complete inflicta non fuerat in ultimo iudicio cōplebitur, postquam impij cruciabuntur quo ad corpus, & ad animam simul.

A D SECVNDVM Dicendum, q̄ propria sententia illius generalis iudicij est uniuersalis separatio bonorum à malis, quę illud iudicium non præcedet: sed etiam nunc quo ad particularem sententiam uniuscuiusque non plene præcessit iudicij effectus, quia etiam boni amplius post iudicium præmiabuntur, tum ex gloria corporis adiuncta, tū ex numero sanctorum c mpleto; & mali etiam plus torquebūtur ex alicuius huiusmodi patiuntur maxime post mortem, ut exercitato lectori in historijs facilitet de talibus occurret. Ex ijsdē uiris uel auditis multas utilitates prouenire uiuētibus nō dubiū est. Vnde patet q̄ hæc omnia gubernationi diuinæ attestantur.

¶CONCL. 3ª. Necesse est, ut sit aliud iudicium uniuersale correspondens ex aduerso primæ rerū p ductioni in esse.

¶PROB. Quia necesse est, q̄ unusquisque eorū p ut naliter illud quod ei debet secundum seipsum.

¶Examen. Ly secundum seipsum. scilicet totū hoc secūdū animā & corpus.

¶Ly quod ei debet. Scilicet secundū omnes considerationes. Puta secūdū q̄ unit in filijs & in memorijs hominū, in quibus quandoque contra ueritatē habitus est bonus uel malus: sicut est de bono patre habente malos filios, uel de malo habēte bonos, & de bono uiro adhuc i memorijs hominū habito pro malo, uel de malo habito pro bono. Item secundū q̄ opera eius habuerūt effectum bonum uel malum in parua uel in magna quātitate: sicuti est de hæresiarcha, quorū hæreses multos post mortem & hæresiarchā ad infidelitatem traxerant; & de bonis patriarchis puta beato Dominico ordinis p̄dicatorū fundatore, ex cuius salubertimis doctrinis & exemplis, & post eius mortem multi uitā religiosā adepti sunt. Item de alijs huiusmodi puta S. Thoma doctore Angelico; cuius doctrina sana, adeò mirabiliter p fecit, quotidie proficit, & proficiet, sacræ sanctæ Rom. Ecclesiæ. Prædictis hic, & alijs de iudicio; vide 3. part. q 59. ar. 5.

Ly in illo iudicio apparebit manifestè &c. ut patet ex q. 87. ar. 1. & 2.

¶ CONCL. 4ª. In iudicio uniuersali erit separatio bonorum à malis.

¶PROB. Qua non erit locus amplius, ut mali per bonos uel boni per malos proficiant.

1m ex Naum. Non iudicabit Deus bis in idipsum. &c. inferendo duas pœnas completas pro uno peccato non aliter. §. Tunc nihil contra. Nam in iudicio particulari & uniuersali diuersa considerantur, ut ex dictis patet: & pœnæ uel præmio quæ completa non fuerant ad complementum possent adduenirent.

2m maior. In nullo iudicio executio sententiæ iudicium præced: &c. secundum quòd executio fienda est in tali iudicio: non aliter. § Tunc nihil &c. Nam

illa sententiæ præcessio, de qua in mit ori argumentum loquitur, non est illamas executio, quæ fiet in iudicio uniuersali.

3m maior. Propter hoc aliena in iudicium oportet adduci, quia dubium est, quid de eis definiendum sit. §. Tunc nihil &c. Quamuis. n. cuilibet homini ante iudicium uniuersale sit certa &c. ut in tex.

APPENDIX.

Viii. pro S. Eccles. &c.

EX articulo hæreses. Primò quo modo per rationem interimas hæresim Dandicorum, flagellantium, Samaritanorum, Saduceorū, Barbarianorū, Gnosticorum, Albanensium (Prat. eorum timeo) inuentum: iudicium uniuersale extremum non esse futurum.

¶secundò habens quomodo per rationē ostendas meritō illam damnari à Ioan. 5. Qui in monumentis sunt procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui uerò mala in resurrectionem iudicij. Hæc ibi. Vide quod post resurrectionem in monumentis restat iudicium quo aliqui ad uitam æternam alij ad iudicium. i. supplicium æternū addeuntur. item à Matth. 25. Cū uenerit filius hominis in sede maiestatis suæ &c. tunc congregabuntur ante eū omnes gentes &c. Tunc dicet Rex, eſurui, sitiui, &c. & dedistis, uel non dedistis, &c. Venite benedicti patris mei, ite maledicti in ignem æternū. Hæc ibi. Ecce iudicium uniuersale manifestissimè per omnia ibi declaratum, ité 3 regul. catholicæ fidei, quæ ponitur in lib. 8. Augustini ad fid. ad Petr. cap. 28. ētimissime tene, & nullatenus dubites Christum filium Dei ad iudicandos uiuos & mortuos uenturū, ut homines quoq; fuæ gratiæ donū hic gratis per fidem iustificatæ. Idemq; iustificatis in fide & charitate sanctæ matris ecclesiæ usq; in finem perseuerantiā donaturus, in suo aduentu resuscitet, & glorificet, & ad eundem promissionem suam æquales sanctis Angelis faciat, & ad eum statum perducat in quo ab ipsa perfectione deinceps mutari non possint. Vbi diuersa erit sanctorum gloria, sed una erit omnium uita æterna. Diabolum uerò, & angelos eius in ignē æternum à Christo esse mittendos, ubi nunquam carebunt pœna, quam eis præparauit diuina iustitia. Cum ipso etiam diabolo impios homines pro eo, quia eum in malis operibus imitati sunt, & ante finem præsentis uitę congruam pœnitentiam non egerūt resumpsis corporibus supplicio æternæ cōbustionis arsuros. Hæc ibi. Vbi multa etiam aduertat prudens lector, quæ ad supradicta utilebūt. Item à Symbolo fidei Apostolorū. Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Hæc ibi. Quibus subscribit Athanasius in suo symbolo. Qui cunque uult saluus esse &c. quod est cōpendiosa regula fidei, testecouci. Florent. in decret. Eugenij 4. Amen. dato.

¶Tertiò habes quomodo per rationem p̄dictā scripturarum & patrum, pro quanto iudicium generale futurum esse intimant, & insinuāt, & probat, & defendat.

¶Quartò uides: quòd ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc si declaretur, & confirmabitur.

QVÆS. LXXXVIII.

ART. II.

CONCL. Quid circa hāc quæstionem sit uerum, pro certo definiri non potest: tamen probabilius æstimatur, quòd iuxta illud iudicium, & quò ad discussionem, & accusationem malorum, & commendationem bonorum, & quo ad sententiam de utrisque mentaliter perficietur.

¶PROB. Quia si uocaliter omnia hęc contingerent in tam

cuique opera sua bona, uel mala ad memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset, uel excuset conscientia, atque simul, & omnes homines, & angeli iudicentur: sed si uocaliter discuterentur merita singulorum nō possent omnes, & singuli iudicari, ergo uidetur, quòd discussio non erit uocalis.

4 Præterea. Sententia proportionaliter debet testimonio respondere: sed testimonium, & accusatio, & excusatio erit mentalis, unde Roman. 2. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut ēt defendentium in die, cum iudicabit Deus occulta hominum, ergo uidetur quòd illa sententia, & totum iudicium mentaliter compleatur.

RESPONDEO, Dicendum, quòd* quid circa hanc quæstionem sit uerum, pro certo definiri non potest, tamē probabilius æstimatur quòd totum illud iudicium, & quo ad discussionem, & accusationem malorum, & commendationem bonorum, & quo ad sententiam de utrisque mentaliter perficietur. a Si enim uocaliter singulorum facta narrarentur, inæstimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur; sicut etiam Augustin.* dicit uigesimo de Ciuitate Dei, quòd si liber, ex cuius scriptura omnes iudicabuntur, ut dicitur Apocalyp. uigesimo carnaliter cogitetur, quis eius magnitudinem, aut longitudinem ualeat æstimare? aut quanto tempore legi poterit liber, in quo scriptæ sunt uniuersæ uitæ uniuersorum? Non autem minus tempus requiritur ad narrandum ore tenus singulorum facta, quàm ad legendum si essent in libro materiali scripta. Vnde probabile est: quòd illa, quæ dicuntur Matthæi 25. non uocaliter: sed mentaliter intelligenda sunt esse perficienda.

* lib. 20. c. 1. ante med. to. 5.

* lib. 26. Mor. ca. 20. parū ante me. uel secundū quosdam 24. *lib. 4. de. 47. §. C ante me.

* Lib. 20. c. 14. post me. to. 3.

* Lib. 10. cap. 14. à me. to. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mabilis magnitudo temporis ad hoc extenderetur (circa Augustino patet.)

¶ *Corollarium.* Ex his ergo melius intelligi prædicta q. 87. articulus fine. Et nota: quòd ex probatione habetur, q conclusio intelligit omnia illa quatuor simul adeo q aliqd illorum, puta senium ad bonos, Veniat benedicti &c. & ad malos, Ite in &c. fiendum esse vocaliter, teneri potest absque aliqua conclusionis offensa. Propteres etiam conclusio ad finale quid significandum notanter apponit ly totū, ad ly illud iudicij.

*Loco notato in arg. 1.

*Al. tamē

1m minor.

Non esse incertum: si illa quæ in iudicio dicuntur futura, tantum mentaliter completentur &c. & fieretur pro certo talia mentaliter tantū esse complenda. §. Tunc nihil &c. ut patet.

2m ex Gregorio.

Verba iudicis. &c. ex verbis legis iudicantis, ut in lege declaratur. Tunc nihil &c. Transitur. n. in argumento à verbis legis per quæ iudex iudicat fideles ad verba alterius cōfederationis: puta ad notitiam conscientiarum habitam ex virtute iudicis, quæ virtus hēt vim verborum.

3m cōsequētia.

Ergo &c. non negatur cōsequētia. §. Non enim est eadem ratio, quo ad long tuditem tēporis occupandam, de Christi apparitione corporali, & voce.

APPENDIX.

Ex articulo habes: Primò quo modo per rationem 1 Vtil. p 5. Eccl. &c. ostendas meritio inflnitarum à &c. ut q 87. ar. 1. appen. Hoc tamen observato, q sicut ibi dicta applicantur ad notitiam tantum conscientiarum, ita hic debent applicari & ad illā, & ad discussionē seu examen, meritorū, & ad accusationem malorum, & commēdationem bonorum & sententiā simul.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pro tanto dicit Augustin.* q incertum est per quot dies iudicium tendatur: quia nō est determinatum utrum mentaliter, uel uocaliter perficiatur. Si enim uocaliter perficeretur pro libitum tempus ad hoc exigeretur; si autem mentaliter, in momento fieri poterit.

AD SECVNDVM dicendū, quòd etiam si iudicium fiat mentaliter *tantum uerbum Greg. saluāri poterit: quia etsi omnibus innotescent sua, & aliorum facta diuina uirtute hoc faciente, quæ in euangelio locutio dicitur, tamen illi, qui fidem habuerunt, quàm ex uerbis Dei conceperunt, ex uerbis iudicabuntur: quia dicitur Rom. 2. Qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Vnde quodam speciali modo dicetur aliqd his, qui fuerunt fideles, quod non dicetur infidelibus.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus corporaliter apparebit ut ab omnibus corporaliter iudex cognoscatur, quod quidem subito fieri poterit: sed locutio quæ tempore mensuratur, requiret immensam temporis longitudinē, si uocali locutione iudicium perageretur.

ARTICVLVS III.

Vtrum tempus futuri iudicij sit ignotum.

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur, quòd tempus futuri iudicij non sit ignotū. Sicut enim Sancti patres expectabant primum aduentum, ita nos expectamus secundum: sed Sancti Patres sciuerunt tempus primi aduentus, sicut patet per numerum hebdomadarum, qui describitur Dan 9. unde & reprehēduntur Iudæi, quòd tempus aduentus Christi nō cognouerint, ut patet Luc. 12. hypocritæ faciem cœli, & terræ noitis probare, hoc autem tempus quomodo nō probastis? b ergo uidetur nobis esse determinatum tempus secundi aduentus, quo Deus ad iudicium ueniet.

2 Præterea, Per signa h deuenimus † in cognitione signatorum, sed de futuro iudicio multa signa nobis proponūtur in scriptura, ut patet Matth. 24. & Luc. 21. & Marc. 13. ergo in cognitionem illius temporis possumus peruenire.

3 Præterea, Dicit Apost. 1. Corin. 10 Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt, & 1. Ioan. 3. Filioli, nouissima hora est, &c. cum ergo iam longum tēpus transierit ex quo dicta hæc sunt, uidetur q saltem nunc scire possumus, q ultimum iudicij sit propinquum.

4 Præterea. Tempus iudicij non oportet esse occultum, nisi propter hoc, q quilibet solicitius se ad iudicium præparet, dū determinate tempus ignoratur; sed eadem i solicitudo remaneret ēt si certum esset; quia cuique incertum est tempus suæ mortis in quo (sicut dicit Augustin.* in epist. ad Ebitium) quemcunque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies; ergo non est necessarium tempus iudicij esse occultum.

SED CONTRA est quod dicitur Matth. 24. De die illa, uel hora nemo, nec angeli in cœlo, nec Filius scit, nisi Pater, dicitur autem filius nescire, inquantum nos scire non facit.

Præterea, 1. Thessa. 5. Dies domini sicut fur in nocte, ita ueniet, ergo uidetur cum aduentus furis in nocte sit omnino incertus, quòd dies ultimi iudicij sit omnino incertus.

RESPONDEO, Dicēdum, quòd Deus per scientiam suam est causa rerum, m utrumque autem creaturis communicat n dū, & rebus tribuit uirtutem agendi alias res, quarum sunt causæ, & quibusdam etiam cognitionem rerum præbet: m sed in utroque aliquid sibi reseruat. n Operatur enim quædam in quibus nulla creatura ei cooperatur, & similiter cognoscit quædam, quæ à nulla pura creatura cognoscuntur. Hæc autem nulla alia magis esse debent, quàm illa, quę si diuinæ subiacent potestati, in quibus nulla creatura ei cooperatur, & huiusmodi est finis mundi soli Deo reseruatus.

¶ PROB. 1. Quia si aliqua Dei scientiæ cognitioni reseruantur (ut i scientiæ prima) magis debēt esse reseruati illa in quibus nulla creatura ei cooperatur: et huiusmodi est finis mundi (ut in tex.) 2. Quia patet Actu. 1.

*Epist. 80. nonnulli remote ante me et dencp. 10. 2.

*Est epist. 80. non multū remote à prin. to. 2.

1m illatio cōclusionis.

Ergo etc. R. negatur illatio. 1. Non. n. est simile de utroq; aduētu. Quoniam in primo Christus uenit occultus, secundum illud etc. ubi in tex.

¶ NOT. Cum hoc q tempus primi aduentus Christi determinate certò cognouerint homines, stat, q non eadem facilitate personam Christi cognouerint certò & determinate. Licet. n. ipsius personā postmodū cognouerint certò tamen multis miraculis Christ & Ioannis Baptistæ indicijs opus fuit.

2md maiori.

Deus enim. &. aliqualiter nō semper, determinate & certo §. Maximè qū signos ad hanc determinationem signandā nō dantur. Tunc nihil &c. Nā signa illa, quę addunt minor, er à pro quanto ad indicandum iudicij tempus faciunt, non dātur à dño ad hoc, ut determinate illud tēpus annuncient.

3m ex Apostolo, & Ioā.

Fines &c. aliorum: ultima hora, &. ut deum hanc mundi non aūt, determinatam quantitate tēporis iudicij. §. Tūc nihil &c. Licet enim ex hoc quòd à tempore illo in quo dicta sunt pauilla multum tempus transierit; tamen scire non possumus, quòd iudicium sit propinquum (ut intendit arguens.)

*Al. præmuntiantur.

¶ Examen. Ex propinquum. Scilicet determinate. Intentum enim contextus est determinatā propinquitatem sustuere non autē quo modocunque lucidi, in quo erit dies iudicij. Non enim per aliquam causam creatam mundus finietur, sicut etiā mundus esse incepit nisi immediate à Deo. Vnde decenter, cognitio finis mundi soli Deo reseruatur, q & hanc rōnē videtur ipse Dñs assignare Actu. 1. Non est inquit uestri ū nosse tempora, uel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: quasi diceret, quæ soli potestati eius reseruata sunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, q in primo aduentu Christus uenit occultus, secūdū illud Isa. 45. Vere tu es Deus absc̄ditus, sanctus Israel saluator, & ideo ut à fidelibus cognosci posset, oportuit determinate tempus determinare: sed in secundo aduentu ueniet manifeste, ut dicitur in Psal. 49. Deus manifeste ueniet, &c. & ideo circa cognitionē aduentus ipsius error esse non potest, & ppter hoc nō est simile.

AD SECVNDVM dicendū, q sicut dicit Augustin.* in epistola de die iudicij ad Ebitium: Signa quæ in euangelijs pronuntur, nō omnia pertinent ad secundū aduentum, qui erit in fine: sed quędam eorum pertinent ad tēpus Hierusalē destructionis, quæ iā præterijt, quædam uero, & plura pertinent ad aduentum, quo quotidie uenit in Ecclesiam eam uisitans spiritualiter, prout nos inhabitat per fidem, & amorem. Nec illa, quæ in euangelijs, uel Epistolis pronuntur ad ultimum aduentum spectantia ad hoc possunt ualere, ut determinate tempus iudicij possit agnosci, quia il la pericula, quæ pronuntiātur, nuntiantia ueniunt Christi aduentum, etiam a tempore primitiæ Ecclesiæ fuerunt, quādoq; intensius, quādoq; remissius: unde & ipsi dies Apostolorum dicti sunt nouissimi dies, ut patet Actu. 2. ubi Petrus exponit illud Ioel 2. Erit in nouissimis diebus, &c. pro tempore illos: & tamen ex illo iam tempore tempus plurimum transiuit, & quandoque plures, & quandoque pauciores tribulationes in Ecclesia fuerunt. Vnde non potest determinari, quantum tempus sit futurum, nec de mense, nec de anno, nec de centum, nec de mille annis, ut Augustin.* in eodem libro dicit. Etsi credantur in fine huiusmodi pericula magis abundare, non potest tamen determinari: quæ sit illa quantitas periculorum, quæ immediate diem iudicij præcedet, uel Antichristi aduentum: cum etiam circa tempora primitiuæ Ecclesiæ fuerint persecutiones aliquæ adeo graues, & corruptiones errorū adeo abundarent, quòd ab aliquibus tunc uicinus expectaretur, uel imminens Antichristi aduentus, sicut dicitur in ecclesiastica historia, & Hieron.* in libro de Viris illustribus.

AD 3m dicendum, quòd ex hoc, quod dicitur nouissima, uel ex similibus locutionibus: quæ in scriptura leguntur, nō potest aliqua determinata quantitas tēporis sciri. Non enim est dictum ad significādum aliquam breuē horam temporis: sed ad significandum nouissimum statum mūdi, qui est quasi nouissima ætas, quæ quanto temporis spatio duret, non est definitum; cum etiā nec scio, quod sit ultima ætas hominis, sit aliquis certus terminus definitus, cum quandoq; inueniatur durare quantum omnes præcedētes ætates, uel plus, ut dicit Augustin.* in lib. 83. Quæstionum. Vnde etiam Apostolus secundæ ad Thessalonicenses secundo, excludit falsum intellectum, quem quidam ex suis uerbis conceperant, ut crederēt diē Domini iam instare.

AD 4m dicendum, quòd etiā suppositā mortis incertitudine, dupliciter ad ingilantiam ualet incertitudo iudicij. 1 primo quātū ad hoc, quòd ignoratur utrū etiā tantum differatur, quantum est hominis uita, ut sic ex duabus partibus incertitudo maiorem diligentiam faciat. Secundo, quantum ad hoc, quòd homo non gerit solum solicitudinem de persona sua, sed de familia, uel ciuitate, uel regno, aut tota Ecclesia, cui non determinatur tempus durationis secundū hominū uitam; & tamen oportet unumquemque horum hoc modo dispoui, ut dies Domini non ueniat imparatos.

*Epist. 80. ly prop. ut in li. 83. q. 58. à med. to. 2.

*In li. 83. q. 58. à med. to. 2.

APPENDIX.

Ex articulo hab. 1 Vtil. p 8. Eccl. &c. es: Primò quo modo per rationem excludas errorem tē porantium quorundam (ut ponit Alfonsus Castrus de iust. hæret. punition. libr. 1. cap. 3.) dicentium quòd iudicij dies erit infra annū. Item errorem &c. ut q. 73. ar. 1. appen. & q. 77. ar. 1. appen.

¶ Secundò habes quomodo per ratiō ostendas errorem prædictorū merito dā nan. 21. Thess. 1. Dies Domini sicut fur in nocte ita uenit. Hęc ibi. Item à Matth. 24. De die illo, uel hora, nemo scit, neq; Angeli cœlorū nisi pater solus. Hæc ibi. Ita à q. 73. ar. 1. appen. & q. 77. ar. 1. appen. Vbi ex eisdem hæc expositio nē reclama. Ita præcedens Manich. ne ex eis ad errorē ignoratiæ (Vrai. ignoratiæ) dicentium illū Dei ignorare diem ultimū. Item à Luc. 17. Sicut fulgur fit in diebus Noēmi erit & in diebus filij hominis. Edebant, & bibebāt, & uxores ducebant, et dabantur ad nuptias usq; in diēquā intrauit Noēm Arcā, et uenit diluuiū, et perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Lotho.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Loth: edebant, & bibebant, emebant, & uendebant, plantabant, & edificabant: qua die autem exijt Loth, à Sodoma, pluit igne & sulphur de cœlo & omnes perdidit. Secundum hoc erit, qua die filius reuelabitur. Hæc ibi. Item à Concil. Lateranensi sub Leone.x.sess.11. Tempus præfixum futurorum malorum, uel antichristi aduentu, aut certum diē iudicij prædicare uel asserere nequaquam præsumamus: cum ueritas dicat, non esse nostrum nosse tempora uel momenta &c. Siquis autē contra præmissorum aliquod cōmittere quā quam ausu fuerint, excommunicationis sententiam incurrat: à qua non nisi à Romano Pontifice absoluantur. Et eis prædicationis officium interdictum esse perpetuō decernimus: non obstantibus quibuscunque. Hæc ibi.

4.dist.48. q.1.ar.4.

3

¶ Tertio habes quo modo per rationem prædictā scripturarum & patrum, pro quanto tempus generalis iudicij cuiquotum inuinuant, & intelligas, & probes, & defendas.

4 ¶ Quarto uides: quō ex ijs uicissim Angelica doctrina hæc et declaretur, & confolidetur.

QVÆS. LXXXVIII.

ART. IIII.

379 CONCL. Circa locum montis oliueti Christus descendet ad iudicandum.

Corollarium. Ergo stat ad unguem literaliter applicetur ista dictum hoc in uallē Iosaphat: circa illā uallem: ut declaratur in ad primum.

¶PROB. 1. Quia id probabiliter pōt colligi ex scripturis (ut patet arg. contr.) 2. Quia per id ostenditur q̄ idē est, qui ascendit, & descendit.

¶ NOT. Aliud est cōclusionem aliquā dependere ex scripturis, aliud est ipsam dependere ex tali sensu scripturæ tū sancte, sū nobis dato scripturis. Nam si primo modo dependet, necessario fiet, quia scripturæ authoritas non potest fallere, nec fallit, si secundo modo, tunc potest probabiliter tantum fieri. Et hoc est quando doctores sancti expositionem alicuius scripturæ tanquam probabilem solum afferunt, ita quōd contrarium eius dicere non sit in periculum salutis æternæ. Huiusmodi rationis esse cōclusionem præmissam denotauit Sanctus Doctor in hoc quod dixit, id posse colligi probabiliter ex scripturis. Quasi dicens. Habetur ista conclusio ex litera scripturarū, sed utrum illa litera intelligatur sic, uel sic, ut iudicij locus sit tantum uallis Iosaphat non scitur pro certo, sed tantum probabiliter. Quemadmodum & conclusio de sanctificatione B. Virginis est huiusmodi tenoris, sicut & sua opposita, scilicet de præsanctificatione, ut applicanti iuxta prædicta, patere potest.

non tenet.

ARTICVLVS XIIII.

Vtrum iudicium fiat in uallo Iosaphat.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur, quòd iudicium non fiet in ualle Iosaphat, a aut in loco circunstante. Quia ad minus oportet iudicandos in terra stare, eos autem tantum eleuari in nubibus, quorum erit iudicare: sed tota terra promissionis capere non posset multitudinem iudicandorum, b ergo non potest esse, quòd circa uallem illam sit futurum iudiciū.

2 Præterea, Christo in humanitate datum est iudicium ut iuste iudicet, quia iniuste iudicatus est in prætorio Pilati, & sententiam iniusti iudicij in Golgotha suscepit, ergo c loca illa magis debent ad iudicium determinari.

3 Præterea, Nubes fiunt ex resolutione d uaporum: sed tunc nulla erit euaporatio, uel resolutio, ergo non poterit esse quòd iusti in e nubibus obuiam Christo in aera rapiantur, & sic oportebit, & bonos, & malos esse in terra, & ita multo amplior locus requiretur quàm sit uallis illa.

SED CONTRA est quod dicitur Ioel 3. Congregabo ōmnes gentes, & educam eas in uallē Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis.

Præterea. Actu, 1 dicitur: Quēadmodum uidistis eum ascendētem in cœlum, ita ueniet: sed ipse ascendit in cœlum in monte Oliueti, qui præeminet uallī Iosaphat, ergo, & circa loca illa ad iudicandum ueniet.

RESPONDEO, Dicendum, quòd qualiter illud iudicium fit futurum, & quomodo homines ad iudicium conueniant, non potest multum per certitudinem sciri, tamen probabiliter potest colligi ex Scripturis, quòd f circa locum montis Oliueti descendet, g sicut, & inde ascendit, ut idē esse ostē datur, qui descendit, & ascēdit. h

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd magna multitudo in paruo spatio comprehendi potest. Sufficit autem ponere quātumcunque spatium circa locum illum ad capiendum multitudinem iudicandorum; dummodo ab illo spatio Christum uidere possint, qui in aere præeminens, & maxima claritate refulgens, à longinquo inspici poterit.

AD SECVNDVM Dicendum, quod quamuis per hoc, quòd iudicatus est, iuste iudiciariam potestatem meruit, non tamen iudicabit in forma infirmitatis, in qua iniuste iudicatus est: sed in forma gloriosa in qua ad Patrem ascendit. Vnde locus ascensionis magis competit iudicio, quàm locus ubi condemnatus est.

AD TERTIVM dicendum, q̄ nubes hic appellantur, (ut dicunt quidam) densitates lucis resplendentis à corporibus sanctorum, & non aliquæ euaporationes ex terra, & aqua. i Vel potest dici, quòd nubes illę genera buntur diuina uirtute ad ostendendum conformitatem in aduentu ad iudicium, & ascensionem, ut qui ascendit in nube, ad iudicium ueniat: nubes etiā propter refrigerium indicat misericordiam iudicantis.

1 Vtil. pro S. Eccles. &c.

2 Examen. Ly quorum erit iudicare. Scilicet ad minus interpretatiue. Sic enim omnes sancti, iudicabunt. q.85. art.2. corp. & consequēter omnes sancti elenabuntur in nubibus.

¶NOT. Poterat & aliter responderi ad argumentum illud dicendo, q̄ aliud est loqui de hominibus congregandis ad iudicium, aliud est loqui de Christo iudice descendēte, ut ad literam dixit conclusio: & q̄ de Christo circa illa loca descensuro argumentū nō facit mentionem de quo magis directe ut debatur ad propositum uolentis impetere conclusionem, quām de congregandis ibi. Tamen ut ex abundanti non satisfaciat, pro more suo, uni cuique potenti, respōdere magis elegit Sanctus Doctor, quàm arguentem reprehendere de parua cōsideratione circa conclusionis articuli uerba.

Ratio 1ª.

2m consequens. Loca illa magis decent ad iudicium determinari. Et ii Christus iudicare debet i forma infirmitatis. Tūc nihil &c.

3m de conclusione. In nubibus. i. & euaporatis ex terra & aquā, a splendore gloriosorum corporum causatis. ¶ Tunc nihil &c. ut patet.

Item maior. Nubes fiunt ex resolutione uaporum. i. &. si fiant illæ nubes uirtute narrationon autem, diuina. ¶ Tunc nihil &c. Nam nubes illæ generabuntur &c. ut in secundo responso textus ly uel potest dici, quòd.

¶NOT. Responsum formale de diuina uirtute intelligitur, quod non est necesse ei ad causandum nubes quòd euaporationes fiant ex terra & aqua, licet enim hoc modo possit eas causare: sicut est de uirtute naturali huius uel tali corporis secundo modo allegata. Rursus: De misericordia iudicātis, quæ dicitur in text. h.n. intellige. q̄ erit non tantum respectu bonorū: sed etiam malorum, in hoc saltē quod malos punietur extra conspectum. Vide q.86. ar.1. not. post prob. concl.1ª. & q.94. ar.3. ad 1ª.

APPENDIX.

EX articulo hac. Primò quo modo per rationem ostendas mer to insinuatum à Ioel 3. & Act.1. q̄ iudicū fiet in ualle Iosaphat: & sic. Congregabo omnes gentes &c. Item. Quemadmodū uidistis eum ascendentem &c. ut in arg. sed contrā vbi etiā authoritatem locūs, notas quòd congregatio omnium gentiū non uirtute præsita Angelorum colligentium pulueres herī sed cōcurrente principaliter speciali Dei uirtute. Sic enim intelligitur ly congregabo, uidelicet principaliter ego talis cōgregationis aro author. Circa authoritatem uerò Actuum: nota quòd secundū D. Thomam ly ita uenier significat eundē locum, quō uentarus est. Colligendo igitur plures eius expositiones dicemus: quòd ly ita uenier, significat Christum esse ueniturum & in forma humanitatis, & in ea gloriosa, & cōcomitantibus Angelis atque animabus (sic enim ascendit: ex psal.46. ascendit Deus &c. & 67. Ascendisti in altum &c.) & circa locum uallis Iosaphat.

Tho. 4.d. 47.q.1.ar. 2.q.1. & seq.

a Secundò habes: quomodo per rationem ostendas prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant & intelligas, & uocatis.

b ¶ Tertiò uides: quomodo ex iis uicissim Angelica doctrina hæc & declaretur, & confolidetur.

QVAESTIO LXXXIX.

De iudicandis, & iudicatis in iudiciis generali, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de iudicantibus, & iudicatis in iudicio generali.

Circa quod quæruntur octo.

Primo, Vtrum aliqui homines iudicaturi sint cum Christo.

Secundo, Vtrum uoluntariæ paupertati correspondeat iudiciaria potestas.

Tertio, Vtrum angeli sint etiā iudicaturi.

Quarto, Vtrū dæmones exequentur sententiam iudicis.

Quinto, Vtrum omnes homines in iudicio comparebunt.

Sexto, Vtrum aliqui boni iudicandi sint.

Septimo, Vtrum aliqui mali.

Octauo, Vtrum etiam angeli sint iudicandi.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliqui homines iudicabunt cum Christo.

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur quòd nulli homines iudicabunt cum Christo, Ioan.5. Pater omnem b iudicium dedit Filio, ut omnes homines, &c. sed honorificentia talis non debetur alicui, nisi Christo, ergo &c.

2 Præterea. Quicunque iudicat, habet auctoritatem super illud, quod iudicat: sed ea, de quibus debet esse futurum iudicium sicut merita, & præmia humana, soli diuinæ auctoritati subsunt, ergo nulli competit de his c iudicare.

3 Præterea. Iudicium illud nō exercebitur uocaliter: sed mentaliter, ut probabilius æstimatur: sed hoc, quod cordibus hominum omnium c notificentur merita, & demerita, quod est quasi accusatio, uel commendatio: uel retributio pœnæ, & præmij, quod est quasi sententiæ prolatio, sola diuina uirtute fiet, ergo nulli alii iudicabunt nisi Christus, qui est Deus.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth.19. Sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel, ergo &c.

Præterea. Isa 3. Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi sui, ergo uidetur, quòd etiam alij iudicabūt cū Christo.

12 Præterea, Omne[b] infinitum, inquantum infinitum, ignotum est: sed Deus est modis omnibus infinitus, ergo est omnino ignotus, ergo per essentiam ab intellectu creato uideri non poterit.

*In epist. 111. & 61 epist. 112. ca. 7. & 8. to. 2.

13 Præterea, Augustin.* dicit in lib. de Videdo Deo, Deus est natura inuisibilis, sed ea, quæ insunt Deo per naturam, non possunt aliter se habere, ergo non potest esse, quòd per essentiam uideatur. L

14 Præterea, Omne, quod est alio modo, & alio[b] modo uidetur, non uidetur secundum id, quod est, sed Deus alio modo est, & alio modo uidetur à Sanctis in patria, est enim per modum suum: sed uidetur à Sanctis per modum eorum, ergo non uidetur à Sanctis secundum illud, quod est, & sic nõ uidebitur per essentiam.

15 Præterea, Illud, quod per[b] medium uidetur, non uidetur per essentiam, sed Deus in patria uidebitur per medium, quod est lumen gloriæ, ut patet in Psalmo, In lumine tuo uidebimus lumen, ergo non uidebitur per essentiam.

16 Præterea, Deus in patria uidebitur facie ad faciem, ut dicitur 1. Cor. 13. sed hominem, quem facie ad faciem uidemus, uidemus per similitudinẽ, ergo Deus in patria uidebitur per similitudinẽ, & non per essentiam.

SED CONTRA est quod dicitur 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: sed id, quod uidetur facie ad faciem, uidetur per essentiam, ergo Deus perẽssentiam uidebitur à Sanctis in patria.

Præterea, Ioan. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, ergo uidebimus eum per essentiam.

Præterea, Primæ Cor. 15. super illud, Cum tradiderit regnum Deo, & patri, dicit Glos.* ubi scilicet in patria, essentia Patris, & Filij, & Spiritussancti uidebitur, quòd solum mundis cordibus dabitur, quod est summa beatitudo, Beati ergo Deum per essentiam uidebunt. *Glos. ibid.

Præterea, Ioan. 14. dicitur. Si quis diligit me, diligetur à Patre, & ego diligam eum, & manifestabo meipsum ei, sed illud, quod manifestatur, per essentiam uidetur, ergo Deus à Sanctis in Patria essentialiter uidebitur.

Præterea, Exod. 33. super illud, Non uidebit me homo, & uiuet, Gregorius improbat opinionem illorum, qui dicebant, q̃ in illa regione beatitudinis Deus in claritate sua conspici potest, sed in natura uideri non potest, quia aliud non est eius claritas, & eius natura: sed natura eius est essentia eius, ergo uidebitur per essentiam suam. *Lib. 18. Mor. cap. 37. aut in recentioribus ædition. c. 18 & homil. 14. in Ezechi. à medi.

Præterea. Sanctorum desiderium nõ potest omnino frustrari, sed Sanctorum desiderium commune est ut Deum per essentiam uideant, ut patet Exod. 33. Ostende mihi gloriam tuam, & in Psal. Ostende faciem tuam, & salui erimus. & Ioan. 14. Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis, ergo Sancti per essentiam Deum uidebunt.

RESPONDEO, Dicendum, quòd sicut secundum fidem ponimus, finem ultimum humanæ uitę esse uisionem Dei, ita Philosophi posuerunt ultimam hominis felicitatem esse intelligere substantias à materia separatas, secundum esse, & ideo circa hanc quæstionem eadem difficultas, & diuersitas inuenitur apud Philosophos & apud Theologos. Quidam enim Philosophi posuerunt, q̃ intellectus noster possibilis numquam potest ad hoc perue-

pernenire, ut intelligat substantias separatas, sicut Alpharabius in fine suæ Ethicæ, quamuis contrarium dixerit in libro de intellectu, ut Commentator refert in tertio de Anima.* Et similiter quidam Theologi posuerunt q̃ intellectus humanus nunquam potest ad hoc pertenire, ut Deum per essentiam uideat, & utrosque ad hoc mouet distatia inter intellectum nostrum, & essentiam diuinam, & alias substantias separatas. Cum enim intellectus in actu sit quodammodo unum cum intelligibili in actu, uidetur difficile, quomodo intellectus creatus aliquo modo fiat essentia increata. Vnde Chrysostomus* dicit, Quomodo creabile uidet increabile. Et maior difficultas est illis adhuc, qui ponũt intellectum possibilem esse generabilem, & corruptibilem, utpote uirtute à corpore dependentem, non solum respectu uisionis diuinæ, sed etiã respectu uisionis quarumcunque substantiarum separatarum. Sed hoc ipsum stare omnino nõ potest. Primo, quia repugnat authoritati sacræ scripturæ Canonicæ, ut Augustin. dicit in libro de Videndo Deo. Secundo, quia cum intelligere sit maxime propria operatio hominis, oportet, q̃ secundum eam assignetur sibi sua beatitudo, cum hæc operatio in ipso perfecta fuerit. Cum autem perfectio intelligẽtis, inquantum huiusmodi sit ipsum intelligibile, si in perfectissima operatione intellectus homo nõ perueniat ad uidendam essentiam diuinam: sed aliquid aliud, oportebit dicere, quòd aliquid aliud sit beatificãs ipsum hominem quàm Deus, & cum ultima perfectio cuiuslibet sit in coniunctione ad suũ principium, sequitur, q̃ aliquid aliud sit principiũ effectuum hominis, quàm Deus, quod est absurdũ secundum nos. Et similiter est absurdum apud Philosophos, qui ponunt animas nostras à substantijs separatis emanare, ut in fine eas possimus intelligere. Vnde oportet ponere, secundum nos, quòd intellectus noster quandoque perueniat ad uidendã essentiam diuinam, & secundum Philosophos q̃ perueniat ad uidendam essentiam substantiarum separatarum, quomodo autem hoc possit accidere, restat inuestigandum. Quidam enim posuerunt, ut Alpharabius, & Auempace, quòd ex hoc ipso, quòd intellectus noster intelligit quæcunque intelligibilia, pertingit ad uidendam essentiã substantiæ separatæ, & ad hoc ostendendum procedunt duobus modis. Quorum primus est, quod sicut natura speciei non diuersificatur in diuersis individuis, nisi secundum quòd coniungitur principijs individuantibus, ita forma intellectiua hominis non diuersificatur apud me, & te, nisi secundũ q̃ coniungitur diuersis formis imaginabilibus, & ideo quando intellectus separat formam intellectam à formis imaginabilibus, remanet quidditas intellecta, quæ est una, & eadem apud diuersos intelligentes, & huiusmodi est, quidditas substantiæ separatæ. Et ideo quãdo intellectus noster ad summam abstractionem quidditatis cuiuscunque peruenit, intelligit per hoc quidditatem substantiæ separatæ, quæ est ei similis. Secũdus modus est, quia intellectus noster natus est abstrahere quidditatẽ ab omnibus intelligibilibus habentibus quidditatem. Si ergo quidditas, quam abstrahit ab hoc singulari habente quidditatem, sit quidditas non habens quidditatem, intelligendo eam, intelligit quidditatem substantiæ separatæ, quæ est talis dispositionis, eo quod substantiæ separatæ sunt quidditates subsistentes, quæ non habent quidditates, quidditas enim simplicis est ipsum simplex, ut Auicen. dicit. Si autem quidditas abstracta ab hoc particulari sensibili sit quidditas habens quidditatem, ergo quidditatem illam intellectus natus est abstrahere, & ita eum non sit abire in infinitum, erit deuenire ad quidditatem non habentem quidditatẽ, per quam intelligitur quidditas separata. Sed iste modus non uidetur esse sufficiẽs. Primo, quia quidditas substantiæ materialis, quam intellectus abstrahit, non est eiusdem rationis cum quidditatibus substantiarum separatarum, & ita per hoc q̃ intellectus noster abstrahit quidditates rerum materialium, & cognoscit eas, non sequitur, q̃ cognoscat quidditatem separatæ substantiæ, & præcipue diuinam essentiam, quæ maxime est alterius rationis ab omni quidditate creata. Secundo, quia dato, quòd esset unius rationis, tamen cognita quidditate rei compositæ, non cognosceretur quidditas substantiæ separatæ nisi secundum genus remotissimum, quod est substantia. Hæc autẽ cognitio est imperfecta nisi deueniatur ad proprias rei. Qui enim cognoscit hominem solum, inquantum est animal, non cognoscit eum nisi secundum quid, & in potentia, & multo minus cognoscit eum, si non cognoscat nisi substantiæ naturam in ipso. Vnde sic cognoscere Deum, uel alias substantias separatas, non est uidere essentiam diuinam, uel quidditatem substantiæ separatę, sed est cognoscere per effectum, & quasi in speculo.

Et ideo alius modus intelligendi substantias separatas ponitur ab Auicenna in sua Methaphy. scilicet quod substantię separatæ intelliguntur à nobis per intentiones suarum quidditatum, quæ sunt quædam earum similitudines non abstractæ ab eis, q̃ ipsæmet sunt immateriales, sed impressę ab eis in animabus nostris. Sed hic modus etiam non uidetur nobis sufficere ad uisionem diuinam, quam quærimus. Constat enim quòd omne, qđ recipitur in aliquo, est per modum recipientis in eo, & ideo similitudo diuinæ essentiæ impressa in intellectu nostro, erit per modum nostri intellectus, modus autem intellectus nostri deficiens est à perfecta receptione diuinæ similitudinis, defectus autem diuinę similitudinis potest tot modis accidere, quot modis dissimilitudo inuenitur. Vno enim modo est deficiens similitudo, quando participatur forma secundum eandem rationem speciei, sed non secundum eundem perfectionis modum, sicut est similitudo deficiens eius, qui parum habet de albedine, ad illum, qui multũ habet. Alio modo adhuc magis deficiens, quando non peruenitur ad eandem rationem speciei, sed tantum ad eandem rationem generis, sicut est similitudo inter illum, qui habet colorem citrinum, & illum, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

1m ex Ioan. Vidit. &c. eo modo quo pater uidet filium: non aliter.§. Tunc nihil contra. Nam conclusio intelligit de uisione nostra respectu Dei nõ propriè comprehensiua, ut est illa qua persona diuina inuicem se uident, sed cõprehẽsiua largo modo, secundũ illud, curatio, ut comprehendatis.

¶NOT. Pro meliori notitia de cõprehensione, uidet. par. q. 12. ar. 7.

2m ex Dionysio. Cognitio & totaliter comprehendẽtiua non, largo modo.§ quod qui habet colorẽ albũ. Alio modo adhuc est magis deficiens, qũ ad rationem eius generis nõ pertingit, sed solum secundum analogiam, siue proportionem, sicut est similitudo albedinis ad hominem in eo, q utrumq; est ens, & hoc modo est deficiens omnis similitudo, quę est in creatura recepta respectu diuinæ essentiæ. Ad hoc autẽ q uisus cognoscat albedinẽ, oportet, q recipiatur in eo similitudo albedinis secundum rationem suæ speciei, quãuis non secundum eundem modum essendi, quia habet alterius modi esse forma in sensu, & in re extra animam & in intellectu. Si enim fieret in oculo forma citrini, non diceretur oculus uidere albedinem. Et similiter ad hoc, q intellectus intelligat aliquam quidditatẽ, oportet q fiat in eo similitudo eiusdẽ rationis secundũ speciem, quamuis forte non sit idem modus essendi utrobique, non.n. forma existens in intellectu, uel sensu est principium cognitionis secundum modum essendi, quẽ habet utrobique, sed secundum rationem, in qua communicat cum re exteriori. Et ita patet, q per nullam similitudinem receptam in intellectu creato potest Deus intelligi, ita q essentia eius uideatur immediate. Vnde etiam quidam ponentes, diuinã essentiam per hunc modum uideri, dixerunt, q ipsa essentia non uidebitur, sed quidam fulgor quasi radius ipsius. Vnde nec iste modus sufficit ad uisionẽ diuinam, quam quærimus.

Et ideo accipiendus est alius modus, quem etiã quidam Philosophi posuerunt, scilicet Alexãder, & Auerrois in 3.° de Anima. Cum enim in qualibet cognitione sit necessaria aliqua forma, qua res cognoscatur, aut uideatur, forma ista qua intellectus perficitur ad uidendas substantias separatas, nõ est quidditas quam intellectus abstrahit à rebus compositis, ut dicebat prima opinio, neque aliqua impressio relicta a substãtia separata in intellectu nostro, ut dicebat secunda: sed est ipsa substantia separata, quæ coniungitur intellectui nostro, ut forma, ut ipsa sit, quod intelligitur, & quo intelligit. Quicquid autem sit de aliis substantijs separatis, tamen, m istum modum oportet nos accipere in uisione Dei per essentiam, n quia quacunque alia forma informaretur intellectus noster, non posset per eam duci in essentiam diuinam. Quod quidem non debet intelligi, quasi diuina essentia sit uera forma intellectus nostri, uel quod ex ea, & intellectu nostro efficiatur unum simplex, sicut in naturalibus ex forma, & materia naturali, sed quia proportio essentiæ diuinæ ad intellectum nostrum est sicut proportio formæ ad materiam. Quandocunque enim aliqua duo, quorum unum est altero perfectius, recipiuntur in eodem receptibili, proportio unius duorum ad alterum, scilicet magis perfecti ad minus perfectum, est sicut proportio formę ad materiam, sicut lux & color recipiuntur in diaphano, quorum lux se habet ad colorem sicut forma ad materiam; & ita cum in anima recipiatur lux intellectiua, & ipsa diuina essentia inhabitãs, licet non per eundem modum essentia diuina se habebit ad intellectum sicut forma ad materiam. Et q hoc sufficiat ad hoc, q intellectus per diuinã essentiam possit uidere ipsam diuinam essentiam, hoc modo potest ostendi. Sicut enim ex forma naturali, qua aliquid habet esse, & materia efficitur unum ens simpliciter, ita ex forma, qua intellectus intelligit, & ipso intellectu fit unum in intelligendo. In rebus autem naturalibus res per se subsistens non potest forma esse alicuius materiæ, si illa res habeat materiam partem sui, quia non potest esse, ut materia fit forma alicuius, sed si illa res per se subsistens sit forma tantum, nihil prohibet eam effici formam alicuius materiæ, & fieri, quod est ipsius compositi, sicut pater de anima. In intellectu autẽ oportet accipere ipsum intellectum in potentia quasi materiam, & speciem intelligibilem quasi formam, & intellectus in actu intelligẽs erit quasi compositum ex utroque. Vnde si sit aliqua res per se subsistens, quæ non habeat aliquid intra se præter id, quod est intelligibile in ipsa; talis res poterit esse forma, qua intelligit intellectus: res autem quælibet est intelligibilis secũdum id, quod habet de actu, non secundum id, quod habet de potẽtia, ut patet in Nono Metaphysicorum, & huiusmodi signum est quòd oportet formam intelligibilem abstrahere à materia, & ab omnibus proprietatibus materiæ; & ideo cum diuina essentia sit actus purus, poterit esse forma, qua intellectus intelligit, Et hæc erit uisio beatificans: & ideo dicit Magister, o q unio animæ ad corpus est quoddam exemplum beatæ unionis, qua ipse homo unitur Deo.

*Li. 3. cõ. 36. & 5.

*Li. 9. cõ. 10. 10.

*Lib. 2. Sent. d. 1. §. E. fili inuisib.

AD PRIMVM ergo dicendum, q authoritas illa potest tripliciter exponi, ut patet per Augustinum in lib. de Videndo Deum. Vno modo, ut excludatur corporalis uisio, qua nemo uidet, uel uisurus est Deum in essentia sua. Alio modo ut excludatur etiam intellectualis uisio Dei per essentiam ab his, qui in ista mortali carne uiuunt. Alio modo ut excludatur uisio comprehensionis ab intellectu creato, & sic intelligit Chrysostomus. p Vnde subdit. Notitiam huiusmodi dicit Euangelista certissimã considerationem, & comprehensionem tantam, quãtam habet pater de Filio, & hic est intellectus Euangelistæ. Vnde subdit, Vnigenitus, qui est &c. per comprehensionem uolens probare filium esse Deum.

*Epistol. 112. ca. 6. & 9. 40.

*Hom. 34. in Ioã. pard. 2. de mod. tom. 3.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd sicut Deus excedit omnia existentia, quæ habent esse determinatum, per essentiam suam infinitam, ita cognitio sua, qua cognoscit, est super omnem cognitionem, unde, quæ est proportio cognitionis nostræ ad essentiam creati, ea est proportio cognitionis diuinæ ad essentiam suam infinitam. Ad cognitionem autem duo concurrunt, scilicet cognoscens,

quod dicitur in textu, per ly habere esse eam in cognoscẽdo quanta sit emitas rei cognitæ. Tũc nihil &c. Nam ex hoc non concluditur quòd non ut cognitum de Deo, sed quòd non sit cognitio totaliter comprehendens ipsum.

¶ Corollarium. Ergo beati cognoscũt Dei facialiter, quidẽ, sed tamen uident ipsum adhuc esse super omnia existenda, & supra suam ipsorum cognitionem.

3m ex Dionysio. Contungi potest. &. in h cuita: nõ in patria. §. Tunc nihil &c. ut patet.

4m ex Dionysio. Abiectum ut cognitum. &. cognoscentis per impressionem alicuius similitudinis non, cognoscentis per essentiam diuinam. §. Tunc nihil &c. Nam uidens Deum per essentiam non intelligit simili modo Deo, sed ipsum Deum, licet uidens ipsum per impressionem alicuius similitudinis alterius non uideat proprie ipsum, sed aliquod aliud scilicet huiusmodi similitudinem eius.

¶Examen. Ly tenebrx. Scilicet respectu nostri. In Deo enim secundum scriptum tenebræ nõ sunt ullæ. 1. Ioan. 1. Videtur autem hoc modo loquendi Dionysius, ad declarãdum, excedentiam maximã lucis diuinæ ad intellectum nostrum in uia præsupposẽcomorantem.

5m ex Dionysio. Excedentem. &. omnem formã, qua nunc intellectus noster informatur nõ, formam, qua informabitur in patria. §. Tunc nihil &c. Vide corp. huius citatio, non. post prob.

6m d maiori. Proportionẽ. 1. &. uel proportionalitatem. §. Tunc nihil &c. Sufficit. ergo hic ad tem proportionalitatem quod diuina essentia sit ita magnifica, & ita excedens omnem formam, quam nunc intellectus noster informatur, non tamen excedit ipsam essentiam diuinam, quæ erit quasi forma intellectus nostri in patria, & ideo licet nunc sit inuisibilis, tamen tunc erit uisibilis.

A AD 5m dicendum, quòd claritas Dei quamuis excedat omnem formam, qua nunc intellectus noster informatur, non tamen excedit ipsam essentiam diuinam, quæ erit quasi forma intellectus nostri in patria, & ideo licet nunc sit inuisibilis, tamen tunc erit uisibilis.

AD 6m dicendum, quòd quãuis finiti ad infinitum non possit esse proportio: quia excessus infiniti supra finitum non est determinatus, potest tamen esse inter ea proportionalitas, quæ est similitudo proportionum. Sicut enim finitum æquatur alicui finito, ita infinito infinitum; ad hoc autem, quòd aliquid totaliter cognoscatur, quandoque oportet esse proportionem inter cognoscentem, & cognitum, quia oportet uirtutem cognoscẽtis cæquari cognoscibilitati rei cognitæ, æqualitas autẽ proportio quædam est: sed quandoq; cognoscibilitas rei excedit uirtutẽ cognoscentis, sicut cum nos cognoscimus Deum, aut econuerso, sicut cum ipse cognoscit creaturas, & tũc nõ oportet esse proportionẽ inter cognoscentẽ, & cognitum, sed proportionalitatẽ rãtum, ut scilicet sicut se habet cognoscẽs ad cognoscendũ, ita se habet cognoscibile ad hoc, q cognoscat: & talis proportionalitas sufficit ad hoc q infinitum cognoscatur a finito, uel ecõuerso. Vel dicendũ, q proportio fm propriã nominis institutionẽ significat habitudinẽ quãtitatis ad quantitatem fm aliquem determinatũ excessum, uel adæquationẽ: sed ulterius est transllatũ ad significandum oẽm habitudinem cuiuscunque ad aliud, & per hunc modum dicimus, quòd materia debet esse proportionata ad formam: & hoc modo nihil prohibet intellectum nostrum, quamuis sit finitus, dici proportionatum ad uidendum essentiam diuinã, non tamen ad comprehendendum eam, & hoc propter suam immensitatem.

Ratio 2a.

*Al. Infinitum.

Ad septimum dicendum, quod duplex est similitudo, & distantia. Vna secundum conuenientiam in natura, & sic magis distat Deus ab intellectu creato, quam intelligibile creatum à sensu. Alia secundum proportionalitatem, & sic est econuerso, quia sensus non est proportionatus ad cognoscendum aliquod immateriale, sicut intellectus est proportionatus ad cognoscendum quodcunque immateriale, & hæc similitudo requiritur ad cognoscendum, non autem prima. Quia constat, q intellectus intelligens lapidem, non est similis ei naturali esse, sicut etiam uisus apprehendit mel rubeum, & fel rubeum, quamuis non apprehendat mel dulce. Fellis enim rubedo magis cõuenit cum mellis

Universidad de Deusto
Biblioteca

8m minor.

Hoc autem non pōt esse ipsa diuina essentia. Ideo negatur ista. §. Ad octauum dicendum, q̄ forme & formati est vnum esse, secundum quod forma informat nō aliter. Tunc applicando dicitur, quod diuina essentia informat intellectum beatorum quantum ad actum intelligendi, non quantum ad actum essendi in quantum facilius nō fit essentia intellectus per quam intellectus fit, sed tantum per quā intellectus intelligat. Vñ corpórea lux non, potest probabiliter non oportet, quòd diuina essentia & intellectus efficiantur vnum secundum esse &c. ut in textu.

¶Exam. Ly quasi. Hoc dicitur ad demonstrandum illud quod diximus de diuina essentia inquantum est forma intellectus. Quasi per hoc dicatur quod nō est forma existendi intellectui.

9m ad minori.

Sicut dicit Auicenna, 1. de cuius dicta in pr̄positione non fit mentio. § Tunc nihil &c. ut patet.

Item ex Auicenna. Intelligē 1. n. 2. cognitam à nobis per habitum scientiarum speculatiuarum. §. Tunc nihil &c. Non enim attingit propositum conclusionis cum loquatur conclusio de cognitione primæ intelligentiæ, non per habitū scientiarum speculatiuarum, uel aliàs creatarum, sed per seipsam.

10m ex Philosopho. Idē est. 2. secundum rationem formæ & formati, non secundū rationē essendi simpliciter. §. Tunc nihil &c. ut patet ex tex. vide 3. de Anim. ad 8m

11m de minori. Non po est scire 2. ad 2. in quantum. in pa

*3. c6 15. to. 2.

mella, inquantum est mobile, q̄ dulcedo mellis cum melle.

Ad octauum dicendum, q̄ in uisione, qua Deus per essentiam uidebit, ipsa diuina essentia erit quasi forma intellectus qua intelligit, nec oportet quòd efficiatur unum secundum esse simpliciter, sed solum, quòd fiant unū quantum pertinet ad actum intelligendi.

Ad nonum dicendum, quòd dictum Auicennæ quantum ad hoc non sustinemus, quia ei etiā ab aliis Philosophis in hoc cōtradicitur, nisi forte nelimus dicere quòd Auicenna intelligit de cognitione subtantiarum separatarum, secundum q̄ cognoscūtur per habitus scientiarum speculatiuarū, & similitudinis aliarum rerum. Vnde hoc introducit ad ostendendum quòd scientia non est in nobis substantia, sed accidens: & tamen diuina essentia quamuis plus distet secundum proprietatem naturæ suæ ab intellectu nostro, quàm substantia angeli, tamen plus habet de ratione intelligibilitatis, quia est actus purus, cui non admiscetur aliquid de potentia, quod nō contingit in aliis substantijs separatis. Nec illa cognitio, qua Deum per essentiam uidebimus, ex parte eius, quo uidebitur, erit in genere accidentis, sed solum quantum ad actum ipsius intelligentis, qui non erit ipsa substantia intelligentis, uel intellecti.

Ad decimum dicēdum, q̄ substantia separata à materia sc. intelligit, & intelligit alia, & utroque modo potest verificari auctoritas inducta. Cum enim ipsa substantia naturæ separatæ essentia sit, per seipsam est intelligibilis in actu, eo quod est a materia separata, constat autem q̄ substantia separata intelligit, se quòd omnino est idē intelligens, & intellectum. Non enim intelligit se per aliquam intentionem abstractam à se, sicut nos intelligimus res materiales, & hic uidetur esse intellectus Philosophi tertio de Anima, ut per Commētaria ibidem patet: Secundū aūt, quòd intelligit res alias, intellectum in actu, fit unum cum intellectu in actu, inquantum forma intellecti fit forma intellectus, inquātum est intellectus in actu nō quòd sit ipsamet essentia intellectus, ut Auicenna probat 6. de naturalibus, quia essentia intellectus manet una sub duabus formis, secundum quòd intelligit res duas successiue ad modum, quo materia prima manet una sub diuersis formis. Vnde etiam Commentator in tertio de Anima* comparat intellectum possibilem quātum ad hoc primæ materiæ, & sic nullo modo sequitur quòd intellectus noster uidens Deum, fiat ipsa essentia diuina: sed quòd ipsa comparatur ad ipsum, quasi perfectio, & forma.

*3. com. 5 & 36.

Ad undecimum dicendum, q̄ authoritates illæ, & omnes similes, sunt intelligendæ de cognitione, qua cognoscimus Deum in uia ratione prius posita.

Ad duodecimum dicendum, quòd infinitum priuatiue dictum est ignotum, inquantum huiusmodi, quia dicitur per remotionē complementi, a quo est cognitio rei. Vnde infinitū reducit ad materiā subiectam priuationi, ut patet in 3. Phys.* Sed infinitū negatiue acceptum dicitur per remotionem materiæ terminantis, quia forma etiam quodammodo terminatur per materiam. Vnde infinitum hoc modo est maxime de se cognoscibile, & hoc modo infinitus est Deus.

*3. 48 55. to. 2.

Ad tertiumdecimum dicendum, q̄ Augustī.* loquitur de uisione corporali, qua nunquam uidebitur, quod patet ex hoc quod præmittitur. Sicut.n. uidentur ista, quæ uisibilia nominantur, Deum nemo uidit unquam, nec uidere potest, & est natura inuisibilis sicut, & incorruptibilis. Sicut autem secundum naturam suam est maxime ens, ita & secūdum se est maxime intelligibilis: sed quòd à nobis quandoque nō intelligatur, est ex defectu nostro. Vnde quòd uideatur postquam uisus non fuit à nō bis, non est ex mutatione sua, sed nostra.

* 21. c. 6.

Ad decimumquartum dicendum, q̄ Deus in patria uidebitur a Sanctis sicuti est, si hoc referatur ad modum ipsius uisi. Videbitur enim à Sanctis Deus habere illum modum, quem habet. Sed si referatur modus ad ipsum cognoscentem, non uidebitur sicuti est, quia non erit tanta efficacia intellectus creati ad uidendum, quanta est efficacia essentiæ diuinæ ad hoc, quod intelligatur.

Ad quintumdecimum dicendum, quòd medium in corporali uisione & intellectuali inuenitur triplex. Primum est medium sub quo uidetur, & hoc est quod perficit uisum ad uidendum in generali,

non

Medium uisionis triplex.

§ Tunc nihil &c. Et certum illud quod uidetur per medium sine quo, sic in quo, uideatur mediate, & consequēter nō per essentiam (ut arguitur:) tamen quod uidetur per medium sub quo tantum uidetur immediate & per essentiam. Vide 1. par. q. 12. a. 2. & 5.

16m illatio cōclusionis. Ergo &c. & negatur filatio. §. Nam enim est simile de uidere res corporales facie ad faciem & uidere sic Deum, ut declaratur in tex.

APPENDIX.

Vtil. p. 8. Eccl. &c. EX articulo habes Primo: quomodo per rationem istius matris (Prat. Trinitarior.) dicitur, quod essentia diuina in se nec ab Angelo nec ab homine uidetur, nec uidebitur. Item quotuplex (Direct. inquis. 2. par. q. 4.) licentiam: animarum beatarum uisio, qua uidēdi naturam essentiā, ea est uisio intuitiua & facialis. Item Armenorum (Prat. Trinitarij.) dicentium beatos non uidere in cælo Deiessentiā: sed videre clare tantū quādam Dei essentiæ imaginariam uisionē beatificam. Item Armenorum (Prat. Augustinian.) dicentium: essentias non uideri ullo pacto in se, sed in suis creaturis. Item Algazeles (Direct. inquis. 2. par. q. 4.) discutiendas multiplices hominis in cognitione ultimæ intelligentiæ cōsistere. Per ultimam autem intelligentiā intelligit ultimū Angelum. Alioquin, si non intelligeret qd creatum: non esset error.

1 ¶Secundo habes quomodo per rationem vsitatis ea me nō damnati à 1. Cor. 13. Videbimus nunc per speculum &c. Item à Ioan. 3. & 1. Corin. 13. Item ab Exod. 33. & Ioan. 14. Quæ omnia sunt in text. Argumen. sed contrarium &c. ut

*Al. confūgibile.

*Al. cognoscibiles.

2 non determinans usum ad aliquod speciale obiectum, sicut se habet lumē corporale ad usum corporalem & lumen intellectus agentis ad intellectum possibilem, secundum, quod est medium. Secundum est medium, quo uidetur, & hæc est forma uisibilis, qua determinatur uterque uisus ad speciale obiectum, sicut per formam Lapidis ad cognoscendum lapidem. Tertium est medium, in quo uiderur, & hoc est id, per cuius inspectionem ducitur uisus in aliam rem, sicut inspiciendo speculum ducitur in ea, quæ in speculo spectantur, & uidendo imaginem ducitur in imaginatum, & sic etiam intellectus per cognitionem effectus, ducitur in causam, uel econuerso. In uisione igitur patriæ non erit tertium medium, ut scilicet Deus per species aliorū cognoscatur, sicut nunc cognoscitur, ratione cuius dicimur nunc uidere in speculo: nec erit ibi secundum medium, quia ipsa essentia diuina erit, qua intellectus noster uidebit Deum, sed erit ibi tantum primum medium, quod eleuabit intellectum nostrum ad hoc, quòd possit coniungi substantiæ increatæ modo prædicto, sed ab hoc medio non dicitur cognitio mediata, quia non cadit inter cognoscentem, & rem cognitam, sed est illud, quod dat cognoscenti ut in cognoscendi.

Ad sextumdecimum dicendum, quòd creaturæ corporales non dicuntur immediate uideri nisi quando id, quod est in eis cognoscibile, uisui coniungetur: nō sunt autem cognoscibiles per essentiam suam ratione materialitatis, & ideo tunc immediate uidentur, quando eorum similitudo intellectui coniungitur, sed Deus per essentiam suam coniungibilis est intellectui, unde non immediate uideretur, nisi essentia sua coniungeretur intellectui, & hæc uisio immediate dicitur uisio faciei. Et præterea similitudo rei corporalis recipitur in uisu secundum eandem rationem, qua est in re, sed non secundum modum essendi, & ideo similitudo illa ducit in illam rem directe, non autem potest hoc

A modo ducere aliqua similitudo intellectum nostrum in Deum, ut ex dictis* patet, & propter hoc non est simile.

ARTICVLVS II.

Verum sanctis post resurrectionem, Deum oculis corporalibus videbunt.

B AD SECVNDVM sic procedit. Videtur q̄ Sancti post resurrectionem Deum corporalibus oculis uidebunt. Oculus enim glorificatus maioriseritur uirtutis, quàm aliquis oculus non glorificatus: sed beatus Iob oculo suo Deum uidit, Iob trigesimo nono. Auditu auris audiuit te, nunc autem oculus meus uidet te, ergo multo fortius oculus glorificatus per essentiam Deum uidere poterit.

2 Præterea, Iob decimo nono. In carne mea uidebo Deum Saluatorem meum, ergo in patria Deus corporalibus oculis uidebitur.

3 Præterea, Augustī. 22.* de Ciuitate Dei, loquēs de uisu oculorum glorificatorum sic dicit. Vis præpollentior erit oculorū illorum, non ut* acrius uideant, quæ quidam perhibentur uidere serpentes uel aquilæ, quatalibet enim acrimonia cernendi eadem animalia urgeāt, nisi aliud, q̄ corpora possint uidere, sed ut uideāt incorporalia: quæcunque autem potentia cognoscitiua est incorporalium, potest elevari ad uidēdum Deum, ergo oculi gloriosi Deum uidere poterunt.

4 Præterea. Quæ est differentia corporalium ad incorporalia, eadem est econuerso: sed oculus incorporeus potest corporalia uidere, ergo oculus corporeus potest uidere incorporalia, & sic idem quod prius.

5 Præterea Gregorius in 6.* Moralium super illud Iob 4. Stetit quidam, cuius non cognoscebam uultum &c. sic dicit, Homo, qui sic præceptum seruare uoluisset, carne spiritualis futurus fuerat, factus est peccando etiam carnalis mente, sed ex hoc quòd est mente factus carnalis, ut ibidem dicit) solum ea cogitat, quæ ad animum per corporum imagines trahit, ergo et iam quando car

ne spi-

1. par. q. 12. a. 2. & 5.

¶ TER. O habes quomodo per ratione predicta scripturarum pro quanto intellectum humanum posse uidere Deum per essentiam insinuant & intelligas, & prædices, & tuearis.

* In hoc art.

Q. ratio uidet, quod modo ex primissimis Angelica doctrina hæc & declaretur & consolideturr.

QVÆST. XCII.

ART. II.

CONCL. 1.* In statu non pōt aliquid cerni nisi corporaliter.

* 157

¶ Exam. Ly corporaliter. idest uirtute super rem sensatam, non super speciem mediante qua fit sentiens. Species enim hæc est spiritualis, seu intentionalis ut supra dictū est, & secundum ¶ hilosophum 1. de Anima sed tamen omne quod sentitur corporale est.

¶ PROB. Quia sensus in quantum sensus autus organo corporali & quia modo quo est in eo per quid recipitur in alio quo est in eo per modum recipientis.

*Lib. 12. cap. 19. in no. mod. to. 3 *Al. acumodum recipientis. 1. ut.

¶ CONCL. 2.* Deus nullo modo potest uideri uisu corporali, aut aliquo alio sensu sentiri, sicut per se uisibile, neque hic, neque in patria.

¶ Examen. Ly per se uisibile. A simili intellige per se sensibile. Vult enim dicere conclusio: quòd Deus non potest, tanquam per se sensibile cōmune, sentiri, neque, tanquam per se sensibile proprium. Quid aūt sit sensibile per se commune, & sensibile per se proprium, uide in tex.

¶ PROB. Quia si Deus tanquam per se uisibile, posset uideri uisu corporali effect

*Lib. 5. c. 12. à m. illius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset color, item si tã quam per se sensibile cõmune posset sentiri sensu aliquo alio, esset magnitudo: & neutrum põt uerificari de Deo (patent omnia ex tex.)

¶CONCL. 1ª. Oculus gloriosus uidebit diuinam essentiam, sicut mibile per accidens.

¶Examen. Ly uisibile per accidens, est quod iungitur sensibili per se. Vt uidens hominẽ loquentes uidet per hoc ipsos uiuere. Adeo q; uisio illorum loquentium est sensibile per se dũ uidentur & ipsos uiuere est sensibile per accidens. Non.n. ita cadit sub sensu quemadmodum ipsa locutio.

*Lib.1.in Luc.11. de angeli ap patitione a medio. to.5.

¶PROB. Quia intellectus à patria uidebit Deum in creaturis corporaliter ut sit, & hoc proueniet ex parte duorũ: ut in tex.

1m illatio cõclusionis.

*Super il lud Isa.1. Vidi Do minũ sedentem.

Ergo mul to &c. & negatur illatio.s. Nam Iob loquitur ibi de oculo spirituali non corporali ex 10 reper. Augustin.

2m cõsequẽtia.

Ergo in patria &c. & negatur consequentia. s. Nã illa

*Eodẽ lo co nuncupato.

2 Præterea, Homo à solo Deo potest beatificari: beatificatur autem non solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus, ergo non solum intellectu, sed etiam carne Deum uidere poterit.

7 Præterea, Sicut Deus est præsens per suam essentiam in intellectu, b ita etiam erit præsens in sensu, quia erit omnia in omnibus, ut dicitur 1. Corinth. 15. sed uidebitur ab intellectu ex hoc, quòd sua essentia ei coniungetur, ergo poterit uideri etiam a sensu.

SED CONTRA, Ambro.* dicit super Lucam, Nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circumscribitur nisu, nec tactu tenetur, ergo nullo corporali sensu Deus uidebitur.

Præterea, Hieron. dicit: Non solum diuinitatem Patris, sed nec Filij, nec Spiritus sancti oculi carnis possunt aspicere, sed oculi mentis, de quibus dicitur: Beati mundo corde.

Præterea. Idem Hieronymus* dicit, Res incorporalis corporalibus oculis non uidetur, sed Deus est maxime incorporeus, ergo &c.

Præterea. Augustin' de uidendo Deum: Deum nemo uidit unquam, uel in hac uita, sicut ipse est, uel in angelorum uita, sicut uisibilia ista, quæ corporali uisione cernuntur: sed uita angelorum dicitur uita beata, in qua resurgentes uiuent, ergo &c.

*Augustepist.112. c.11.in fi. illius to 2

Præterea. Secundum hoc, homo dicitur factus ad imaginem Dei, quòd Deum conspicere potest, vt Aug. dicit, sed homo est ad imaginem Dei secũdum mentem, non secũdum carnem, ergo mente, & non carne Deum uidebit.

*Lib.14. de Trin.c. 4. parũ à princ.to. 3.

RESPONDEO, Dicendum, quòd sensu corporali aliquid sentitur dupliciter. Vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem sentitur illud, quod per se passionem sensui corporali inferre potest: per se autem potest aliquid passionem inferre aut sensui, inquantum est sensus, aut huic sensui, inquantum est hic sensus: quod autem secũdo modo infert per se passionẽ sensui, dicitur sensibile proprium, sicut color respectu uisus, & sonus respectu auditus: quia autem sensus inquantum est sensus, utitur organo corporali, * non potest in eo aliquid recipi nisi corporaliter: * cũ omne illud, quod recipitur in aliquo sit in eo per modum recipientis, & ideo omnia sensibilia inferunt passionem sensibus, inquantum est sensus, secundũ quòd habent magnitudinem, & ideo magnitudo, & omnia consequentia, ut motus, quies, & numerus, & huiusmodi dicuntur sensibilia communia per se tantum. Per accidens tamen sentitur illud, quod non infert passionem sensui, neque inquantum est sensus, neque inquãtum est hic sensus, sed coniungitur his, quæ per se sensui inferunt passionẽ, sicut Socrates, & filius Darij, & amicus, & alia huiusmodi quæ per se cognoscuntur in uniuersali intellectu, in particulari autem uirtute cogitatiua in homine, æstimatiua autem in alijs animalibus. Huiusmodi autem tunc sensus exterior dicitur sentire, quamuis per accidens; quando ex eo, quod per se sentitur, uis apprehensiua, cuius est illud cognitum per se cognoscere, statim, & sine dubitatione & discursu apprehendit, sicut uidemus aliquem uiuere ex hoc, quòd loquitur: quando autem aliter se habet, non dicitur illud sensus uidere etiam per accidens. Dico ergo, quòd p Deus nullo modo potest uideri uisu corporali, aut aliquo alio sentiri sensu, sicut per se uisibile, nec hic nec in patria. q quia si à sensu removeatur id, quod conuenit sensui, inquantum est sensus, non erit sensus. Et similiter si à uisu removeatur illud, quod est uisus, inquantum est uisus, non erit uisus. Cum ergo sensus inquantum est sensus, percipiat magnitudinem, & uisus inquantum est talis sensus, percipiat colorem, impossibile est quod uisus percipiat aliquid, quod nõ est color, nec magnitudo; nisi sensus diceretur æquiuoce. Cum ergo uisus, & sensus sit futurus idem specie in corpore glorioso, non poterit esse, quòd diuinam essentiam uideat sicut uisibile per se. * Videbit autem eam sicut uisibile per accidens, i dum ex parte unius corporalis tantam gloriam Dei inspiciet in corporibus, & præcipue gloriosis, & maxime in corpore Christi, & ex parte alia intellectus tam clare eum uidebit, quòd in rebus corporalibus visis Deus percipietur, sicut in locutione percipitur uita: quamuis enim tunc intellectus noster non videat eum ex creaturis, tamen uidebit Deum in creaturis corporaliter uisis. Et hunc modum, quo Deus corporaliter posit videri, Augustinus ponit in fine de ciuitate Dei, ut patet eius verba intuenti: dicit enim sic. Valde credibile est sicnos visuros mundana corpora tunc cœli noui & terræ nouæ, vt Deum vbique præsentem, & vniuersa corporalia gubernantem clarissima perspicuitate videamus; non sicut nunc inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sed sicut homines mox vt aspicimus viuere non credimus, sed videmus.

*Ll. 22. de ciuit. Dei 19. declarãdo ad fin. c.27.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uerbum illud Iob, intelligitur de oculo spirituali, de quo dicit Apostolus Ephe. 1. Illuminatos habere oculos cordis nostri.

AD SECVNDVM Dicendum, q; illa authoritas non intelligitur, q; per oculos carnis Deum

illa authoritas Iob non intelligitur q; &c. ut in tex.

3m de maiori.

Augustinus in dicit. &. inquirẽdo non determinãdo. §. Tunc nihil &c. non de inquisitione.

Nam conclusio articuli est de neutrali determinationum.

¶Examẽ. Ly ut dicit Augustinus est Scitcet per eundem Augustinũ allegatũ i fine corp. Videretiam 1. part. q. 12. ar. 5.

4m maior.

Quæ est differentia corporalium ad incorporalia, eadẽ est è cõtrario. &. ferũa tamen diuersitate utrorumque in abstractione à materia. §. Tunc nihil contrà: ut patet in tex. Vide 1. part. q. 12. ar. 4.

*Ibid. nõ longe ante citata uerba.

*In corp. art.

5n de conclusione.

Etiã carnalia spiritualia uidere poterit. &. secundũ q; spiritualia corporaliter aliquo modo apprehẽdi possunt: non aliter. §. Tunc nihil &c. ut patet.

¶NOT. Corporaliter quodammodo apprehẽduntur spiritualia quando uidentur sicut uisibilia per accidens: de quo in & circa conclusionem tertiam.

6m minor.

Beatificatum autẽ nõ solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus &c. seruando ch modum beatificat omnibus istorũ cõuenientẽ: nõ alium. §. Tunc nihil &c. ut facile patet applicanti tex.

7md maiori.

Ita &. inquãtũ ens: nõ inq; ũ intelligibile. A. Tunc nihil &c. Nã Deus è q; sit præsens in omnibus in intellectu, nõ intelligitur nisi eum hoc ui præsentem ut intelligibile: & conseq; uenter quia non est præsens ut intelligibile alicui tertio ab intellectu, ió non potest intelligi neque à uisu corporali, neque ab alijs. Vide 1. par. q. 12. ar. 11 ad 4um.

APPENDIX. o

Vtil. q; S. Aug. &c.

EX articulo nato: Primo: quo per sonam intermissa tarum (Prat. Vadiani. Anthropomorphitæ.) dicentium: Deus, ut

1 hæresim Vadianorum Anthropomorphitarum

sumus uisuri, sed qa in carne existentes Deum uidebimus.

AD TERTIVM dicendum, q; Augustin. loquitur inquirendo in uerbis illis, & sub conditione, quod patet ex hoc, quod præmittur. * Lõge itaque alterius poterũtiæ erũt, si per eos uidebitur corporea illa natura, & postea subdit: Vis itaque &c. Postmodũ determinat, ut dictum est.

AD 4um dicendũ, q; omnis cognitio fit per aliqua abstractionẽ à materia, & ideo quanto forma corpo alis magis abstrahitur à materia, magis est principiũ cognitionis, & inde est, q; in materia existens, nullo modo est cognitionis principiũ. In sensu autẽ aliquo modo à materia separatur, & in intellectu nostro adhuc melius; & ideo oculus spiritualis à quo remouetur impedimentum cognitionis, pót uidere rem corporalem: non autẽ sequitur, q; oculus corporalis, in quo deficit uis cognitiua, secundum q; participat de materia, possit cognoscere perfecte cognoscibilia, quæ sunt incorporea.

AD 5um dicendum, q; quamuis mens facta carnalis nõ possit cogitare nisi accepta à sensibus, tñ ea cogitat immaterialiter: & similiter oportet, q; uisus illud, qd apprehendit, semper apprehendat corporaliter. Vnde non põt cognoscere illa, quæ corporaliter apprehendi non possunt.

AD 6um dicendũ, q; beatitudo est perfectio hominis, inquantũ est homo, & quia homo non habet q; sit homo ex corpore, sed magis ex anima: corpora autem sunt de essentia hominũ, inquantum sunt perfecta per animam; ideò beatitudo hominis non cõsistit principaliter nisi in animæ actu, & ex ea deriuatur ad corpus per quandam redundantiã, sicut patet ex his, quę dicta sunt. Quædam tamen beatitudo corporis nostri erit inquantũ Deũ uidebit in sensibilibus creaturis,

A hominis, habet mẽbra. Sic.n. Deus ut Deus haberet mẽbra quẽadmodũ homines, tunc esset corporeus: & consequeter diuina essentia corporalibus oculis uideri posset: cõtra qd directè militat articulus.

1 Secundò habes q̃ ista non fuit ostẽsa eã merito damnati ab Exod. 33. Nõ uidebit me hõ & uiuet. Hæc ibi. Videtur ergo, nõ uidebit me homo mera sensibus corporeis ut in præsenti uita facit hoc est, non uidebit me homo, nisi uel abstractus à corpore sensibus uel totaliter mortuus. Quã expositionẽ habes facilitèr ex Apostolo 2. Corinth. 12. dũ inquit, de se uidens diuinã essentiam in illo raptu ad 3m cœlũ q; utrũ in corpore uel extra corpus tũc fuerit nescit à &c. ut 1. par. q. 12. ar. 1. & q. 13. ar. 1. appẽ. item à &c. ut ibid. q. 14 ar. 4. & q. 20 ar. 2 appen. item à 1. Thom. 6. Qui solus habet immortalitatẽ, & lucẽ habitat inaccessibilẽ quã nemo hominũ uidit, sed nec uidere pót. Hæc ibi. Vbi loquitur de Deo. Quem locum pertractãs Euaristus papa & martir inquit. Eam lucẽ mare tibi lẽquã pr & filius inhabitat nullus; hoc mortali corpore cõstitutus pót aliquare nus contueri. Hæc ille in epist. 1ª. ad Episcopos Aphricanos. Cũ igitur oculus gloriosus sit idem specie, ut ait nunc se quitur iuxta Papam illũ q; nec tũc intueri poterit illam lucẽ lẽquã &c. ut supra q. 90. ar. 3. in 6ã decor. 24. q. 1. Quidam.

*Lib.1. c6. 7 10.2.

1 Tertiò habes: quomodo per rationem prædictã fetipturarum & patrum pro quanto dumtã essentiam ab oculis corporalibus, etiam glorificatis non potest uideri infinitam, & intelligat, & probet, & cuncta.

4

1 Quartò uides: quomodo ex 191 uice sim Augelica doctrina hæc, & declaretur, & confolidetur.

*Lib.1. c. 33. à med.

QVÆST. XCII.

ART. I.

CONCL. 1ª. Cognoscere hoc, uel erunt, uel fuerunt, dicitur notitia uisionis. 198

5 Certũ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Corollarium.* Ergo Deus sic videns dicit illa cognoscere notitia uisionis.

¶ PROB. Quia Deus cognoscit ea quasi præsentia ad similitudinem corporalis uisionis.

¶ Examen. Ly præsentia. Scilicet extra Nihil. hoc intelligeretur sic, tunc nō esset differentia à cognoscendo notitia uisionis, & notitia simplicis intelligentiæ, quæ cognoscit Deus nonnulla impleta intelligendo, cognoscit tanq; præsentia, est huiusmodi fini contenta in potētia essentiæ sequela, quā tota videt simul actu. Differentia uidetur esse in hoc, q; cognita per simplicem intelligentiam sunt præsentia Deo & in seipso & in ipsarū rerū natura. Absoluitur autē, quod ista producentur ab extrinseco, cognita ab eo per notitiā uisionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil &c. ut de se patet.

3m illatio cõclusionis. Ergo &c. Re. negatur illatio. §. Nã intellectus creatus non uidet diuinã essentiã, sed ſm modũ ipsius essentiæ, sed ſm modũ proprium, qui finitus est: vnde nõ oportet, ꝙ eius efficacia in cognoscendo ex uisione prædicta amplietur in infinitũ ad omnia cognoscẽda.

4m maior. Intellectus nõ impeditur ab intelligẽdo aliquid, ni si inquantũ id superat ipsum. Re. nihil id nõ continetur ut ratio cognoscibilis, intellectum. §. Tũc nihil &c. Nã ex hoc secundo nihil sequitur videlicet diuinam essentiam non cognoscant omnia in ipsa.

5m ďmaiori. Ad 5ũm. & aliud dicendũ, quemcunq; ab ũ. §. Tunc nihil &c. Nã cuiuslibet uidentis Deũ potentia est reducta ad ultimum actũ, cũ ultra te Deũ sit abscisũ ultimus finis.

6m ďminori. Sicut in speculo. 1. Re. uoluntarium non, inuoluntario. §. Tũc nihil &c. ut patet in tex.

Item de maiori. Speculum 2. Re. in quo uidentur res sub propria formis: non, in quo uidentur ꝙ propriã formã ipsius speculi. §. Tũc nihil &c. Nam Deus ipsius est speculũ hoc modo 2. ũm. Vide 2m responsum tex. ly uel dicendum quòd in speculo &c.

*Lib. 5. Cõfes. c. 4. in prin. to. 1.

7m cõclusio. Patet ex 3ã & 4ã. Rñsio 2ã.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ intellectus creatus nõ uidet diuinã essentiã ſm modũ ipsius essentiæ, sed ſm modũ proprium, qui finitus est: vnde nõ oportet, ꝙ eius efficacia in cognoscendo ex uisione prædicta amplietur in infinitũ ad omnia cognoscẽda.

Ad 4ũm dicendum, ꝙ defectus cognitionis nõ solũ procedit ex excessu cognoscibilis super intellectũ, sed et ex hoc, ꝙ intellectui non coniungitur id, quod est rõ cognoscibilis, sicut uisus non uidet lapidem quãdoque, ex hoc, ꝙ species lapidis nõ est ei cõiuncta: quãuis aũt intellectui uidentis Deũ coniungatur ipsa diuina essentia, quæ est omniũ ratio, nõ tñ coniungitur ei prout est omniũ ratio: sed secundũ ꝙ est ratio aliquorum, & tanto pluriũ, quanto quisque plenius diuinã essentiam intuetur.

Ad 5ũm dicendum, ꝙ quando potentia passiua est perfectibilis pluribus perfectionibus ordinatis, si perfecta sit ultima perfectione sua, non dicitur imperfecta, et si aliquę dispositiones prę cedentes ei desint. Omnis autem cognitio, qua intellectus creatus perficitur, ordinatur, sicut ad finem, ad Dei cognitionem: unde uidens Deum per essentiã, et si nihil aliud cognosceret, perfectum intellectum haberet; nec est perfectio ex hoc, quia aliquid aliud cũ ipso cognoscit, nisi quatenus ipsum plenius uidet. Vnde Aug.* in 5. Conf. Infœlix homo, qui scit omnia illa creata, te aũt nescit: beatus aũr, q te scit, et si illa nesciat. Qui uero te, & illa nouit, non ꝓpter illa beatior, sed propter te tantum beatus.

Ad 6ũm dicendũ, ꝙ speculũ illud est uoluntarium, & sicut ostendet se cui uult, ita in se ostẽdet, quæ uult, nec est simile de speculo materiali, in cuius potestate non est quòd uideatur, uel non uideatur. Vel dicendum, ꝙ in speculo materiali tam res q̃ speculum uidentur sub propria forma, quamuis speculum illud uideatur per formam à se acceptam: lapis uerò per propriam formã resultãtẽ in re alia: & ideo propter quã rõnem cognoscitur unum, & aliud. Sed in speculo increato vĩ aliquid per formã ipsius speculi, sicut effectus vĩ per similitudinẽ causæ, & eõtrario; & ideo nõ oportet ꝙ quicunq; uidet speculũ æternũ, uideat omnia, quæ in speculo resultant; nõ enim necesse est, ꝙ uidens cãm, uideat omnes effectus eius, nisi comprehendat causam.

Ad 7ũm dicendũ, quòd sanctorũ desiderio, quo omnia scire desiderant, implebitur solũ ex hoc, quòd Deum uidebunt, sicut desiderium eorum, quo oĩa bona habere cupiunt, complebitur, quòd Deũ habebũt. Sic ut enim Deus in hoc quòd habet perfectam bonitatem, sufficit affectui, & eo habito, omnia bona habentur quodammodo, ita eius uisio sufficit intellectui, Ioan. 14. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

Ad octauum dicendum, quòd ignorantia proprie accepta priuationem sonat, & sic pœna est: sic enim ignorantia est nescientia aliquorum, quæ scire debẽr, uel, quæ necesse est scire, nullius autem horum scientia sanctis deerit in patria: quandoque autem ignorantia communiter accipitur pro omni nescientia, & sic Angeli, & Sancti in patria quædam ignorabunt. Vnde Dionysius* dicit quòd angeli à nescientia purgantur, sic autẽ ignorantia non est pœnalitas, sed defectus quidam, nec est necesse ꝙ omnis talis defectus per gloriã auferatur, sic enim etiam posset dici, quòd defectus esset in Papa Lino, qui non peruenit ad gloriam Petri.

Ad nonum dicendum, quòd corpus nostrum conformabitur corpori Christi in gloria secundum similitudinem, non secundum æqualitatem, erit enim clarum sicut, & corpus Christi, sed non æqualiter. Et similiter anima nostra habebit gloriam ad similitudinem animæ Christi, sed non ad æqualitatem, & ita habebit scientiam sicut anima Christi, sed non tantam, ut scilicet sciat omnia sicut anima Christi.

Ad decimũ dicendũ, ꝙ quamuis essentia diuina sit ratio omniũ cognoscibilium, non tñ coniungetur cuilibet intellectui creato secundum quòd est ratio omnium: & ideo ratio non sequitur.

Ad undecimum dicendũ, quòd intellectus agẽs est forma ꝓportionata intellectui possibili sicut & potentia materiæ est proportionata potentiæ agentis naturalis, ut omne, qđ est in potẽtia passiua materiæ, & intellectus possibilis, sit in potentia actiua intellectus agentis, uel naturalis agentis; & ideo si intellectus agẽs fiat forma intellectus possibilis, oportet ꝙ intellectus possibilis cognoscat omnia, ad quæ se extẽdit uirtus intellectus agentis, diuina aũt essentia nõ est forma hoc modo nostro intellectui proportionata, & ideo non est simile.

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur quòd aureola non sit aliquod aliud præmiũ à præmio essentiali, quod aurea dicitur. Præmium enim essentiale est ipsa beatitudo: sed beatitudo secundum Boe.ª est status omniumᵇ bonorum congregatione perfectus, ergo præmium essentiale includit omne bonũ quod habetur in patria, & sic aureola includitur in aurea.

¶2 Præterea, Magis, & minus non diuersificant speciem, sed illi, qui seruant consilia, & præcepta, magis præmiãtur, quàm illi, qui seruant præcepta tantũ, hinc in aliquo præmium eorum videtur differre, nisi q̄ unum est altero maius, cũ aureola nominet præmium, quod debet operibus perfectionis, ergo uidet q̄ aureola non dicat aliquid distinctum ab aurea.

¶3 Præterea. Præmium respondet merito: sed radix totius meriti est charitas, cum ergo charitati respondeat aurea, videtur q̄ in patria non erit aliquod præmium ab aurea distinctum.

¶4 Præterea. Omnes homines assumuntur ad angelorum ordines ut dicit Greg.ª sed in angelis licet quędam data sint quibusdã excellenter, nihil ibi possidetur singulariter, oia enim in omnibus sunt, non quidẽ æqualiter, quia alia aliis sublimiꝰ possident, quæ tamẽ omnes habent, vt Gregorius dicit, h ergo in beatis non erit aliquod aliud præmium nisi omnium h commune, h ergo aureola non est præmiũ distinctũ ab aurea.

¶5 Præterea. Excellentiori merito excellens præmium debetur, si ergo aurea debetur operibus, quæ sunt in præcepto, aureola vero his, quæ sunt in cõsilio, aureola erit perfectior, quàm aurea, & ita non deberet diminutiue significari, & sic uidetur quòd aureola non sit præmium distinctum ab aurea.

SED CONTRA. Exod. 25. Facies alteram coronam aureolam, dicit Glos.ª Ad coronam pertinet cãticum nouum, quod virgines tantum coram sponso cantant, ex quo videtur, quòd aureola sit quædam corona non omnibus: sed quibusdam specialiter reddita, aurea autem omnibus beatis redditur, ergo aureola est aliud q̄ aurea.

Præterea. Pugnæ quam sequitur victoria, debetur corona, 2. Timoth. 2. Non coronabitur nisi, qui legitime certauerit, ergo ubi est specialis ratio certaminis, ibi debet esse corona specialis: sed in aliquibus operibus est specialis ratio certandi, ergo præalijs aliquam coronã habere debent, & hanc dicimus aureolam.

Præterea, Ecclesia militans descendit à triumphante, ut patet Apocalypsis 21. Vidi ciuitatem sanctam, &c. sed in Ecclesia militante specialia opera habẽtibus redduntur specialia ꝓmia, sicut uictoribus corona, curribus brauium, ergo similiter debet esse in Ecclesia triumphante.

RESPONDEO, Dicendum, quòd præmium essentiale hominꝭ, quod est eius beatitudo, consistit in perfecta coniunctione animæ ad Deum, inquantum eo perfecte fruitur, ut uiso & amato perfecte: ᵐ hoc autem præmiũ metaphoricè corona dr, uel aurea ᵐ, tum ex parte meriti, quod cum quadã pugna agitur. Militia enim est uita hominis super terram, Iob. 7. tum ex parte præmii per quod hõ efficitur quodammodo diuinitatis particeps, & per cõsequens regiæ potestatis, Apocalypsis 5. Fecisti nos Deo nostrum regnum, &c. Corona autem est proprium signum regiæ potestatis eadem ratione præ-

ª in ser. de circumstantijs. Verbi gratia. Beatus gaudens de virginitate seruata, utiuxta omnes debitas circunstantias cõsiderata, dicitur habere aureolam: quando autem gaudet de Deo uisopropter uirginitatem ex charitate seruatam, tunc dicitur habere auream. Ecce unum opus scilicet virginitas duo considerata in opere, scilicet charitas, & actus duo gaudia correspõdentia, scilicet gaudium de Deo, & gaudium de opere.

¶PROB. Quia operi, ut ex genere operis considerato, debetur præmiũ quoddam accidentale.

ª Cornelius. Sic ergo à diffinitione ad diffinitum probata sunt tertia & quarta conclusio. Autẽ enim diffinitio est esse præmium essentiale? & aureola est præmium accidentale.

CONCL.4ª. Aureola dicit aliquod auxe superadditũ. i. quoddam gaudiũ de operibus à se factis, quæ habent rationem uictoriæ excellentis.

¶NOT. Ista conclusio est tanquam epilogus & secunda, & quarta conclusionũ. Vltima uero patuit ex ly quæ habent rationem uictoriæ excellentis, ꝛc.

¶PROB. Quia ex dictis patet.

¶Corollarium. Ex præmissis ergo uirtualiter respondentibus ad rationes sumitur facilis ad eandem responsionem dicta. Aureola est aliud à præmio essentiali, quod aurea dicitur.

1m ex

*Gl. ordinaria ibi.

*Glos. ordinaris ibid.

1m ex Boetio. Omnium bonorum, &c. necessariorum ad perfectam operationẽ. s. Tunc nihil contra. Nam aureola nõ est bonum necessarij, sed ad bene esse pro

concl. p perfecta operatione beatitudinis: & ideo non minus, quòd præmium essentiale non includat illam; sed stat ab illa distinctum ut pars hic, & ex corp.

2m de minori. Nec in aliquo præmiũ eorum videtur differre nisi quòd unum est altero maius. &c. ita q̄ aureola sit semper aliquid minus superadditum, & aurea sit illud maius. ¶. Non enim gaudium de operibus quantumcunq; perfectis respectu cuiuscunq; diuini aureola potest esse æquale gaudio habito de Deo, quod uocatur aurea. Tuncnihil &c. ut patet.

3m de maiori. Merito. &. & secundum quòd ex charitate pendet,

concl. f & secundum quòd ex merito. s. Tunc nihil &c. licet enim charitas sit radix totius meriti: tamen non tollit quòd ipsum opus, quod radicatur in ex formaliori.

4m consequẽtia secunda. Ergo aureo'a &c. &. negatur consequẽtia. 5. Non est simile

concl. y in hoc de Angelis & hominibus propter rationem dictam in textu.

Item de confusione. Nisi omnium commune. &. 2. inquantum dicit gaudiũmon, inquantum dicit aureolam. 3. Tunc nihil &c. ut colligitur ex secundo responsiliter. ly tamen illud quod unus uidetur &c.

5m de

A dum meriti intensionem, sed secundum modum merendi, ut quamuis in uno sit æqualis limpiditas diuinę uisionis, in uno tamen dicetur aureola non in altero, inquantum respondet excellentiori merito secundum modum agendi. Sed hoc uidetur esse contra intentionem Glossæ* Exod. 25. si enim idem esset aurea, & aureola, non diceretur aureola aureæ superponi, & præsertim cum merito respondeat præmium, oportet quòd illi excellentiæ meriti, quæ est ex modo agendi, respondeat aliqua excellentia in prędo, & hanc excellentiam uocamus aureolam. Vnde oportet aureolam ab aurea differre.

*Glo. ordi. super illud Exod. 25. & super illam, alteram coronã aureolam,

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo includit omnia bona, quæ sunt necessaria ad perfectam hominis uitam, quæ consistit in perfecta hominis operatione: sed quædã possunt superaddi nõ quasi necessaria ad pfectam operationem, ut sine quibus esse non possit: sed quia his additis est beatitudo clarior. Vnde pertinent ad bene esse beatitudinis, & ad decentiam quandam ipsius, sicut, & fœlicitas politica ornatur nobilitate, & corporis pulchritudine, & huiusmodi, sine quibus tamen esse potest ut patet in pri. Ethic. & hoc modo se habet B aureola ad beatitudinem patriæ.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ille, qui seruat consilia & præcepta semper meretur magis, q̄ ille, qui seruat præcepta tm, sc̃m q̄ ratio meriti consideratur in operibus ex ipso genere operum, non autem semper secundum q̄ ratio meriti penfatur ex radice charitatis, cum quandoq; ex maiori charitate aliquis seruet præcepta tantum, q̄ aliquis ꝓcepta, & cõsiliata, & pluries accidit econtrario, quia probatio dilectionis exhibitio est operis, ut Gregorius dicit. Nõ ergo ipsum essẽtiale præmiũ magis intensum dicitur aureola: sed id, quod præmio essentiali superadditur indifferẽter, sine sit ma ius præmium essentiale habẽtis aureolam, sic e manus, siue æquale præmio essentiali non habentis.

* Homil. 30. in Euang. circa prin.

AD TERTIVM dicẽdum, q̄ charitas est principiũ merendi: sed actus noster est quasi instrumentum, quo meremur, ad effectum aũt consequendum nõ solum requiritur debita dispositio in primo mouẽte: sed etiam recta dispositio in instrumento: & ideo in effectu aliquid consequitur ex parte primi principii, quod est principale, & aliqd ex parte instrumenti, qđ est secũdarium. Vnde, & in ꝓmio aliquid est ex parte charitatis, scilicet aurea, & aliqd ex genere operationis, scilicet aureola.

AD QVARTVM dicendum, quòd angelis oẽs in eodem genere actus suam beatitudinem meruerũt, scilicet in hoc q̄ sunt conuersi ad Deum, & ideo nullum singulare prędmium inuenitur in uno, quod alius non habeat aliquo modo: homines autem diuersis generibus actuum beatitudinem habent, & iõ non est simile. Tamẽ illud, qđ unus uidetur specialiter habere inter homines, quodammodo oẽs communiter habent, inquantum, scilicet per charitatem perfectam unusquisque bonum alterius suũ reputat, non tm hoc gaudium, pro uno alteri congaudet, potest aureola nominari, quia non datur

Rõdeo 1°

Universidad de Deusto
Biblioteca

3m de consequentia. Operibus. &c. ex genere actus considerati: non, ex charitate. Tunc nihil &c. Nam siue consilia, siue præcepta simul vel seorsum feruentur, maior est excellentia meriti, quæ consurgit ex charitate quam illa, quæ &c. ut in tex.

APPENDIX.

Vtil. p. 5. Eccl. &c. EX articulo habet. Primo quo modo per rationem ostendas meritò infinuatum esse ab Apocal. 14. q. aureola differre ab aurea: & fic. Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra, qui cum mulieribus nõ sunt cõinquinati, virgines enim sunt. Hæc ibi. Vbi manifestã monstrat, quòd quidam sancti, puta virgines, habent quoddã præmium, quod alij cõmuniter non habẽt per ly nemo poterat dicere canticum, nisi &c. Illis autem omnibus qui in cœlo sũt communis est autrea idest gaudium contẽplationis de Deo. Vide ad hoc significandum dicitur Hier. 31. & recitatur Hebr. 8. Non docebit ultrà vir proximum suum, & vir fratrem suum dicens, cognosce dominum. Omnes enim cognoscẽt me à minimo eorũ usq; ad maximum, ait dominus. Hæc ibi. Quòd & Apocal. 21. sub nomine ciuitatis Hierusalem denotauit dicens, Ciuitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eã, & lucerna eius est agnus. Hæc ibi. Et psal. 86. Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Hæc ibi. Vbi de ciuitate Dei loquitur quantum ad aream sicut & Apocal. & Hieron. Per hoc ergo quòd aureola non est communis omnibus declaratur ad hunc ab Apocalyp. intentum supradictum.

in præmium victoriæ eius: sed magis respicit victoriam alienam: corona enim ipsis victoribus redditur, non victoriæ congaudentibus.

AD QVINTVM dicendum, q̃ maior est excellẽtia meriti, quæ cõsurgit ex charitate, quàm illa, q̃ cõsurgit ex genere actus, sicut finis, ad quem ordinatur charitas, est potior his, quæ sunt ad finem, circa quæ actus nostri consistunt. Vnde, & præmium respõdens merito ratione charitatis, quantumcunq; paruum, est maius quolibet præmio respondente actui ratione sui generis; & ideo aureola diminutiue dicitur respectu aureę.

ARTICVLVS II.

Verum aureola differat a fructu.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd aureola non differat à fructu. Eidem enim merito non debentur diuersa præmia: sed eidem merito respondet aureola, & fructus centesimus, scilicet virginitatis, vt patet in Gl.* Matth. 13. ergo aureola est idem, quod fructus.

Tho. 4. d. 49. q. 5. ar. 2. q. 1. & seq.

*Gl. ord. ibid.

2 Præterea Augustin. † dicit in libro de Virginitate. Quòd cẽtesimus fructus debetur martyri, & idem debetur virgini, ergo fructus est quoddam præmiũ commune virginibus, & martyribus: sed eisdem etiam debetur aureola, ergo aureola est idem quod fructus.

† Cap. 45. nom. 6.

3 Præterea, In beatitudine non inuenitur nisi duplex præmium, scilicet essentiale, & accidentale, q̃d essentiali superadditur sed præmium essentiali superadditum, dicitur aureola, quod patet ex hoc q̃ Exodi. 25. aureola corona aureæ superponi dicitur: sed fructus nõ est præmium essẽtiale, quia sic deberetur omnibus Beatis, ergo est idem, quod aureola.

SED CONTRA, Quæcumque non sunt eiusdem diuisionis, non sunt eiusdem rationis: sed fructus & aureola non similiter diuiduntur, quia aureola diuiditur in aureolam virginum, martyrum, & doctorum, fructus autem in fructum coniugatorum, viduarum, & virginum, ergo fructus, & aureola non sunt idem.

Præterea. Si fructus, & aureola essent idem, cuicumq; deberetur fructus, deberetur & aureola, hoc autem patet esse falsum, quia fructus debetur uiduitati, non autem aureola, ergo, &c.

RESPONDEO, Dicendum, quòd ea, quę Metaphorice dicuntur, possunt uariè accipi secundum adaptationes ad diuersas proprietates eius, unde fit transumptio. Cum autẽ fructus proprie in rebus corporalibus dicat de terræ nascentibus [m] secundum diuersas conditiones, quæ in fructibus corporalib. inueniri possunt, diuersimode fructus spiritualiter accipitur [n]. Fructus enim corporalis dulcedinẽ habet, qua reficit secundum, q̃ in usum hominis uenit. Est etiã ultimum, ad quod operatio naturæ peruenit, est etiã id, quod ex agricultura expectatur per seminationem, uel quoscumque alios modos. [o] Quandoque igitur fructus spiritualiter accipit pro eo, quod reficit quasi ultimus finis [p], & secundum hanc significationem dicimur Deo frui perfectè in patria, imperfectè autem in uia, & ex hac significatione accipitur fruitio, q̃ est dos, sic autem nunc de fructibus non loquimur. [q] Quandoq; autem sumitur fructus spiritualiter pro eo, q̃ reficit tantum, quamuis non sit ultimus finis [r], & sic uirtutes fructus dicuntur, inquãtum mentem syncera dulcedine reficiunt, ut Ambr.* dicit, & sic accipitur fructus Gala. 5. Fructus aũt spiritus, gaudium, &c. sic autem de fructibus nunc etiam non q̃ritur. Potest autem alio modo sumi fructus spiritualis ad similitudinẽ corporalis, inquãtum corporalis fructus est quoddam commodum, quod ex labore agriculturæ expectatur, ut sic dicatur illud præmium, quod homo consequitur ex labore, quo in hac uita laborat, & sic omne præmium, quod in futuro habebitur ex nostris laboribus, fructus dicitur, & sic accipitur fructus Romanorum sexto. Habetis fructũ uestrum in sanctificationem, finem uero uitam æternam: sic etiam nunc nos de fructu nõ agimus: sed agimus de fructu secundum quod ex semine consurgit. Sic ẽ. de fructu Dñus loquitur Matth. 13. vbi

[m] Item ab Exod. 25. Facies alteram coronã, aureolam super illã coronam. Hæc ibi. Ecce ad literam duæ coronæ, quarum dicitur absolutè coronam altera verò cum diminutione vocatur aureola. Immo ad tollendum omne dubium plantori sensu præd. erat facies coronam auream q̃ circuitum. Hæc ibi. Sciunt verò catholici, et omnes ex Apostolo, quòd illa, quæ in veteri testamẽto fiebant, omnia contingebant illis in figura.

[n] Secundò habet, quomodo per rationem prædicta sit figurarem pro quanto quòd diximus in finem, & intelligas, & tueris. cauel. 2

[o] Terciò vides: quo-modo ex ijs mutuis Angelica doctrina hæc & declaretur & cõfoliderur. 3

QVÆST. XCVI.

ART. II.

CONCL. 1ª. Secundum diuersas conditiones quæ in fructibus corporalibus inueniri possũt, diuersimode fructus spiritualis accipitur. 411

[p] PROB. Quia fructus metaphoricè dicitur de rebus spiritualibus (cum proprie dicatur de corporalibus) & illa, quæ metaphoricè dicuntur possunt uariè accipi secundũ adaptationes ad diuersas proprietates eius: unde fit transumptio. cauel. 1

CONCL.

*In lib. de paradiso. c. 13. 10.

[q] CONCL. 2ª. Fructus spiritualiter accipitur quandoque pro eo quod reficit quasi ultimus finis.

[r] PROB. Quia fructus corporalis & reficit ratione dulcedinis sui, & est ultimum quod ratione operationis naturæ (patent omnia per experientiam.)

[s] CONCL. 3ª. Fructus accipitur spiritualiter quandoque pro eo quod reficit tantum quamuis nõ sit ultimus finis.

[t] PROB. 1. Quia Apostolus Galat. 5. hoc docet (cùm dicat fructus spiritus est charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continẽtia, castitas 2. Quia (ly quæ &c.) prædicta nõ sũt ultimæ finis, ut patet.

[u] NOT. Propter secundam & tertiam conclusionem dicito tu, quòd non est idẽ sensus uerborum, licet utraque locutio sit uera, cùm dicitur à Theologis communiter quòd finis ultimus quæritur propter se, & quòd etiã uirtutes propter se quærantur. Nam ly propter se, potest dicere tantum delectabilitatem quandam spiritualem, & sic uirtutes & etiam scientiæ speculatiuæ quærũtur propter se secũdũ laudabilem dulcedinem habeant: potest etiam ly propter se, accipi ut simul cum delectabilitate spiritus dicit ultimũ qd, in qd appetitus fertur; & sic neque uirtutes, neque scientiæ speculatiuæ, sed solummodo Deus, est propter se quærendus. Fruitio igitur potest esse de utrisque, tanq̃ de fructibus, scilicet de Deo & de uirtutibus: sed de uirtutibus secundum quid, de Deo autem simpliciter; quoniam de delectabilitas in uirtutibus reperta ordinatur ad Deum tanquam ultimum delectabile ad nihil aliud ordinatum. Propter se multa q̃runtur. cauel. 3

[x] CONCL. 4ª. Omne præmiũ, quod in futuro habebitur ex nostris laboribus, dicitur fructus.

[y] PROB. 1. Quia fructus corporalis unde sumitur transumptio est commodum quoddam, quod ex labore agriculturæ homo expectat atque cõsequitur. 2. Quia Roman. 6 patet, per hoc, q̃ ibi huiusmodi præmium donatur fructus.

[z] CONCL. 5ª. Fructus uerbi Dei differt ab aurea, & ab aureola.

[a] Exam. 6. Ly fructus uerbi. Hic similiter fructus secundũ q̃ ex semine nascitur & corporaliter & spiritualiter ita q̃ corporaliter cõsideratur est, unde fit transumptio: spiritualiter aũt accipitur fructus de quo loquitur conclusio.

[b] Ly differt. Scilicet realiter, non ratione tantum. Vt ostenditur ex corp fin.

[c] PROB. Quia aurea consistit in gaudio, quod habetur de Deo: aureola aũt in gaudio de operum perfectione, fructus uerò in gaudio de dispositione operantis secundũ gradũ spiritualitatis habitum ex semine uerbi Dei.

1m ꝺ̃ maiori. Eidem merito. &. cõsiderato secũdũ idẽ: non, secundũ diuersa. &. Tunc nihil contra. Nã secũdũ diuersa eidem merito debentur aureola & fructus ut patet in tex. sub exemplo uirginitatis.

2m ex Augustino. Fructus &. large accepimus, proprie &. secundũ q̃. Sunt nulo quimur. Tunc nihil &c. ut de se patet.

[d] NOT. Fructualiter sumptus hic ab Augustino est fructus acceptus in sensu 4æ conclusionis: proprieuerò est fructus ut sumitur in sensu 1æ.

3m illatio cõclusionis. Ergo &c. &. negatur illatio. &. Dicitur. n. q̃, licet fructus præmiũ nõ essentiale sit, sed accidentale nõ in est aureola. Nam quãuis, aureola sit quoddã accidentale præmiũ &c. ut in tex. "Glo. ciuitata arg.

[e] NOT. Hinc sumito diffinitionem fructus & aureolæ: quamuis & habeatur ex supra.

APPENDIX. Vtil. p. 5. Eccl. &c.

EX articulo habes: Primò quo pertinẽm ostendas, meritò insinuatum Matth. 13. q. fructus differre ab aureola: & fic. Alia cecidérũt in terrã bonã, & dabant fructũ, aliud centesimũ, aliud sexagesimũ, aliud trigesimũ. Hæc ibi. Vbi per ly alia intelligit semina uerbi Dei. Per hoc ergo q̃ tripliciter fructum ex illis producti designat, & aureola non omnibus istis illis conuenit secũdũ Doctores sanctos, ideo dicit, q̃ fructus differt ab aureola. Præterea distinctio capitis do secũdũ q̃ fructus trigesimus est cõiugatorũ, & sexagesimus uiduarum, & centesimus uirginum ar. 4. & aureola non conuenit coniugatis ut sic, neque uiduis ut sic, sed uirginibus, martiribus, & doctoribus ar. 5. & 7. [f] Secũdo habet: quo pertinẽm prædicta scripturarũ, pquanto quòd dicimus in finem, & intelligas, & tueris. [g] Tertio videsquomodo ex ijs mutuis Angelica doctrina hæc & declaretur, & confoliderur. 2 3

QVÆST.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO. XCVI.
ART. III.

CONCL.1ª. Continentiæ magis respondet fructus, quam alij uirtutes.

¶Examen. Ly magis. Hoc denotat, q̃ fructus respondet et aliarum uirtutum, sed nõ ũc perfecte & p̃prie, ut ex probatione et patebit per ly p̃cipuũ.

¶Ly fructus. Scilicet ut in 1ª. concluſ. art. 1.

¶PROB. Quia illi uirtuti p̃cipuè fructus respondet, quæ hominem p̃cipuè à subiectione carnis liberat; cũ fructus contingat hominem in spiritualitatem quandã, ex ar. 2. circa quintã (concluſ.) & continentia p̃cipuè à subiectione carnis liberat, (ut patet aboppositis per Hieronymũ & philosophum.

*Clo. ord. ibid.

*Corollarium. Virtutes ergo illæ, quæ à subiectione carnis liberat p̃cipuè, merito uocatæ sunt continentia quaſi intrãs hominẽ in suo esse. Nã ille homo in actu perfecto dicitur esse secundũ rõem, cuius rationi subditur illa. Vnde uirtus, quæ maximè impedimenta remouet, quæ distrahunt à uiuendo secundũ rõnem iure dicitur tenere hominem in sua ipsius dignitate.

Continentiæ nomẽ unde.

¶NOT. pro meliori captu tex. corp. principaliter sciendũ: q̃ fructus ut sumitur hic attenditur iuxta similitudinẽ procedentis ex semine. Vnde sicut fructus p̃cedit ex semine tũc uocatur charnis & bonus quando nam ex semente cõformat; ita fructus hic tunc dicitur nere fructus quando semini ex quo spiritualiter procedit conformis est. Semen autem spirituale, unde procedit, est uerbũ Dei ex Matth. 13. quod spiritualiter sonat, & consequenter remotionẽ ab operibus carnis. Fructus igit. huius merito dicitur ille, q̃ purificat spiritus, importat & elongat aliud ut unionem à carne. Vnde sicut de non meritorio fit aliud, & meritoria dicitur p̃cipuè respondere fructui huic, tanquam uirtus actui proportionaliter sibi conformi.

Fructus & bonus & conueniens.

ARTICVLVS III.

Vtrum fructus debeatur soli uirtuti continentiæ.

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur quòd fructus non debeatur soli uirtuti continentiæ. Quia 1. Corinth. decimoquinto, super illud, Alia claritas Solis, &c. dicit Gloſſ.* quòd claritati Solis illorum dignitas comparatur, quæ centesimum fructum habent: Lunari autem quæ sexagesimum, stellæ uero, quæ tricesimum: sed illa diuersitas claritatum, secundum intentionem Apostoli pertinet ad quamcunque beatitudinis differentiam, b ergo diuersi fructus non debent respondere soli continentiæ.

2 Præterea, b Fructus à fruitione dicuntur: sed fruitio pertinet ad præmiũ essentiale, quod omnibus uirtutibus respondet, ergo, &c.

3 Præterea, Fructus b labori debetur. Sapien. 4. Honorum laborum gloriosus est fructus: sed maior est labor in fortitudine q̃ in temperantia, uel continentia, ergo fructus non respondet soli continentiæ.

4 Præterea, b Difficilius est modum non excedere in cibis, qui sunt necessarij ad uitam, q̃ in uenereis, sine quibus uita conseruari potest, & sic maior est labor parsimoniæ, quàm continentiæ, ergo parsimoniæ magis respondet fructus, quàm continentiæ.

5 Præterea, b Fructus refectio nem importat: refectio autem præcipue est in fine, cum ergo uirtutes Theologicæ finem habeant pro obiecto, scilicet ipsum Deum, uidetur q̃ eis fructus maximè debeat respondere.

*Gl. ord. sup. illud

SED CONTRA est quod habetur in Glo.* Matth. 13. quæ fructus assignat uirginitati, uiduitati, & continentiæ coniugali, quę sunt continentiæ partes.

RESPONDEO, Dicendum, q̃ fructus est quoddam præmium quod debetur homini ex hoc q̃ à carnali uita in spiritualem transit, & ideo illi uirtuti præcipue fructus respondet, quæ hominẽ præcipue à subiectione carnis liberat, hoc autem facit continentia, quia per delectationes Venereas anima præcipue carni subdi tur, adeo ut in actu carnali secũdum Hierony.* nec spiritus prophetiæ corde tangat prophetarum; nec in illa delectatione est possibile aliquid intelligere, ut Philosophus dicit septimo Ethicor. Et ideo m continentiæ magis respondet fructus, quàm alij uirtuti.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Gloſ. illa accipit fructus large secundum quod quælibet remuneratio fructus nominatur.

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ fruitio non sumitur à fructu secundum illam similitudinem, qua nunc de fructu loquimur, ut patet ex dictis.

AD TERTIVM dicendum, q̃ fructus, secundum quod nunc loquimur non respondet labori ratione fatigationis: sed secundũ quòd per laborem semina fructificant. Vnde, & ipsæ segetes, labores dicuntur inquantum propter eas laboratur, uel labore ac quirruntur. Similitudo autem fructus secundum q̃ oritur ex semine, magis aptatur continentiæ, q̃ fortitudini, quia p passiones fortitudinis homo non subditur carni, sicut per passiones circa quas est continentia.

AD QVARTVM dicendum, q̃ quamuis delectationes, quæ sunt in cibis, sint magis necessariæ illis, quæ sunt in uenereis; nõ tamen sunt ita uehementes, unde per eas anima non ita subditur carni.

Fructus & fruitio unde dicitur.

*conc. m

*In epist. ad Gerontiam de monogamia c. 1.

*Li. 7. Ethic. ca. 11. circa fi. to 5.

1m illatio conclusionis. Ergo &c. ℟. negatur illatio. ¶. loquẽdo de fructu secundum quod sequimur nunc. Nam antecedens & per consequens illatio, loquuntur de fructu in alio sensu à pro Posito: uidelicet sumendo fructum in sensu concln 4ª.

2m d maiori. Fructus ℟. secundũ q̃ refertur quasi ultimus finis: consideratũ q̃ accipitur hic. 5. Tunc nihil cõtra ut patet.

¶NOT. Argumentũ in maiori dicit, q̃ fructus à fruitione dicuntur, & responsum dicit q̃ fruitio sumitur à fructu. Habetur ergo ex utroq; simul & q̃ fructus dicitur à fruitione, & q̃ fruitio dicitur à fructu. Hoc aũt nerũ est iuxta diuersas cõsiderationes; q̃h secundũ considerationẽ causæ fruitio dicitur à fructu eo q̃ fructus est causa fruitionis, e.g. ille fructus. Nisi n. esset fructus quo ille frueretur, nõ daretur fruitio: q̃li nihil posset operari sine obiecto suo, quod obiectũ, in proposito, est fructus. Quòd si loquamur ab effectu tendendo in causam, dicemus, q̃ fructus dr à fruitione. Veniamus enim in cognitionẽ q̃alicuius repetiatur fructus ex eo q̃ uidemus aliquem frui, idest delectari ibi. Vnde & dicimus, ille delectatur, seu fruitur manendo in tali loco: ergo in eodẽ loco est fructus eius. Cæterum: hæc notata sint ad propositũ fructus sumpti ut in secunda cõclu. ar. 2. non ut hic.

3m d maiori. Labor ℟. secundũ q̃ per laborem semina fructificantibus; secundũ q̃ per laborem aliquis fatigatur. 5. Tunc nihil &c. ut patet in tex. ly simili modo adũt fructus secundum quòd oritur &c.

4m de antecedente. Difficilius est &c. ℟. rationem necessitatis magis contingere, non tamen uehementissimi impulsus. 5. Tunc nihil &c. Nam anima nõ ita efficitur subdita carni ex necessitate ciborum, sicut ex uehementissimo impulsu uenereorum.

5m d maiori. Fructus ℟. ut sumitur in sensu conclu. secundũ art. 1. nõ, ut sumitur hic §. hoc est, in sensu conclusionis 1ª. ar. 2. Tunc nihil &c. ut patet.

*In præsenti art corp.

APPENDIX.

1 Vsil. p. 5. Eccle. &c.

EX articulo hactenus. Primo: quo modo per rationem ostendatur meritò instituarum à Matth. 15. quòd fructus debetur soli uirtuti continentiæ &c. Alia cecidersit in terram bonam &c. ut ar. 1. appen. Vbi glosse fructum centesimũ assignat uirginitati, sexagesimum uiduitati, tricesimum inmaculato thoro coniugali. Hæc autem tria scilicet uirginitas, uiduitas, & immaculatum coniugii sunt partes continentiæ, ut patet. 2. 2. q. 151. ar. 2. & q. 155. ar. 1. Per hoc igitur q̃ hic tribus fructum illum tripliciter assignando monstrat quod conuenienter fructus respondet continentiæ.

2 ¶Secundò habetur quomodo per rationẽ prædicta scripturarum pro quanto quod diximus insinuant, & intelligas, proiter, & uerus.

3 ¶Tertiò uides, quo ex ij uiciosissim Angelica doctrina hæc, & declaretur, & confutabitur.

QVÆST. XCVI.
ART. IIII.

CONCL. 1ª. Secundum diuersum modum spiritualitatis, quam continentia facit, diuersi fructus distinguuntur.

¶PROB. Quia patere supponitur ex hoc q̃ per continentiam homo in quandam spiritualitatem adducitur carnalitate abiecta.

¶CONCL. 2ª. Secundum hos continentiam coniugalem datur fructus trigesimus, uidualem sexagesimus, uirginalem centesimus.

¶PROB. Quia patet. 1. & ex ratione Bedæ (ut declaratur in argumento 3.) lib. 1. con. 2. & ex conclusionũ tra louinianum sequentium probationibus.

*Hieron. in argumento 3. lib. 1. con. Iouin.

non pro-

¶CONCL. 3ª. Continentia primo uenienter tricenarius numerus coniugatis assignatur.

¶PROB. Quia tricenarius numerus habet in se perfectionem quantum omnibus communem, (scilicet principij, medij, ac finis,) & coniugatis una additur aliqua perfectio, nisi communis.

¶Examen. Ly nisi communis. Hoc est, obseruare decalogũ &c. in proposito, non accedere ad nõ suũ.

¶CONCL. 4ª. Sexagenarius numerus conuenienter uiduæ tan respondet.

¶PROB. Quia sexagenarius habet perfectionem ex omnibus partibus suis & in uiduitate est perfecta abstractio à delectationibus carni, quantum ad omnes circumstantias, (ut declaratur in tex.)

¶Examen. Ly delectationibus. Scilicet futuris. Loquitur ut formaliter de uiduitate: non, materialiter. Quòd enim illa uiduitas pro tempore præterito coniugij, non abstinuerit ab omnibus delectationibus carnis, hoc fuit quia erat continua, non quia uidua.

*conc. m

¶CONCL. 5ª. Centenarius numerus conuenienter respondet uirginitati.

¶PROB. 1. Quia centenarius est limes numerorum, & nirg ni ras est limes spiritualitatis (ut patet in tex. 2.) Quia centenarius numerus inquantum habet perfectionem ex figura quadrata, habet omnia latera æqualia, & uirginitas æqualiter incorruptionem habet in omni tempore.

¶Examen. Ly quia ad eam nihil de spiritualitate additi potest. Hoc intelligitur de spiritualitate continentia ad continentiam, non absoluta. Licet enim uirgo possit

Loco citato in argu. to. 4.

AD QVINTVM dicendum, quòd fructus non sumitur hic, secundum quòd sentit dicitur, qui reficitur in fine: sed alio modo, & ideo ratio non sequitur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter assignentur tres fructus tribus continentia partibus.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur quòd inconuenienter assignentur tres fructus, tribus continentiæ partibus. Quia Gal. 5. ponuntur duodecim b fructus, gaudium, pax, &c. & ideo uidetur q̃ nõ debeãt poni tres tantum.

2 Præterea, Fructus nominat aliquod præmium b speciale: sed præmium, b quòd assignatur uirginibus, uiduis, & coniugatis, non est speciale, quia omnes saluandi cõtentur sub aliquo horum trium, cum nullus saluetur qui continentia careat, & continentia per has tres sufficienter diuidatur, ergo inconuenienter tribus prædictis tres fructus assignantur.

3 Præterea. Sicut uiduitas excedit continentiam coniugalẽ, b ita uirginitas uiduitatem: sed nõ similiter excedit sexagenarius tricenarium, & centenarius sexagenarium, neque secundũ Arithmeticam proportionem, quia sexagenarius excedit tricenarium in 30. & centenarius sexagenarium in 40. Neque etiam secundum proportionalitatem Geometricam, quia sexagenarius se habet in dupla proportione ad tricenarium, centenarius uerò ad sexagenarium in superabundantia, quia continet totum, & duas tertias eius, b ergo inconuenienter aptantur fructus tribus continentiæ gradibus.

4 Præterea, Ea, quæ in Sacra scriptura dicuntur, perpetuitatẽ habent: Lucæ 21. Cælum, & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt: sed ea, quæ ex institutione hominum sunt facta, quotidie possunt mutari, ergo ex his, quæ ex b institutione hominum sunt, non est accipienda ratio eorum, quæ in scriptura dicuntur; & sic uidetur, quòd inconueniens sit ratio, quam* Beda assignat de illis fructibus dicens, quòd fructus tricesimus debetur coniugatis, quia in repræsentatione, quæ fit in abaco 30. significatur per contactum pollicis, & indicis secundum suã summitatem: unde ibi quodammodo osculantur se, & sic tricenarius numerus significat coniugatorum oscula. Sexagenarius uero numerus significatur per tactum indicis super medium articulum pollicis, & sic per hoc q̃ index iacet super pollicẽ opprimens ipsum, significat oppressionem quam uidnæ patiuntur in mundo. Cum autem numerando, ad centenarium peruenimus, ad dexteram à leua trãsimus, unde per centenarium uirginitas designatur, quæ habet proportionem angelicæ dignitatis, quæ sunt in dextra, scilicet in gloria, nos autem in finistra propter imperfectionem præsentis uitæ.

*Beda

RESPONDEO, Dicendum, quòd per continentiam, cui fructus respondet, homo in quandam spiritualitatem adducitur, carnalitate abiecta. Et ideo, m secundum diuersum modum spiritualitatis, quam continentia facit, diuersi fructus distinguũtur. n Est autem quædam spiritualitas necessaria, & quædam superabũdans. Necessaria est in hoc, q̃ re ctitudo spiritus ex delectatione carnis non peruertatur, quod fit cũ aliquis per rectũ ordinẽ rõnis utitur delectationibus carnis, & hæc est spiritualitas coniugatorum. Spiritualitas uero superabundans, est per quam homo ab huiusmodi delectationibus carnis spiritum suffocantibus omnino se abstrahit. Sed hoc contingit dupliciter. Vel respectu cuiusliber temporis præteriti, præsentis, & futuri, & hæc est spiritualitas uirginum. Vel secundũ aliquod tempus, & hæc est spiritualitas uiduarum. Seruantibus ergo continentiam coniugalem datur fructus trigesimus, uidualem centesimus, ratione illa quam Beda assignat: quamuis possit & alia ratio assignari ex ipsa natura numerorum: tricesimus enim ordinatur ad centesimum.

*conc. m

Fructus & fruitio unde dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit habere aliquid perfectius quàm sit uirginitas, & similiter ali F qua alia persona possit superare uirginem in maiori perfectione quàm sit uirginitas: tamen nec ipsa uirgo, nec aliquis alia persona potest habere aliquid perfectius in genere continentiæ quàm sit uirginitas.

1m ex antecedente. Fructus. R. sumptus ut in 3a. conclu. ar. 2. nō, illo modo quo loquimur nunc. S. hoc est, ut in conclu. 3æ ar. 2. Tunc nihil &c.

*Lib. 1. cō. 2. ly. 2.

2m maior. Fructus, nominatali quod præmiū specia le. 1. R. negatur ista. S. intelligendo per ly speciale, id quod aliquibus tantum conuenit: & ly nominat, restringendo ad necessitatem. Aci di cat. Fructus nominat necessariō aliquod præmium aliquibus, non autem omnibus, cōuenies.

cunct. s

nouel. x

Ratio uerō negationis huius maioris est, quia nihil cogit ad ponendum fructum esse præmium, non omnibus saluandis &c. ut in tex. Tūc nihil &c. ut patet.

¶ Examen. ly nihil cogit ad ponendum &c. Hoc est quòd ne cesse sit ponere fructū, esse aliquod speciale præmium. i. alī quibus tantum conueniens; nulla ratio ad hoc necessitat. Ex hoc tamen non negatur (ut patet:) q fructus quandoque possit esse aliqd speciale. Aliud enim est ponere aliquid esse: aliud est necessitati ad ponendū illud esse. Vnde & hic prima responsio manifestat, quod non necessitamur ad ponendum, fructū esse aliquod speciale, & tamen in responsione sequenti ostenditur, q fructus sit esse ali quod speciale i. non omnibus conuenies.

nouel. 7

Item minor. Præmium, quod assignatur uirginibus, uiduis, & coniugatis non est speciale. R. negatur ista 3. Potest enim fructus non conuenire omnibus saluandis: ut patet in tex. responso secundo: potest tamen dici, quod etc. Ex quo patet, quòd illud, quod pro probatione huius minoris argumenti adducebatur negatur, videlicet q omnes saluandi conuenantur sub aliquo horum trium, et quòd nullus saluetur, qui continentia careat. Tunc nihil etc. ut patet.

¶ NOT. Fructus dicit præmium accidentale datum continen tibus. ar. 3. Ratione, qua accidentale, non sibi uendicat, q sit præmium speciale qđ omnibus commune est aliquod præmium accidentale, puta gaudium de operibus illis sine quibus non est salus: & in hoc sensu adaptari, ultra prædicta, potest responsum primum. Ratione, qua datur continentibus, habentq sit speciale: ut in textu 2. responsū, quòd in tali sensu ad argumentū potest etiam adaptari, patet.

3m illatio cōclusionis. Ergo etc. 1. R. negatur illatio 2. Nam distinctio fructū magis accipitur secundum etc. ut in tex.

Item de maiori. ta 2. R. quā sum ad esse sum uiduitatis supra cōiugium, et uirginitatis supra uiduitatem non, quantū ad modum excessus. 3. Coniugatus enim abstinet à non sua: uidua uerò etc. ut in tex. Vide secun dā responsum ly ut etiam quantum ad quantitatem etc. Ex quo dicit si diuersimode attenditur excessus uiduitatis ad coniugium, et uirginitatis ad uiduitatē nō mirum est, quòd fructus ille assignetur secundum uirginitatem numerorum uariè seinuicem excedentium.

Rñsio 2.

4m cōclusio. Ex his, quæ ex institutione hominū sūt non est accipēda ratio eorum, quæ in scriptura dicuntur. R. hoc falsum est, quando humana in stituio super rerum naturam aliquo modo fundatur. 4. Tunc nihil etc. Quoniam huiusmodi institutio hominū, de qua Beda in argumento, fundatur aliquo modo super rerum naturam, ut patet consideranti.

Rñsio 3.

¶ NOT. Quod institutio humana, qđ aliquo modo fundatur super rerum naturam, laudabilis sit, Deoque acceptanet consequenter facere conuenienter potens ad ea, quæ in scriptura sacra dicuntur patet ex Genes. 1. recte intelligentibus factum ibi narratum de Adam. Formauit, inquit dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, et universis uolatilibus cœli adduxit ea ad Adam, ut uideret, quid uocaret ea. Omne enim, quod uocauit Adam animæ uiuentis, ipsum est nomen eius. Hæc ibi. Vnde patet, quòd institutio humana placet Deo, quando super rerum naturam aliquo modo fundatur. Propter hoc enim significandum, inquit scriptura, quòd Adam non ex se tantum, sed ex Deo mouente, et ad hoc inuitante, instituit nomina quorumcunque uiuentium. Et ut ostenderet, de quali institutione loquebatur, monstrauit, quòd talis institutio super rerum naturam data est. Omne, inquit, quod uocauit Adam animæ uiuentis, ipsum est nomen eius. Hoc est rationabiliter ea, quæ fuerunt nomina huiusmodi quo-

A quoniam rerum naturis, quibus imponebantur, concordabant. Ex his constat optimè rei ius Calumnium (Prat. Calumnium) dicentem institutiones maiorum reuinuare, siue ab eis recede re non modo esse integrum, sed ex honestum, pium, et salutare. Sufficeret quippè locus hic scripturæ ad ostendendum quòd ille error est pessimus etiam quòd non tu gereatur pro eiusdem damnatione dictum Deuteron. 32. Interroga patrem tuum, et dicet tibi, maiores tuos et dicent tibi. Et Proverb. 1. Audiēs sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Animaduertens interpretatione, & uerba sapientum & enigmata eorum, & Eccles. 3. Filij sapientiæ ecclesiæ institutorum & natio illorum obedientia & dilectio. Iudicium patris audite filij & nō facite, ut salui fiatis. Hæc ibi. Quòd si Calumnius dubitet an aliquæ institutiones maiorum fundentur aliquo modo super rerū naturam, sint rationabiles, nec ne, & per hoc ium erorem in tali casu sal tem uelle defendere: hoc dubium nihil cū mat, immo est contra ipsum. Vnius falsum regula est quòd in dubijs obedientia exēsatet ut patet de tempor. ord. ad aures. & 11. q. 3. quid ergo. & 24. q. 1. quid cū patur. Vbi ex istibus & glosis cōcluditur: q in præceptum sit dubiū, obediens pro pter bonū obedētiæ, excusatur à peccato licet ignoranter fit na lū, hoc est, faciat reū ipsum præceptenē. Quorum dictorum, quare sufficiet obedē tia in dubijs excusset, uniuersalis ratio est, quia non est subditorum discutere consilia, definitiones que maiorum suorū: sed præsumenda sunt iu sta, nisi manifestā cō tinentiniquitatem.

Instituones humanæ à Calumnio erroneè reijciuntur.

Nisi in sforū est obedientia.

Tho. 4. d. 49. q. 5. ar. 3. qū. 1. & seq.

*Vide in epl. ad Gesuntis de Monogamia, à me tot.

*Lib. 7. de historia animal. c. 1. cit. med. 1004.

APPENDIX.

Vtil. p. S. Eccl, &c.

EX articulo habet: Primo quòd per rōnem tanquam ab effectu, uterimas hæresim Iouiniani, & Eluidij. (Prat. Elui dius) dicentium: uirginitatem non esse apud Deum maioris meriti, quàm coniugium. In quo dogmate etroneo etiam continentur uirtualiter & quidem à fortiori (ut constat intelligenti) uiduitatem non esse maioris meriti apud Deum quàm coniugium. Cum enim fructum maiorem apud dominum uirginitatem uiduitatemque habeat præ coniugio monstret articulus præsens militat utique efficaciter contra prædictas hæreses.

per rerum naturam, inquantum secundum) ordinem dictorum articulorum, & cōtractuum, numeri gradatim designantur.

ARTICVLVS V.

Vtrum aureola debeatur uarijs uirginitatis. B

AD QVINTVM sic procedi tur. Videtur quòd ratione uirginitatis non debeatur aureola. Vbi est enim maior difficultas in opere, ibi debetur maius præmium: sed maiorem difficultatem patiuntur in abstinendo à delectationibus carnis uiduæ quàm uirgines. Dicit enim Hieronymus: *Quia quanto maior est difficultas ex parte quorundam à uoluptatis illecebris abstinere, tanto maius est præmium*, & loquitur in commendatione uiduarum. Philosophus etiam dicit in libro Animalium, *Quia iuuenes corruptæ magis appetunt coitum propter rememorationem delectationis, ergo aureola, quæ est maximum præmium, debetur magis uiduis q uirginibus.* C

2 Præterea, si uirginitati debetur aureola, ubi esset perfectissima uirginitas, maxime inueniretur aureola: sed in beata Virgine est perfectissima uirginitas, unde & Virgo uirginum nominatur, & tamen ei non debetur aureola, quia nullam pugnā sustinuit in continendo, cū corruptione fomitis non fuerit infestata, ergo uirginitati aureola non debetur. D

3 Præterea, Ei, quod non est secundum omne tempus laudabile, non debetur præmium excellens: sed uirginitatem seruare E

in statu innocentiæ, non fuisset laudabile, cum tunc præceptum esse, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, nec etiam tempore legis, cum steriles erāt maledictæ, ergo uirginitati aureola non debetur.

4 Præterea. Non debetur idē præmium uirginitati seruatæ, & uirginitati amissæ: sed pro uirginitate amissa quandoque debetur aureola, ut si aliqua inuita prostituatur à tyranno, qa Christum confiteatur, h ergo uirginitati aureola non debetur. F

5 Præterea. Excellens præmiū non debetur ei, h quod inest nobis à natura: sed uirginitas innascitur cuilibet homini, & bono, & malo, ergo uirginitati aureola non debetur. G

6 Præterea. Sicut se habet uiduitas ad fructum sexagenariū, ita uirginitas ad fructum centesimum, & ad aureolam: sed non cuilibet uiduæ debetur fructus sexagenarius: sed solum uiduitatem, i uouenti, ut quidam dicunt, ergo uidetur quòd non cui libet uirginitati aureola debeatur: sed solum uirginitati ex uoto seruatæ.

7 Præterea. Præmium non respondet, necessitati, cum omne meritum in uoluntate consistat: sed quædam sunt uirgines ex necessitate, ut naturaliter frigidi, & eunuchi, ergo uirginitati nō semper debetur aureola.

SED CONTRA est, quod habetur Exod. 25. Facies, & alteram coronam aureolā Glos. ad coronā pertinet canticū nouū, quod uirgines coram agno concinunt, scilicet, qui sequuntur Agnum quocunque ierit, ergo præmium, quod uirginitati debetur, dicitur aureola.

*Lib. 9. cō. 2. ibid.

*cito. ord.

1 Secundò habes quo per rationem offēdas, illas meritò damnari à Concil. Tellensi ad Syricium Papam dicente. Agreditis ulteriùs est, nullam uirginitatis gratiam, nullum castitatis ordinē reseruare, promisseue omnia uelle confundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, iure laudatur bona uxor, sed melior pia uirgo præfertur. Bonum coniugium, quo est inuenta posteritas successionis humanæ, sed melior uirginitas, per quam regni cœlestis hæres diuinitus acquisita, & collesium meritorum reperta successio. Hæc ibi. Item à Syricio Papa in Epistola ad Episcopos Aphricanos de cōdemnatione Iouiniani. Nos sanè nuptiarum iura nō aspernantes accepimus, quibus nelamini interdum: sed uirgines Deo deuotas maiori honoris censu muneramus, Apostolicum secuti præceptū. Vnde omnium nostrorū, tum presbyterorum, tum diaconorum, tum & totius cleri unam factam constat esse sententiam: ubi Iouinianus, Aubentius, Genuallis, Geminata, fœlix, Plotinus, Marcianus, Ianuarius, & Ingeniosus, qui nouam hæresin, & blasphemiæ accentores inuēti sunt, diuina sententia & nostro iudicio perpetuo damnati extra ecclesiam remanerent. Hæc ibi. Item à 1. Cor. 7. Dico aūt non nupsi & uiduis, bonum est illis, si sic permanserint sicut & ego: quòd si non se continent, nubant. Vbi clarè patet, ipsum præferre uiduitatem, tanquā cō tinentiam maiorem, ipsi coniugio.

3

4

5 Quartò habes: quomodo per ratiōnēprædictā scripturarum & patrum, pro quibus quod dictum est innuatur, & intelligas, & probes, & defendas.

¶ Quinto uides quomodo ex his uerbis Angelica doctrina hæc & dictatetur, & consolidetur.

QVÆSTIO. XCVI.
ART. V.

CONCL. 1° Virginitati specialis corona debetur, quæ aureola nominatur. 414

*Examen

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Examen. Ly uirginitati. Si uidelicet illa persona uirgo fal uetur. Nam aureola præsupponit aream: & consequenter ubi nō est area, nec erit aureola. Hinc uirginitatē Sybillarum, multorūq; gentilium, aureolam non habuisse diximus.

¶PROB. 1. Quia specialis corona ibi debetur ubi est præcellens uictoria, & uirginitas quandam singularem uictoriā obtinet de carne: 2. Quia communiter omnes hoc dicunt.

¶CONCL. 2ª. Illis tantum uirginibus aureola propriè debetur, quæ propositū habuerunt uirginitatem perpetuò conseruandi; siue hoc propositum uoto fit mauerunt, siue non.

¶NOT. illa conclusio declarat primam.

¶Examen. Ly aureola propriè. Hoc dicitur ad differentiā aureolæ largo modo sumptæ. Quid autē sit utraque: uide in ter. Vbi tamen aduerte, quòd ideo aureola propriè dicitur respondere meritorio, quia meritum non debetur nisi uirtuti, & uirtus non est nisi actui quo modo sub electione cadat, cuiusmodi electionem deceit ly propositum, in conclusione dictum. Quasi ergo dicat cōclusio, q aureola proprie non debetur uirginitati, nisi ipsa uirginitas cadat sub electione.

¶Ly propositum. Scilicet à charitate imperatum. Charitas enim est radix merēdi omnibus uirtutibus, & consequēter meritum non debetur alicui actui uirtutis nisi à charitate aliquo modo imperetur.

*Tho. in 4.d.33.q. 1. *concl. p

¶PROB. Quia uirginitas secūdum hoc ad genus uirtutis pertinet, scilm q perpetua incorruptio mentis atq; corporis sub electione cadit: & meritum nō debetur uirginitati, nisi ut pertinet ad genus uirtutis.

¶CONCL. 3ª. Aureola large sumpta

*Est glo. Aug. in li. de Sancta uirginitate c. 25. in fin. to. 8.

Præterea, Isaiæ 56. dicit. Hoc a dicit Dominus Deus eunuchis, & sequitur, Dabo eis nomē melius à filijs, & à filiabus, Gloss.* propriam gloriam excellentemque significat: sed per eunuchos, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum, uirgines designantur, ergo sequitur, quòd uirginitati debetur ali quod excellēs præmium, & hoc uocatur aureola.

RESPONDEO, Dicendum, q ubi est præcellens ratio uictoriæ, ibi debetur aliqua specialis corona, unde cum per uirginitatem alioquis singularem quādam uictoriam obtineat de carne, contra quam continue bellum geritur, ut patet ad Galat. 5. Spiritus cōcupiscit aduersus carnem &c. b uirginitati specialis corona debetur, q aureola nominatur, c & hoc quidem communiter ab omnibus tenetur. Sed cui uirginitati debeatur aureola, non similiter omnes dicūt. Quidam enim dicunt aureolam actui deberi. Vnde illa, quæ actu uirginitatem seruat, aureolā habebit, si sit de numero saluādorum. Sed hoc non uidetur esse conueniens. Quia secundū hoc illæ, quæ habent uoluntatem nubendi, & tamen antequām nupserint decedunt, habebunt aureolam. Vnde alij dicunt, quòd aureola debetur statui, & non actui, ut illæ tantum uirgines aureolam mereantur, quæ in statu uirginitatis perpetuæ seruandæ per uotum se posuerūt. Sed hoc etiam non uidetur conueniens, quia aliquis ex pari uolūtate potest seruare uirginitatem non uouens, sicut aliquis alius uouens. Et ideo aliter dici potest, q meritum actui uirtutis debetur à charitate imperato, uirginitas autē secundum hoc ad genus uirtutis pertinet secundum quòd perpetua incorruptio mentis, & corporis sub electione cadit, ut patet ex his, quæ dicta sunt. 33. dist. in. & ideo d illis tantum uirginibus aureola proprie debetur, quæ propositum habuerunt uirginitatem perpetuo conseruandi, siue hoc propositum uoto firmauerunt, siue non. e Et hoc dico secundum quòd aureola proprie accipitur, ut præmiū quoddam merito redditum; quamuis hoc propositum aliquando fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dum modo in finæ uitæ inueniatur; quia uirginitas mentis reparari potest, quamuis non uirginitas carnis. Si autem aureolam large accipiamus pro quocunque gaudio, quod in patria habebunt super gaudium essentiale, f sic etiā incorruptis carne aureola respondebit, etiam si propositum non habuerunt perpetuo uirginitatem seruandi. g Non enim est dubium, q de incorruptione corporis gaudebunt sicut, & innocentes de hoc, q immunes à peccato fuerunt: quamuis peccandi oportunitatem non habuerunt, ut patet in pueris baptizatis. Sed hæc non est propria acceptio aureolæ: sed ualde cōmunis.

a Beatus Thomas præcipuus est amator B. Virginis finaliq; prærogatiuārū defensor;

b concl. m

c concl. l

d concl. f

e

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in continendo secundum aliquid, maiorem pugnam sustinent uirgines, & secundum aliquid uiduæ cæteris paribus. Virgines enim concupiscentia inflammat, & experiendi desiderium, quod ex quasi quadam curiositate procedit, qua scilicet fit, ut homo libentius uideat, quæ nunquam uidit; & etiam quandoque in eis concupiscentiam auget æstimatio maioris delectationis, quām sit secundū ueritatem: & etiam inconsideratio eorum incōmodorū, quæ delectationi huiusmodi adiungūtur, & quantum ad hoc uiduę minorem sustinent pugnam: maiorem autem propter delectationis memoriam. Et in diuersis unum alteri præiudicat secundū diuersas hominis dispositiones: quia quidam magis mouentur hoc, quidam illo. Quicquid autem sit de quantitate pugnæ; hoc tamen certum est q perfectior est uictoria uirginum quām uiduarum. Perfectissimū enim genus uictoriæ est, & pulcherrimum, hosti nū quam cessisse: corona autem non debetur pugnæ; sed uictoriæ de pugna.

tristitiam,p.10.c.1.l.63.	tristitia &
principalis,p.10.c.1.l.63.	principaliter
supradicta,p.10.c.1.l.64.	supradictum
per conclutiones,p.10.c.1.l.65.	per conclusiones
apta adducit,p.10.c.1.l.78.	aptè adducit
peccatum meum meum, p. 10. c.2.l.4.	peccatum meum
supplicia mihi,p.10.c.2.l.22.	supplicia inibi
sanctissimo,p.10.c.2.l.36.	sanctissimus
de pretio.p.10.c.2.l.57.	de peccato
angelice hæc doctrine, p.10. c.2. l.79.	angelica hæc doctrina
informem,p.11.c.1.l.43.	informem
D.Tho.dist.4.p.11.c.1.l.71.	D.Tho.3.dist.
intelligo.p.11.c.2.l.1.	intelligo
recipiunt,p.11.c.1.l.3.	recipiuntur

Errata	Correcta.
dispositio,p.21.c.2.l.4.	disposito
dolore,p.21.c.2.l.16.	dolorem
naturæ,p.21.c.2.l.31.	natura
purgatorio.p.22.c.1.l.49.	purgatorio
modo 2.Tunc. p.22.c.1.l.53.	modo.Tunc
Ex articulo habes,p.22.c.1.l.66.	Ex articulo habes primâ
indicamus quod post,p.22.c.1.l.67.	indicatum post
omne meritum,p.22.c.1.l.73.	omne meritum
quàm qui post,p.22.c.2.l.4.	quàm quòd post
cum simili,p.22.c.2.l.78.	cum a simili
In textum,p.23.c.1.l.58.	in textu
ar.1.dist.1.p.23.c.2.l.43.	ar.1 diff.1.
determinatur habere,p.24.c.2.l.19.	determinatur hîc
ecclesiæ,tantum,p.24.c.2.l.36.	ecclesiæ,sed tantum
¶NOT.inquit, p.30.c.1.l.27.	¶NOT.Non inquit
præmium accidentale, non subBannale,p.74.c.1.l.53.	præmium subsistiale,non accidentale
Nam inferos,p.147.c.2.l.8.	Non inferos

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy.

Omnes sunt Quaterniones, præter Yy, quę est Ternio.

Tabulæ per se patet.



VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Additiones ad Tertiam Partem

S. THOMAE DE AQVINO

ALMI ORD. PRAEDICATORVM

Ex suis scriptis in IIII. Sententiarum ad uerbum collectæ, (Ab alienis plurimis, maximisq; , mendis nunc euendicatæ, & splendori natiuo redditæ)

CVM ELVCIDATIONIBVS FORMALIBVS

(Nunc primum exeuntibus in lucem)

In quibus, vltra egregiam textus enodationem, innumeras penè hæreses, errores q, recensendo;

AC E' VESTIGIO, VEL DIVINARVM SCRIPTVRARVM, SVMMORVMVE Pontificum, aut Conciliorum sacrorum authoritate inuictissima, ipsas interimendo: quàm plena manu ECCLESIÆ CATHOLICÆ Angelicus ille doctor, (velut apis argumentosa inseruiat) singillatim ostendimus.

Per F. Seraphinum Capponi à Porrecta, eiusdem Ordinis Sacræ Theologiæ Magistrum,

ÆDITIS, DEO OPT. MAX. DICATIS; S. R. E. CORRECTIONI SVBMISSIS.

Non ego autem, sed gratia Dei mecum. 1. Cor. 15.

CVM QVATVOR INDICIBVS.

Adiunximus AVGVSTINI HVNNAEI *Axiomata, & Catechisimum.*



VENETIIS, Apud Iuntas. MDLXXXVIII.

Cum Licentia Superiorum, ac Priuilegijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE ALTITVDINE DOCTRINAE
THOMISTICÆ PROLOQVIVM
omni veritate subnixum.

SAcrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium, magistra fidei, & veritatis, ad quam (velut vniuersalem veritatis regulam) pertinet approbatio doctrinarum, declaratio dubiorum, determinatio tenendorum, confutatio errorum, doctorem egregium sanctum Thomam de Aquino iamdudum (diligenti discussione præhabita) quo ad doctrinam salubrem toti terrarum orbi dignum & cõmendabilem prædicauit. *Cuius sit.*

PROBATIO PRIMA.

DOminus Papa Ioannes vigesimus secũdus in bulla canonizationis diui Thomę, sic ait. Beatus Thomas de Aquino ordinis fratrum prædicatorum, sacræ Theologię doctor, nobilis quidẽ genere, sed nobilior conuersatione, fama clarus, uita clarissimus, in breui adeo scientia profecit, ut adhuc ætate iuuenis ad magisterium Parisijs (loco utique celeberrimo) assumptus magno inibi sui, suiq; ordinis, ac Parisiensis studij fauore per multorum annorũ curricula cathedram regeret magistralem: quippe cum illi uita existentiam, conuersatio famam, doctrina pareret opinionem, opera diuulgationem, eademq, tam breui confecta tempore admiratiõ meritò exhiberet; ut illud psalmi, RIGANS MONTES DE SVPERIORIBVS SVIS, DE FRVCTV OPERVM TVORVM SATIABITVR TERRA, in eo uerissimè impleretur. Quod vtique thema idẽ sanctus, dum esset in sacra pagina magisterium susceperus assumpsit: quodq; (ut fertur) reuelatione sibi post suam orationem facta, didicerat, dum, propter iuuentutem suam ipse se inhabilem ad magisterium reputans quid proponeret in instanti principio, hæsitaret. Nam & in primitiuis scientijs, & diuersis philosophię partibus (ut non esset ociosus, sed operaretur terram) necnon in sacræ scripturæ pagina tam super nouum, quàm uetus testamẽtum scripta, plurimaq; alia DEI OPERA, in Dei laudem, fidei dilationẽ, eruditionẽque studẽtium, clara (cum sciens esset) famosa (cum cognitus) NON ABSQVE SPECIALI DEI INFVSIONE PERFECIT. Doctrina quippe prudẽtium facilis, & omnino scientis est, posse docere. Hæc ille.

Veritas miss de D. Thoma varicinãt experientia tulit.

Scripta diui Thomæ uocatur dei o pera; & sine speciali Dei infusione, perfecta.

PROBATIO II.

Bulla apostolica Vrbani Quinti approbans, & confirmans doctrinam Sancti Thomæ Aquinatis sacri ordinis Prædicatorum.

VRbanus episcopus seruus seruorum Dei venerabili archiepiscopo Tolosano & dilectis filijs cæcellario ecclesiæ Tolosanæ uniuersisq; magistris & doctoribus: cæterisque clericis, & laicis, in ciuitate & prouincia Tolosana commorantibus salutem & ap.be. Laudabilis Deus in sanctis suis, & in sui maiestate mirabilis: cuius ineffabilis altitudo prouidentiæ nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura iudicij ecclesia patiter & terrena disponit, & sic cunctos eius ministros magnificat, altis decorat honoribus, & cœlestis efficit beatitudinis possessores: illos tamen (ut dignis digna repẽdat) patrotibus attollit insignijs dignitatum, & præmiorum vberiori retributione prosequitur, quos digniores cognoscit; & commendat intensior excellentia meritorũ. Sic & alma mater ecclesia eius sacra vestigia insequens, & exemplo inducta laudabili, licet uniuersos in regnis ecclesijs cõstitutos studijs honorare sollicitis non desistat: egregios tamen doctores, per quorũ perlucida & salutaria documenta eadem ecclesia illustratur, uitrutibus, & moribus informatur, libenter & solerter exequitur, quę sunt Dei, præmissa meditatione perlustrans. Ad diuini nominis honorem & gloriam & exaltationem catholicę fidei, saluremq; fidelium ritè censuit meritoque prouidit: eosdem in uniuersali ecclesia honorificentiæ potioris & impendijs attollendos. Sanè cum sacrum & uenerabile corpus beati Thomę de Aquino, ordinis fratrum prædicatorum sit de mandato nostro ad ecclesiam fratrum prædicatorum Tolosanam de proximo transferendum, NOS ATTENDENTES QVANTA A DEO SCIENTIA DOTATVS ORDINEM FRATRVM PRÆDICATORVM, ET VNIVERSALEM ECCLESIAM ILLVSTRAVERIT: ac beati Augustini uestigia insequens ecclesiam eandem doctrinis, & scientijs quàm plurimis, adornauerit, Volentesq; præterea idem corpus speciali honorificentia attolli, uniuersitatem uestram requirimus & hortamur in domino Iesu Christo, nobis nihilominus per apostolica scripta mandantes: quatenus dictum corpus, cùm ad partes eaſdẽ transferretur, benignè & honorificè susceptentes eumq; deuote ac uenerabiliter pertractantes faciatis ab alijs (quantum in nobis est) cum debita honorificẽtia ac deuotione susceptì & tractari. VOLVMVS INSVPER, ET TENORE PRÆSENTIVM VOBIS INIVNGIMVS: VT DICTI BEATI THOMÆ DOCTRINAM TANQVAM VERIDICAM ET CATHOLICAM SECTEMINI EAMQVE STVDERATIS TOTIS VIRIBVS AMPLIARE. Datum apud montem Flasconem. 11. Kal. Septembris Pontificatus nostri anno sexto.

Lumẽ Ecclesiæ catholicæ illustris, est D. Thomas.

Audiant ecclesiastici mandata sibi Pontificia.

PROBATIO III.

EAdem ecclesia Dei non Bullis tantum D. Th. (vt vidimus) doctrinam olim probauit: sed & hanc factis ipsis celeberrimis quasi quotidie probat. Quis sacrosancta generalia concilia Lugdunense, Viennense, Florentinum, Lateranense, Tridentinum, post felicem sancti doctoris obitum peracta ad hęc vsq; tempora 1586. vidit & audit: nunquid non & Diuũ Tho-

Florent hæreses Dñi Thomæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mam ibi, fulgentissimum solem, agnouit? Num Thomisticas literas ibi clara noce sonantes? Nonne ABYSSINAM hanc (q̃ præ manibus est) sacræ Theologiæ summam inibi ab orthodoxis ipsis patribus, tãquam è cælo allatam, & hilarissimo vultu recognitã, & corde tenerrimo dulciter amplexatam? Imo hęc omnia uidit, agnouit, & manibus (si filius erat) applausit: dũ inter grauissimorum patrum suorũ piętissimos actus doctrinam hanc, ueluti palmam in domo domini, mirabatur adeo florentem, frondentem, ramos grandes extendentem, fructificantẽ, totum Christi ecclesiã, p̃ suo uoto abundè reficientem. Legat, qui uoluerit, inter hæc, maximè Florentinum, & Tridentinum, & cum a principio fermè usq; ad calcem Angelicã hãc sapientiam ibi ad uiuum effigiatam conspexerit, diuino actus impulsu clamabit (opinor) ALMA MATER ECCLESIA, CHRISTI FVNDATA SANGVINE, SCEPTRA CONSCENDIT GRANDIA, NOVI DOCTORIS LVMINE & rerum de hoc eodem lumine: STILVS BREVIS, GRATA FACVNDIA CELSA, CLARA FIRMA, SENTENTIA.

PROBATIO IIII.

SEd & uniuersitates studiorum generalium ab ecclesia, & conscientia edoctæ mirificis hãc ipsam doctrinam præconijs extulerunt: eiusq; uerum sensum (non in omnibus patet: quandoquidem puteus altus est) declarantes, pro eadem contra minus intellectu uigentes mutuum se ualidum opposuerunt. Quarum uniuersitatem Florentissima una, ceu in aliarum omnium persona, de huiusmodi re sic authentice testatum reliquit.

Mat⁹ hic est uallidus.

Epistola uniuersitatis Parisiensis in fauorem doctrinæ S. Tho.

Vniuersis præsentes literas inspecturis, Stephanus permissione diuina Parisiensis episcopus, salutem in omnium saluatore. Magistra rerum experientia certis indicijs euidenter demonstrat: multa quibusdam temporibus ordinata consultè, nouis emergẽtibus causis succedentibus temporibus in contrarium debere consultius immutari. Dudum siquidẽ memoriæ fęlicis quidam prædecessores nostri Parisienses episcopi quosdã articulos, ne forsitan eos malè intelligentes caderent in errorem, tanquam erroneos per excommunicationis sententiam damnauerunt, & interdixerũt expressè. Quorum tamen nonnulli doctrinam eximij doctoris Beati Thomæ de Aquino de ordine fratrum p̃dicatorum tangere ab aliquibus asserunt. Quam articulorum & sententiarum promulgationem uenerabiles uiri Decanus & capitulũ ecclesiæ Dominę nostrę, sicut ueritatis zelatores, intimius considerantes, necnon doctrinæ ac famæ Bea. Thomæ prædicti iniustã denigrationem, ueritatis occultationem, & sanctę Romanæ Ecclesiæ aliqualem dehonorationem, peruenire habilem virum magistrum Annibaldum decanũ, Atrebatensem Archidiaconum, sacræ Theologiæ doctorem, & dominum Petrum de Fagello Parisiensem canonicum, eorum propter hoc nuncios ad nos specialiter destinatos, nos requisiuerunt, nobisq; supplicauerunt, quatenus uocatis omnibus sacræ Theologię doctoribus, ac cum eisdem communicato consilio, & deliberatione habita diligenti, & cum alijs ẽt qui de talibus, & in talibus possunt, ueritatis uiam aperiremus: per quam in prædictis articulis, inquantum doctrinam B. Thomæ prædicti doctoris egregij tãgere possent, & sanctę Romanæ Ecclesiæ & sancti p̃dicti doctoris uenerabilis honorem ac reuerẽtiã seruaremus.

Si aliquã his dehonorationẽ Ro. ecclesiæ denigrare doctrinam Thomisticam.

Vide quã reuerẽter uerba nominis Doctoris huius sancti.

Nos igitur attendentes cum eisq; sacrosancta Romana Ecclesia mater omnium fidelium, & magistra fidei & ueritatis, in filiissima Petri Christi Vicarij cõfessione fundata, ad quam (uelut uniuersalem regulam catholicæ ueritatis) pertinet approbatio doctrinarũ, declaratio dubiorum, determinatio renouendorũ, & cõfutatio errorum, p̃fatum doctorem eximium & uenerabilẽ, CVIVS DOCTRINA FVLGET ECCLESIA, VT SOLE LVNA, nuper sanctorum cõfessorũ cathalogo ascribendũ decreuit diligenti discussione & examinatione habita super uita sancta, & doctrina clara ipsius, ipsumq; quo ad uitam puram, & doctrinam salubrem, orbi terrarum dignum & commendabilem p̃dicauit. Cupientes igitur, gloriosum Deum in sanctis suis apud fidelium deuotionem in terris gloriosius exaltari, ac sacratissimæ matris nostrę prædictæ desideranes uestigia sancta imitari, doctumq; confessorem & doctorem gloriosum fęliciter in cælis regnantẽ apud terrigenas deuotius & celebrius honorari, (præsertim cum fuerit VNIVERSALIS ECCLESIÆ LVMEN PRÆFVLGIDVM, GEMMA RADIANS CLERICORVM, FONS DOCTORVM, VNIVERSITATIS NOSTRÆ PARISIENSIS SPECVLVM CLARISSIMVM, CANDELABRVM INSIGNE ACLVCENS, PER QVOD OMNES QVI VIAS VITÆ ET SCHOLAS DOCTRINÆ SANÆ INGREDIVNTVR, LVMEN VIDENT: CLARITATE VITÆ, FAMÆ CLARÆ, ET SCIENTIÆ LVCIDÆ, VELVT STELLA SPLENDIDA ET MATVTINA REFVLGENS, per uenerabiles ac dilectos cõsiliarios nostros fideles magistrum Hugonem de Bisontio, cãtorem Parisiensem, magistrum Stephanum de noua uilla, & Dominum Oddonem de Zenonis canonicũ Parisiensem, inquisitione facta super dictis articulis apud doctores theologicæ facultatis in eorum cõgregatione generali regentium, & non regentium, secularium & regularium, ad hæc specialiter conuocata, comperto (per Dei gratiam) dictum cõfessorem beatum & doctorem egregiũ NIL sensisse, docuisse, seu scripsisse, qđ scientiæ fidei, uel bonis moribus aduersetur: De consilio uenerabilium uirorum, Decani, & capituli Parisiensis, & uenerabilis patris D. Guilielmi (Dei gratia) Viennensis Archiepiscopi sacræ Theologię professoris, & aliorum 23 magistrorum in Theologia, una cũ reuerendo patre supradicto, in literis cũ earum sigillis per præfatos commissarios nobis missos, necnon & 39. bacalaureorum in Theologia super hæc per literas eorum proprijs subscriptionibus & sigillis munitas semper consulentiũ & rogantium humiliter & deuotè, & aliorum disertorum solẽni ac maturo consilio super hoc habito: in prædictam articulorum condemnationem, & excõmunicationis sententiam, inquantum tangunt, uel tangere asseruntur famam doctrinam Sancti Thomæ prædicti, & doctoris eximij, ex certa scientia tenore præsentium totaliter annullamus. In cuius confirmationis testimoniũ sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum apud Bertiliacum anno 1325. die Iouis ante sacros cineres. Hæc ibi.

Lumen mutuũ S. Thomæ oẽs, qui ẽ die scholastici sunt.

Nota ly nisi.

¶ Nor. Nota quòd doctrinam sancti Thomæ uocant sanam, etiam ubi tangi uidebatur: nec sufficit eis, uniuersaliter p̃dixisse ly nil sensisse, docuisse, seu scripsisse, quod scientiæ fidei, uel bonis moribus aduersetur. Et hoc faciunt, quasi ex hoc argumentando sic.

Si

Si S. Thomæ doctrinã, quæ uelut suspecta tangi a nobis uidebatur, dicimus esse sanam: ergò multo magis omnis alia sancti eiusdem, quę non uidebatur suspecta, teneri debet sana.

PROBATIO V.

A Christo Crucifixo qđ dicat, & sanctè dictum.

NEC mirum si Ecclesia à spiritu sancto recta, una cum filijs suis cœlestem D. Thomę sapientiam pro uerè catholica solemniter (ut præfatum) approbauit: qñquidem suum imitari sponsum cathissimam sponsam cõdecet. Sponsus eius dñs noster Iesus Christus Crucifixus quid fecit? Audite: & obstupescite. Ille ipse p̃ semetipsum doctrinã hãc primò, anteq̃ sponsa eandem sic (ut præfertur) acceptaret, ore suo diuinissimo confirmare publicè dignatus est. Orabat Diuus Thomas aliquãdo in templo Sancti Dominici de Neapoli: quando uisus est (Mirabile dictu) à terra quasi duobus cubitis, absq; ullo corporis fulcimento elenatus. Super quo frater, qui hæc uidebat, admiratus audiuit ab imagine Crucifixi, ad quam conuersus sanctus Doctor orabat, prolatam clarius istam uocem, BENE SCRIPSISTI DE ME THOMA. Qua ergo recipies pro tuo labore mercedem? Et sanctum protinus respondentẽ: dñe, nõ aliam, præter te. Hęc in eius legẽda. Hãc ipsam ppetuò memorandã, nec satis vnquã laudibus prosequendã à Christo domino confirmationẽ narrat Pius quintus Pontifex maximus, in Bulla de celebratione doctoris eiusdem ad modum aliorum quatuor doctorum ecclesiæ, ab Reuerendissimis Illustrissimis Cardinalibus etiã subscripta. Miraculosus Crucifixus hic in templo supradicto, ad perpetuã rei memoriam, seruatur ad huc de anno 1587. & cum magna ueneratione a ciuibus, accolis, alijsq; genis inuisitur, colitur, adoratur: præsertim in solemnitate præfati S. Thomæ, quæ in toto regno Neapolitano, in gratiarũ actionem pro tanto suo germine, de præcepto ecclesiæ agitur. Pro qua re, ac prædictorum, dicendorumq; confirmatione nota Bullæ prætactę sanctissimi domini nostri Pij quinti, pro quanto sufficit, tenorem: qui sequitur.

Orat Christo Crucifixi, & doctrina cõfirmatur.

D. Thomas corde, ore, & opere catholicã ueritatẽ cõprobauit.

PROBATIO VI.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Mirabilis Deus in sanctis suis &c. Ex quo sanctorum laudabili numero, qui catholicam ueritatem corde, opere, & ore roborarunt, Angelici doctoris sancti Thomæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorum in cœlum assumptio multis ante annis orbi terrarum, & diuinis, & proprijs est comprobata testimonijs. Nã & miraculorũ signis, quibus ferui sui Thomæ perpetuæ ueritatis opera nobilitare uoluit inexhausta Dei benignitas, & CERTISSIMA CHRISTIANA REGVLA DOCTRINÆ: QVA SANCIVS DOCTOR APOSTOLICAM ECCLESIAM (INFINITIS CONFVTATIS HÆRESIBVS) ILLVSTRAVIT, adductus fęlic. record. Ioannes 22. prædecessor noster, illo in sanctorũ numerum relato, eius diem festum, &c. Sed quoniam omnipotentis Dei prouidentia FACTVM EST, VT ANGELICI DOCTORIS VI, ET VERITATE DOCTRINÆ, ex eo tẽpore, quo cœlestibus ciuibus ascriptus fuit, MVLTÆ QVÆ DEINCEPS EXORTÆ SVNT HÆRESES, CONFVSÆ ET CONVICTÆ DISSIPARENTVR: QVOD ET ANTE SÆPE, ET EIQVIDO NVPER IN SACRIS TRIDENTINI CONCILII DECRETIS APPARVIT: eiusdem memoriam, cuius meritis ORBIS TERRARVM A PESTIFERIS QVOTIDIE ERRORIBVS LIBERATVR, maiore etiam, & ijs antea grati & pij animi affectu colendam statuimus, &c. Itaq; ut in ciuitate & regno Neapolitano, & in &c. ex nobilissima familia Aquinate CLARISSIMVM HOC EDIDIT EGCLESIÆ DEI LVMEN &c. festum D. Tho. solemnijs de præcepto &c. in alijs autẽ orbis terræ partibus, quemadmodum sanctorum quatuor ecclesię doctorũ &c. Omnibus utriusq; sexus Christi fidelibus uerè pœnitentibus & confessis, qui in ipso S. Thomæ festiuitatis die tacellum, uel altare in ecclesia S. Dominici Neapoli situm, IN QVO SCRIPTORIS ANGELICI DOCTRINA SALVATORIS CRVCIFIXI ORE (sicut pia testatur historia) MIRABILITER PROBATA FVERIT, a primis eius diei uesperis usque ad occasum solis deuotè uisitauerint, septem annos & totidem quadragenas, in cæteris autem orbis terræ partibus, qui eundem festum diem (ut præfertur) solemniter celebrauerint, & ad ecclesiam quæ apud eos fuerit, uel tacellum, aut altare sub eiusdem S. Thomæ in uocatione, piè ac deuotè accesserint, quoties id fecerint, toties centum dies de iniuncta ipsis pœnitentia, per præsentes literas in perpetuum ualituras, misericorditer in domino relaxamus &c. Datũ Romę apud S. Petrum anno incarnationis Dominicę. 1567. tertio idus Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Orat Christi Crucifixi doctrina cõfirmatur.

Toties quoties uocatur.

Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ episcopus. Locus sigil.

Vtinam dirigantur uiæ meæ ad custod. iust. tuas.
Ego F. Cardinalis Pisanus, Episcopus Ostiensis.
Sic subsequenter 35. Cardinales se subscribunt.

Ex bullario literarum apostolicarum.

¶ Not. Illud uerò, qđ de cõfutatis hæresibus, & pòst exortis, a sancto Doctore breuibus resecatur, quam uerissimum sit: per sacræ Theologiæ summam hãc elucidationibus infrascriptis comitatam diligenti cursori fusius distinctiusque, singulatim patebit. Absit enim ut uerbum tanti Pontificis, tot Cardinalis præsertim uallatum testimonijs, sit inane.

PROBATIO VII.

TEstimonium habuit Bea. Thomę scientia & gloriosissima Dei genitricis Mariæ: Era Sanctis Apostolorum Primoribus Petro & Paulo. Nã (ut editur in ecclesia legit, & a Papa Iulio 3 approbat,) beatissima Dei mater Maria D. Thomę quadã uice apparuit: & ipsum de suæ uitæ, & scientiæ, integritate certificauit. Addidit q̃, q̃ quicq̃d deliberatè per ipsam a dño petierat impetraret, & maximè, q̃ statum sui ordinis non mutaret. Hæc ibi. Quã ergo scientiam Beatissima Virgo dixit esse integrã, quis unquam dubitabit, esse non integrã? Immò uerò inde pię credẽdũ est: q̃ illa, quę sic eum certificauit, singularem hanc ei sapientiã a filio suo impetrauerit. Item (ut ibi, supra) quadam nocte orationi insistentem, quò obscurus quidã scripturæ locus clarior sibi fieret, Petrus, & Paulus diuinitùs mistruxerunt. Hæc ibi. Ecce quos, & quãtos, præceptores sanctus Thomas habuit. Nõ mirum ergo, si diuus Paulus idẽ apostolus (ut ibi tangitur) scholas B. Thomæ uice quadam ingreditur, eiq; a seipso scisitanti an in suis epistolis uerum habuisset intellectum, respõdit: q̃ sic, quantum quis uiuens in corpore potest habere. Ab ecclesia igitur sanctæ militantę. S. & triumphãte, cum capite suo, fit, ut dum Sancti Thomę doctrinã mirificè cõmendant (ut per tot probationes uidimus) sua commendatione hanc esse, quam altissimam protestentur.

Apostoli Petrus & Paulus.

Sup epistolas D. Pauli mirabiliter expositio D. Thomæ.

NOS

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOS Frater Sixtus Fabri Lucensis sacræ Theologiæ professor, ac totius ordinis Prædicatorum humilis generalis magister & seruus. Viros doctrina insignes, virtuteq; ac morum integritate cõspicuos, quos pro Christi gloria, animarum salute, Christianæq; religionis augmento, in vinea domini diu laborasse, & iugiter laborare cognoscimus, sicut sincera dilectione prosequimur, ita ne ab incepto opere desistant, sed vt illud perficere studeant, monere, & hortari, & (vt nostri est munetis) animare solemus: quatenus de virtute in virtutem euntes, tandem videre liceat Deum deorum in Sion. Porrò eis, qui iuxta talentum sibi a domino tradium nedum præsentes instruendo, sed & posteris doctrinæ suæ monimenta relinquendo, Christianæ quidem reipublicæ plurimum vtilitatis, nostro vero ordini multum ornamenti afferre possunt: quæ nostratum sunt partium, libentissimè impartimur, in idq; incumbimus, vt laborum suorum fructus. & vigiliarum lucubrationes ad communem omnium vtilitatem, in lucem diligenter edantur. Quemadmodum tenore præsentium, nostri authoritate officij, tibi R. Patri sacræ Theologiæ magistro fratri Seraphino Capponi de Porrecta nostræ prouinciæ Lombardiæ (cuius singularem eruditionem iam pridem perspectam habemus, & cognitam) concedimus; quinimò in meritum sanctæ obedientiæ, sub formali præcepto mandamus: ut seruatis omnibus, quæ iuxta decretum sacri Concilij Tridentini Sess. 4. de editione & vsu sacrorum librorum seruari debent, quantò citius Typis committere; & præclo mandare studeas, veritates aureas super totam legem Mosaicam &c & scholia super Compendium Theologicæ veritatis Alberti Magni: & formalizationes, idest formales elucidationes, totius Summæ Angelici Doctoris S. Thomæ: nec non explanationem totius fidei Christianæ super Symbolum Apostolorum: & obseruationes super prædicabilia, prædicamenta, libros Posteriorũ, Physicorum, libros de anima, libros metaphysices, & quecunque alia impressione digna à te præmeditata: In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Quibuscunque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem his nostro sigillo munitis manu propria subscripsimus. Romæ die 4. Octobris 1583.

Fr. Sixtus Fabri Lucensis qui supra manu propria.

Locus Sigilli.

Assumptionis nostræ anno primo. Frater Io. Baptista Lancius Regien. Magister Prouincialis Terræ Sanctæ.

EGO Frater Liuius à lege Venetus Augustinianus Eremitanus, sacræ Theologiæ Doct. & sacrorum Canonũ obseruator, unus ex Theologis a sacto Venet. Inquisitionis tribunali sup reuisione & expurgatione librorũ deputatus, fide facio me vidisse & legisse Elucidationes formales sup Additiones ad tertiam partem Summæ Diui Thomæ, Authore admodũ R. P. Fratre Seraphino de Porrecta almi, Ord. Prædicatorum Sactæ Theologiæ Doct. in quibus citra vllam fidei, bonorũq; morũ offensionẽ stat omnia synceræ veritati maximè cõsona: imò (vt verum fatear) ita doctè, ita catholicè ex cogitatas, quemadmodũ illum decebat, qui talis, ac tanti Doct de Ecclesia sancta Dei optimè meriti, cuius memoria in benedictione est, irrefragabilem doctrinam elucidaturus erat: vt, dum illas non indiligenter, neque ingratè percurrerem, suauè quandam symphoniam (quæ mira est authoris dexteritas) inter Ecclesiæ veritatem, & S. Doct. veritatem, quæ uniuersum me rapiebat, sentire sim visus. Vnde cum maxima omnium studiosorum, præsertimq; illorum, qui, quot salubertima uarijs, ijsdemq; magnis, sponsa Dei vulneribus Angelica Angelici Doct. doctrina adhibuerit pharmaca, uidere cupiunt, vtilitate excudentur. In quorum fidem manum apposui, & sigillo, quo utor communiui. Venetijs ex meo S. Stephani Prothomartyris Conuentu. Sexto Idus Maij. 1588.

Locus Sigilli.

Ita est frater Liuius, qui supra.

NOS Frater Stephanus Guaraldus de Cento Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magister, ac hæreticæ prauitatis in toto Sereniſſimo Dominio Veneto Generalis Inquisitor. Visis attestationib. DD. super libros approbandos, uel reprobandos præmisso diligenti examine deputatorum, præcipuè autem admodum R. P. Magistri Liuij à Lege Theologi peritissimi ord. Eremitarum San. Aug. iuxta sacrosancti Concilij Tridentini Decretum in 4. Sess. & Reuerendissimi Generalis ordinis Prædicatorum Magistri Patris fratris Sixti Fabri Lucensis ordinationem super hoc specialem, quod videlicet ab ipsis fuerit approbarum, ut impressioni mandent Elucidationes formales sup Additiones ad tertiã partẽ Sũmæ S. Tho. Angelici Doct. Authore admodũ Reuer. Patre Fr. Seraphino Capponi è Porrecta ordinis item Prædicatorũ sacræ Theologiæ Magistro celebertimo. Visis inquam ꝓdictis, & nos ad huiusmodi Elucidationes pro cõi vtilitate imprimendas suffragium damus, eas quæ insuper plurimum commodi non modò Lectoribus sacræ Theologiæ, sed & verbi Dei Prædicatoribus, cæterisq; veris studiosis allaturas fore cẽsemus: idq; eò libentius facere decreuimus, cùm præsertim Elucidationes illæ venena latentia detegant hæreticorum, fictitiaque eorum commẽta efficaciſſimè disperdant. Approbatio etiam præmissorum continebat, huiusmodi Elucidationes nil contra orthodoxam fidem, nisi contra bonos mores, nil contra Chtistianos Principes continere. Cui approbationi subscribimus & nos. In quorum fidem sigillum, & manum nostram his apposuimus. Dat. Venetijs, Idibus Maij. 1588.

Locus Sigilli.

Ita est. Frater Stephanus Guaraldus de Cento, qui supra, Inquisitor Ven.

REGVLÆ AD LECTOREM.

PRo elucidationum formalium & probationum, conclusionum, & responsionum argumentorum & appendicum, notata regulæ quædam ad lectorem, candido fuo ingenio reliquas per se in dies magis, multiplici emolumento assecuturum.

Præfatio mutua cum conclusionum.

Ly quia. 1 Probationes conclusionum ponuntur per ly quia, ut nesciens tibus formam argumentandi comprehendat, ac ulterà hoc ponuntur in forma, ut scientibus illam etiam familiar. In signũ huius, q. ꝓponantur in forma remouentur ly quia, & sic deductis omnibus aliis pro uno antecedente, inferatur conclusio quæ probatur, præponendo ly ergo. Verbi gra. Probatio conclusionis articuli primi: licet nẽ Quia necessarium est homini, ũ nulla alia re ꝓ cognoscat quædam de Deo, quæ rationem humanam excedunt & illa per rationem humanam non pẽt homo cognoscere. Ecce probatio. Tunc sic abstulerris ly quia, adiungendo ly ergo post unum reliquum, dices in forma sic. Necessarium est h. u. s. q. cog. d. D. q. r. h. c. & i. per r. h. n. p. h. cognoscere: ergo (ex conclusio litera) necessarium fuit homini ad salutem, q. ei nota fierent quædam per reuelationem diuinam, quæ rationem humanam excedunt. Hic est finis conclusionis pro parte correspõdente isti probation. Vide numerum. 4. infra.

Præcedẽs. 2 Per antecedens hypotheticum copulativum. i. per propositionem copulativam, explicatur probatio quæque: aliquãdo aũt, licet rarius, per antecedens cathegoricum: i. propositionẽ simplicem. Hoc patet in prædicta probationis exemplo, quo ad antecedens hypotheticum copulativũ. Id autem fiat forma argmẽtãdi (si quis ea uti noluerit) promptius occurrat, absq; noua termi norũ additione. Sic ergo quælibet probatio uno enthymemate, seu consequentia conflatur. Exemplum habes supra.

Parenthesẽs antecedentibus immixę. 3 Ideo inter illud antecedens ponuntur quædam per modum parenthesis, licet propriè non sint parentheses: ne fiat confusio in antecedente illo ex mixtura talium: sed ut & antecedens & illud appositum remaneant seorsum, unumquodq; in sua puritate. Appositum illud uel interpositum est probatio, uel declaratio partis antecedentis, cui immediatè apponuntur: patet consideranti. Talis modus inuentus est procedendi: ne aliquid necessarij summatim ꝓgredientes deesset, & ut breuitas (cui iuxta titulum libri, Tantenditur) obseruaretur. Omissæ fuit huiusmodi probationes alicubi, uidendæ minime nimirum in textu sancti doctoris: eo q, ut (ut minus retur, non necessarium usum est. Idcirco & opiniones aliorum, & rationes eorum & oppugnationes fuisse non uere illarum, dimissæ sunt.

† 4 Numeri quinque adijciuntur in. 1. Quia necessariũ &c. 2. Quia nõ facit &c. 3. Quia quærunt &c. Tunc per lumẽ denotant, q. sunt in textu plures probationes eiusdem cõclusionis tantus, & quòd ly 1. Quia, est prima, ly 2. Quia, est secunda, ly 3. Quia est tertia, probatio. Quæque numeri addunter sic, 2. Quia necessariũ est homini &c. 3. Quia (ly ad ea etiam &c. Si non reuelarentur diuinitus &c. Hoc mẽ pium probationis ex. q. 1. ar. 2. tractum sit pro omnibus simplibus. Tunc ergo quando fad secundum Quia, apponitur mox talis clausula (ly ad ea &c. uel, ly alio modo &c. uel aliqua alia dictione) designatur, q. conclusio ante posita habet multas causas: q. ly 1. Quia, est probatio partis primæ, ly 2. Quia, ꝓbatio secundæ ly 3. Quia, tertiæ; & sic de singulis. Clausula uero talis (ly ad ea &c.) apponitur quæ principium partis cõclusionis innuat: ut scias, quòd conclusionis pars probare intendat ly 2. Quia uel ly 3. Quia. Nam tunc, eo q. primum Quia, probauit primam conclusionis partẽ, deo annotare ꝓfecto oportuit, quam partem probarent. Quia secundũ, Quia tertium, &c. & ut sciremus, q. tunc nullum Quia, pbat totam conclusionẽ (quod alias fecit singulum) sed unumquodq; sua partẽ diuinum. Verbi gratia. In 1. & 2. arti. 1. nullũ Quia, totã cõclusionẽ probat, sed partẽ, & unusquisq; suã (ut ibi videre est) in nono aũt articulo singula Quia, pbat totã primã cõclusionẽ.

Textus ubique uidendus. 5 In his omnib. probat omnis conclusionũ (sicut & in additionibus argumentorũ, & in appendicibus articulorũ) ꝓsupponitur semper, q. textus diui Thomæ uideat. Et ibi multa, uel tacentur ꝓfecto, uel ad plenum nõ explicata, confuto diminuuntur, quæ in ne textuali mẽsione definderari possent. Sic ergo cauens, & prudens. Nõ in imitationis mea fuit, aliquod dictorum à textu aut eo, aut fine, argumentationibus pertrahere: sed nudam textus veritatẽ, cũ aliqua (quæ multa est, maximè contra hæreses) mihi tantæ inde per se naitentis, pro minimo modulo pauxillarũ mearum succinctè enucleare, aperiendo potius diam cultoribus veritatis plos quippiã fructi ri patentis confouẽ mittit gãdẽ, ꝙ plurima sensa explicando. Hanc ob rem, huc dat ordei formales, titulus operis est. In ly elucidationes, sed ꝓdisiequã enodationẽ. Iy Formales, breuitatem consideremus, ꝓ ea referendo promittat.

Responsiones argumentorum.

Intentio authoris sanctoꝺ doctori, magistro suo multũ cõformis.

Rõsionũ argumentorum. 1 Ad propositionẽ, quæ a Dialectici uocantur maximę, reducuntur (quo ad fieri potuit) argumenta omnia, ut sic formaliter respondendo, glossatis ea patear utilitas maior, solutio clarior, lectio studiosis gratior. Maioraquia poretis extendi (utpote propositio maxima ad oẽs scientiarum quarumuis fere materias, cũ glossemate suo: & sic pauca legẽdo plurima colligeꝝ. ærque numeraliter uno intuitu innumeras (prudẽs un negociator, breui ditissimus euasurus) facilè cõparabis. Clariorq; formalis materiæ in subiectæ eiusdẽ applicatio. Gratiorq; quæ ingeniosi intellectus ratio suauius quanto arguitis, trahens salubrũ collat.

2 Propositionum ipsarum sic glossandarum nodus tanũmodo iudicetur, uerborum illud, ex quo totum rei negotiũ pendet: quo uidelicet soluto exacta facilimè solumus, & quo irretorto reliqua irresoluta uideantur. Ad hunc nodum (si profundius uestri) responsa sua D. Thomas ita dirigerunt ipsum mira dexteritate usus, acu felicissime tangat. Verbi gratia. In 1. argumento primo (eligendo ex ipso propositionem maximã) nodus est ly Conari. Respondent. D. Th. ait sic. Ad primum ergo dicendum q. licet ea, quæ sunt altiora hois cognitione, nõ sunt ab homine per rationem inquirenda, sunt in a Deo reuelata, suscipienda per fidem. Nonne uides, hic sanctum doctorẽ (tacco: q. si mul fatisfacis authoritati ecclesiasticæ) respondere dicendẽ ad ly conari, q. non per rationem inquirendo cognandum sit, sed per fidem reuelata suscipiendo? In ꝓpice formale nostrum respectum ex ea re adi, & sic ubique. si ua facias, in Angelici Doctoris Augelicum ingenium non semel admiteris.

Nodus.

Sensus affirmatiũ uel negatiuus.

3 Verbulum illud, seu uocula adducta, ex propositionis literæ, unde sumetur, dijudicanda semper est: ut um in sensu affirmatiuo siet, uel negatiuo. Sic enim net, ut euam formalia responsa mox posita sic, & melius absque errore intelligantur.

De signo §.

4 Post formales rẽsum sequitur immediatè signum hoc §. uel simile distinctiui formæ præmissæ à sequuta applicatione ad materiã, de qua ibi tractatur. Tale signũ distinctiuum ẽt interponuntur maximè illi argumenti glossati lucidius, sine mixtione alicuius materiæ agnoscat, animum in sua puritate (quãdocunque uoluerit) facilius capias, capitã ad quæ placuerit scientiã securius possidẽdã, pro ubi occurrerit termino manifestato.

Postsignũ §. sequens.

5 Post tale signum sequitur declaratio alicuius termini in formali ratio prætacti, inde applicatio ad materiam uel in nulla fiat termini. talis declaratio, mox post signum sequitur applicatio sic. Tunc nihil contra, uel abbreuiatæ Tunc &c. Hoc est, Sancte glossa data ad propositionem illam argumentia adductam, nihil concluditur contra ueritatem articuli. Sublequitur euidigio huius dicti, tunc &c. ratio sic Nã, uel. Licet in uel alia rationalia consuetio. Et hæc sumitur ex litera, uicinioribus quæ sumuntur, & reliqua omnia: sed remotius.

Primũ de maiori.

6 Vt noueris, vbiam textu argumentorũ uocabula, quæ dicitur, assumantur nomina est sic. 1m de maiori, uel 1m de minori, uel 1m de antecedente, uel 1m de cõsiliutione, uel, 1m de cõsequentia, uel, 1m ex Augustino, uel ex Gregorio, Hieronymo: Dionysio, uel simili. Adeo, q. ly, 1m designat numerũ argumentorũ, ly de maiori denotat ꝓpositionẽ; ly ex Augustino authoritatẽ: & qđ dico de ly 1m, de ly de maiori, de ly ex Augustino, dictum sit de ly 2m 3m 4m &c. de ly de minori, cõsiutione, antecedente, cõsequentia, &c. de ly de probatione minoris, de consequentia prima, secunda &c. Verbi gratia, ut sequitur.

Maiorũ.

7 Assumatur primæ quæstionis primi articuli primũ argũ cũ rãsio, & solutionibus &c. & ꝓpositis plenioti prædictorũ oium dicatur, Practicafic. 1m de maiori Conari. &. per rõnẽ tuã inquirendo ꝙđ, per curly Prifidem ipsa a Deo reuelata suscipiẽdo §. tũc nihil contra. Nam li mum. de cet ola necessaria &c. Ecce ly 1m de maiori designat, q. hoc argumentũ est primũ in ordine argũ: ly de maiori, q. de ꝓpositione maiori, illius argumẽti. Collige uocula sequẽs. i. ly conari: si qua cõstitit totus ꝓpositionis, & cõsequenter argumẽti nodus. Ly conari, est ergo de bonũ maximæ ly & solutionis signũ, ly g rõnem ꝓ. inq. nõ p. ip. a D. r. fit. ex rõne ad illud verbulũ, & cõsequenter ad totã ꝓpõnem maximã. Quasi tanto ipsa aperte dicatilla ꝓpositio maior, ad ea ꝙ supra rõne sunt hõ non dẽt conari, intelligitur sic, q. ad ea nõ dẽt conari per rõnẽ tolã humanã ita q. p hãc tenentur ea inquirere aut apprehẽdere: nõ aũt intelligit sic, q. hõ ad ea nõ debeat conari. q. tũdẽ, ea. s. a Deo reuelata suscipiẽdo. Ly §. est signũ denotãs, q. formale tãtum est finitũ: & distinguẽs ab ipsum a materia. a. sequenti applicatione ad eã, materiam, de qua ibi tractatur. Ly tunc nihil contra, ũ go. fieat, q. tunc. i. tãe glosa respondali, nihil hr contra ueritatẽ articuli Ly Nam licet &c. est rũ offẽdens, q. stante glosa prædicta tãtali, nihil concluditur contra ueritatẽ articuli. Hinc, ex rãsio. & eius applicatione, & habes (id quod non negauit momẽti est) in quo sensu ueritatem propositio argumẽti adducta. Brevissimo g. iure compendiolo & maximas fere infinitas habebis, ut per scientias uarias ijs rebus differentes edeuntur, & uero sensu donatas, ut scientiarum ipsarum ueritatem tueri possis, & falso sensu expresse primatas, ut fallaces argumentationes ubilibet scientiarũ ipsarum destructrices extricare valeas.

Vtilitas magna paucis inuisa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Appendicum articulorum.

De utilitate mirifica.

1 Vtilitatem, quam D. Thomas Aquinas ecclesiæ sanctæ Dei, ex testi sua doctrina attulit vtum, affert quotidie & afferet in seculo illa beatus, ad plenū quis enarrabit? Non tota itaq; sed ex tota aliquam mihi ab eius sactis decisionibus per articulos sum vltrò oblatam (cōtra hæreses præcipuè) per appendices enarrare curani. Pendet enim suapte natura ex articulis illis ipsa utilitas: & ideo locus, ubi hæc explanatur, appendix iure vocatur.

Appēdix.

2 Ly per rationem, in principio appendicis ibi, (1. quomodo per rationem) intelligitur ratio, uel rationes in corpore positæ ad probandas conclusiones ly per rationem.

ly hæresis ly error.

3 A nomine cōiugato, denominatur hæresis, & de errore quo a spali, & de hæresiarcha tū p ly error nō intelligitur hæresis proprie dicta, sed extra hæresim sic dicta quicunq; alius extra subiectā materiā error. Ad discernendū aūt, in quo sensu sūmat nomen erroris inspice ad canonicas dānationes, sc̄do numero, adductas. Si.n.a scripturis sanctis, uel a summis pontificibus, vel a legitimis concilijs, errore hmōi dānatū reperies, tunc p ly error intelligi hæresim, dices. Idē etiā dicendum, qñ positio denominata error esset alias contra eōem sensum ecclesiæ, in fide.

Repetitio errorum.

Notādd quoque, ne error q; hæresis nomine hic sumitur illud, quod a fide discordat secundum sententiam q; authores illius nūquam suscepissent baptismum, ut sunt pagani, & iudæi. De dogmatibus namq; secundum se ipsos principaliter, loquimur: quæ lesiones interim fuerint dogmatizantes.

Authores errorum.

4 Dānātur qhq; eędem hæreses & errores, & consequenter adducuntur, non tñ in uno loco, sed ēn pluribus: & hoc sū pp diuersa motiua articulorum, uel ēt pp diuersas partes propositionum erroneārum. Ex adductis maxime canonicis confutationibus errorum apparet primū, quis nam sensus fuerit illorū: ne fortē bono sensu vertere aliquando uelit errores, qui secundum q; pro talibus referuntur, ic uestiendi non sunt. Non nominantur omnes errorum authores: sed ancestigiari, uel similes, quos memoriæ proditos licuit inuenire. Illorum argumenta (si qua tunc) lectori leuādo & fyncerē uerum studenti, de industria non adduximus, præter q; frivola omnia & solubilia sūt (sic.n. habet Leo x. in Concil. Later. sess. 8. de hæresibus) hoc in opere pro tanto errores huiusmodi adducuntur, pro quanto vtilitatem, quam Doctor Angelicus, lumen ecclesiæ, eidem multipliciter attulit, eos impugnādo, aut exponendo, cernere possis.

Præt. director. &c. allegationes.

5 Sæpius videbis sic (Prat. Arnaldistæ, Albanēses, aut hmōi) uel sic (director. inquisi. 2. p. q. 9. aut hmōi) uel simile. Intelligē p hoc q; Gabriel Pratcolus Marcosius illā hæresim, uel errorē reuixit uulgatissimus (Arnaldistæ, Albanenses aut &c. Tunc uidere potes libros suum de uitijs hæreticorum, fectis, & erroribus: ubi multa scitu dignissima ad malas uias, mortēq; hostiū sanctæ ecclesiæ pertinentia reperies. Videbis quoto millesimo, uel centenario, & anno enumerint illos errores: & hinc agnoscet, q; doctrina sancti Thomæ posteriores ēt a multis annis post suū felicē transitū, hæreticos profligauit. Adeō q; doctrinā ipsā Angelicā in hoc sensu nō immerito pphetica uocari posse, cōcludes.

Doctrina S. Th. quō pphetica.

Per ly dicere, inquisi. 2. p. q. 9. intelliges: q; talis error a directorio inquisitorū in secūda parte, qōne nona recitat. Ex dictis aliorum rarius ad hmōi finē allegato, p ceptum facilius intelliges. Nullū ergo errorē attribuo ego eorum authori, sed ab alijs hoc mutuatus, & mutuatū esse p similes allegationes intelligi uolui: licet, de errorum talium damnationibus, secus dicendum sit.

Necessarium quando est ly. 2. p tōné.

6 Primo loco posquam S. Doctor per rationem naturalem dānauit hæresim, secundo per exēplū eorum sustinet ecclesiæ dogmata, ostendendo uidelicet q; ipsa merito & iure cōdēnauit hæresim illā. Et hoc tuis necessarijs nō quidē absolute (cum p nūdē cōstet, Ecclesiā non posse in hīs errare, ut habes in Addit. q. 19. ar. 3. appen.) sed sedmi quid, uidelicet ad faciēdū, in sua cōscientia

1. p tōné, 2. p tōné falsē, obmutescere imprudētū (quales, peculdubio hæretici sūt) ostendas. ignorantiam. Possent enim ad excusandas excusationes in peccatis, dicere, & forsan inter se nunc murmurando mendaci bucca blaterant, q; Ecclesia Romana semper in errore fuit, suos abiurationē, sed solum pro libito cōdēnauit. Vt ergo conuertantur retrorsū & erubescant mōstrator q; D. Th. tōnes firmissimas, q; S. E. Rom. iure optimo seu tutissime tales hæreticas & erroneas positiones pro condēnatis reprobauit. Idcirco, ut de necessitate salutis sint astricti se quandiu non resipuerint, condēnatos fuisse: tacitus. 88 Doctorum (qui multi, & ueracissimi sunt auctoritatibus, Pōtificum solummodo maximorum, sacrorum conciliorum, aut diuinarum scripturarum, armis contra inimicos domus Dauid insurreximus: arma ipsa, pro tantorū & mīstrorū ueritatis & ecclēdæ salutatuitia, ad iram extendēs. Vna igit manu Diuus Thomas prosternit hostes: altera sustētat ecclesiā: quorsū utrūq; insigniter factum in eiusdē ecclesiæ maximā utilitate, itaquam unum, eōuertimus ita ut nomen eī papa Iulio iij. pro D. Thoma in officio suo, uetuerit exclamet, ALMA MATER ECCLESIA, CHRISTI FVNDATA SANGVINE, SCEPTRA CONSCENDIT GRANDIA, NOVI DOCTORIS LVMINE: cuius dicti quanta sit ueritas, cōcilia facta de quibus supra in, de altitudine doc. D. Thom. mirifice (ut in eis est uidere) probarunt. Quantę uerō sint auctoritatis concilia eiusm̄odi specialia, uide 3. p. q. 105. ar. 1. not. post appen.

Præconiū Thomæ.

7 Tertio in appendicibus loco, doctrinam illius articuli ex præmissis consolidatam esse, concludimus, & uere sic est. Nam signū uerissimū (sēm Philosophum) hoc est, quando ex re illa, q; uera dicebatur, solumtur ois dubitationes, maxime uerō, qñ ex ipsa propulsantur errores. Erroris igitur exclusio est eius, quod hūc excludit ueritatis assertio: Testimonium ergo ab inimicis hēt S. Thomæ doctrina: dū ex ipsa (vt p appendices patet) hæreses ef fugantur. Rursus. Si uerō uero non contrariatur, sed cōcordat (vt ex Leone x. in Concil. generali sess. 8. hē) & sanctissimus doctrina ecclesiæ ueritati concordat maximē (vt ly secundo appēdicū loquēs) apertissimē relinquitur ex hoc, q; ecclesiæ ueritas huius doctoris ueritati sibi adeō cōcordantis receptoē sufferagatur. Ab amicis ergo, & ab inimicis (ut supra) doctoris Angelici ueritas cōmendatur.

Duo efficacissima testimonia ueritatis diui Thomæ.

8 Per ly qūo, (puta, 1. habes, qūo, 1. habes, qūo 5. uides, qūo) excitare uolui ingenium tuum ad tantæ rei studium. Quali p hoc ubi dicatur. Cura: ut bene applices a S. Thoma hic habita ad res istas nunc infrascriptas: qūi substantia doctrinæ hic traditur, sed modus bonæ applicationis a te requiritur: quatenus & ubi tradita discas, & illa discendo, bene dispensare conaris ingenio tuo. Notanq; quando dicitur, ly 2. habes quomodo per ratiōem ostendas, hanc, vel hanc meritō damnari a cōcilijs &c. & possea (sequuntur plura concilia uel etiam sacræ scripturæ, vel summi Pontifices sine replicatione de ly habes quomodo p rationem ostendas, meritō hanc uel has damnari: tunc semper obijce subintelligitur, adeō q; semel illud prædixisse accipitur pro singulis dictum. Sic enim non tantum ad damnationem errorum, sed etiam ad utilitatem a Diuo Thoma per articulum illum ecclesiæ allatam (cui intendimus) respicitur.

ly qūo.

ly qūo p rōné ostēdas, hoc meritō damnari, uel aliqd simile.

(NOT. Saepissimē in nucleis ly: ut ly homo, ly uel dicendum, de ly bonum, per ly facies, examen ly inclinari, uel huiusmodi. Scito igitur, quod ly uel est sumptum pro uulgari, ut in textu ly uel dicendum, ly uel potest dicinel sumitur materialiter ut ly homo, ly inclinari (i. hoc uocabulum siue hæc dictio, Homo, Inclinans:) uel tanquam mixtum cum uulgari, & materiali, ut de ly bonum, per ly facies (i. de ista dictione bonum, p illā dictionem, facies) uel sumitur pro huiusmodi quod facilius p te conijcies. Hoc autem factum ex industria ellius breuitati cōsulerem, & confusio uocum euitaretur, & ut uenientibus noui tijs è Philosophia, ubi sunt familiares tales modi loquendi, cōformaremur. Rursum aduerte quōd curatum est præcipuè, vt expositio in his Elucidationibus formalibus esset literæ (quā cum uero potuit) perfectissima: quō ad sacræ Theologiæ summā hanc facilius capiendam nouitij assurgant. Animum enim se affectuosi cognoscentes si tanti Doctoris B. Thomæ sensum literalem (ut par est) penetrauerint. Dimissis ergo lationibus dubijs, opinionibus, disputationibus, digressionibus, &c. circa expositionem hanc methodicam textus nelun corporis animulam (Deo fauente) inflammus. Item quoniam de prouincialibus concilijs quantæ sint authoritatis facta est mentio: & allegata est prima pars, in loco sexto appen. art. quę forsan ad manus nūc non perueniet: ideō in tuum commodum de his uerba facere decreuimus est in præsenti. Dicit igitur Concilium Nicenum secundum, de huiusmodi Conciliis, in act one tertia loquens. Locales autem synodos non auertamur: sed magis amamus, amplectimur, & recipimus, earum etiam deuinitus in spirata canonicas constitutiones correctiones, & utiles earum legislationes summa obseruantia colimus. Hæc ibi. Item Concilium ipsum post actionem septimam in canone primo de eidem Conciliis localibus, idest prouincialibus, inquit sic. A sanctis Apostolis prius editos canones & à sanctis uniuersalibus, & localibus (synodis amplectentes eos anathematizamus, qui ab ipsis anathematizati fuere: deponimus, qui depositi fuere, tuhilque his adijcimus non inexplebiles, (ut aiunt) exercilia

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO IX.

De qualitate confessionis.

Vtrum confessio possit esse informis? Sic: Vt est pars sacramenti, non vt est actus virtutis. 1
Vtrum oporteat confessionem esse integram? Sic. 2
Vtrum quis possit per alium vel per scriptum confiteri? Nō: nisi in aliquo determinato casu. 3
Vtrum conditiones assignatæ requirātur ad confessionem? Sic: alias de necessitate, alias de bene esse. 4

QVAESTIO X.

De effectu confessionis.

Vtrum confessio liberet à morte peccati? Sic: ex vi absolutionis coniuncta. 1
Vtrū confessio liberet aliquo modo à pena? Sic: dupliciter. 2
Vtrum confessio aperiat Paradisum? Sic. 3
Vtrum confessio ipsum trihnat salutis? Sic. 4
Vtrum cōfessio generalis sufficiat ad delenda mortalia oblita? Sic: loquendo de oblitis in casu, quo oblitio sufficienter excusat. 5

QVAESTIO XI.

De sigillo confessionis.

Vtrum in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit? Sic: de necessitate sacramenti. 1
Vtrum sigillum confessionis se extendat ad alia quàm ad ea quæ sunt de confessione? Sic, indirecte: dicta tamen in confessione. 2
Vtrum solus sacerdos habeat sigillum confessionis? Sic: proprie: quidam alij participatiue. 3
Vtrum de licentia confitentis possit sacerdos dicere qua habet in confessione? Sic: cum debita prudentia. 4
Vtrum ille qui scit aliquid per confessionem, & per alium modum etiam, possit revelare illud? Sic: pro quanto scit illud, vt homo, & cum debita prudentia. 5

QVAESTIO XII.

De satisfactione, & eius quidditate

Vtrum satisfactio sit virtus, vel actus virtutis? Sic: materialiter sumpta, & formaliter. 1
Vtrum satisfactio sit actus iustitiæ? Sic vindicatiue. 2
Vtrum definitio satisfactionis in littera conuenienter ponatur? Sic: secundum quòd satisfactio præseruat à culpa futura. 3

QVAESTIO XIII.

De satisfactionis possibilitate.

Vtrum homo possit Deo satisfacere? Sic: sumendo ly satis, vt dicit æqualitatem proportionis. 1
Vtrum vnus pro alio possit pœnam satisfactoriam explere? Sic: quantum ad solutionem debiti: dummodo sit in charitate. 2

QVAESTIO XIIII.

De qualitate satisfactionis.

Vtrum homo possit de suo peccato satisfacere sine alio? Non: alio in voluntate veretur. 1
Vtrum qui extra charitatem existens possit satisfacere de peccatis antè contritu? Non. 2
Vtrum valere possit satisfactio precedens, postquàm charitatem habuerit? Non. 3
Vtrum bona facta extra charitatem sint in aliquo meritoria? Non: de congruo: sed de congruo. 4
Vtrum opera predicta valeant ad mitigationem panarū infernalium? Non: ad mitigationem aliquam ponitur: sed quodammodo negatiuam. 5

QVAESTIO XV.

De his per quæ fit satisfactio.

Vtrum oporteat fieri satisfactionem per opera penalia? Sic: & quantum ad offensam præteritam, & quantum ad culpam futuram. 1
Vtrum flagella præsentis vitæ sine satisfactoria? Sic: si patienter ad purgationem peccatorum acceptentur. 2
Vtrum conuenienter enumerentur opera satisfactoria? Sic: videlicet eleemosyna, ieiunium, & oratio. 3

QVAESTIO XVI.

De suscipientibus hoc sacramentum.

Vtrum pœnitentia possit esse in innocentibus? Non; nisi secundum habitum. 1
Vtrum sancti homines qui sunt in gloria habeant pœnitentiam? Sic: secundum habitum, non secundum eundem actum, qui erat in via. 2
Vtrum Angelus sit susceptiuus pœnitentiæ? Non: nisi malus, sed inutiliter & inutiliter. 3

QVAESTIO XVII.

De potestate clauium.

Vtrū claues in ecclesia esse debeant? Sic: claues ministerij. 1
Vtrum clauis sit potestas ligandi atque soluendi? Sic. 2
Vtrum sint duæ claues vel vna tantum? Sunt duæ, distinctæ secundum rationem. 3

QVAESTIO XVIII.

De effectu clauium.

Vtrum potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ? Sic: instrumentaliter, etiam in reo. 1
Vtrum sacerdos possit remittere peccatoru quo ad pœnā? Sic: quo ad temporalem ex vi clauium. 2
Vtrum sacerdos per potestatem clauium possit ligare? Sic; ad pœnam determinatam. 3
Vtrum sacerdos secundum proprium arbitrium possit ligare, & soluere? Non: nisi vt stat sub diuino influxu, tanquam Dei instrumentum. 4

QVAESTIO XIX.

De ministris clauium.

Vtrum sacerdos legalis claues habuerit? Nō: nisi in figura. 1
Vtrum Christus clauem habuerit? Sic: altiori modo, quàm minister suus. 2
Vtrum soli sacerdotes habeant claues? Sic: ordinis, non iurisdictionis. 3
Vtrum etiam sancti homines nō sacerdotes claues habeāt? Non ordinis: quantumcunque habeant de gratia. 4
Vtrum mali sacerdotes vsum clauium habeant? Sic. 5
Vtrum hæretici, schismatici, & excommunicati vsum clauium habeant? Non: ex defectu materiæ: non potestatis, quantum ad essentiam. 6

QVAESTIO XX.

De his in quos vsus clauium exerceri potest.

Vtrum sacerdos possit uti clauę, quam habet in quemlibet hominem? Non, nisi in sibi subditos dempto necessitatis articulo 1
Vtrum sacerdos possit semper suum subditū absoluere? Sic: de quibus habet iurisdictionem. 2
Vtrum aliquis vi possit claubus in suum superiorem? Nō: nisi ex auctoritate superioris. 3

QVAESTIO XXI.

De excommunicatione.

Vtrum competens sit hæc definitio excōmunicationis? Est. 1
Vtrum ecclesia debeat aliquem excommunicare? Sic. 2
Vtrum aliquis pro temporali damno debeat excommunicari? Potest, sed non debet nisi quibusdam adiunctis. 3
Vtrum excommunicatio multę late habeat aliquem effectum? Habet: dummodo non sit nulla. 4

QVAESTIO XXII.

De his qui possunt excommunicare.

Vtrum quilibet Sacerdos possit excommunicare? Non: nisi habeat iurisdictionem in foro exteriori 1
Vtrum non Sacerdotes excommunicare possint? Sic: si habeant iurisdictionem foro contentioso. 2
Vtrum excommunicatus vel suspensus possit alium excommunicare? Non: si ille sit suspensus à iurisdictione. 3
Vtrum aliquis possit seipsum vel aqualem, vel superiorem excommunicare? Nullus. 4
An in aliquam vniuersitatem sententia excommunicationis ferri possit? Non: quatis in singulos de vniuersitate. 5
Vtrum ille qui semel est excommunicatus excommunicari possit vlteriùs? Sic: ex eodem facto, vel alio. 6

QVAESTIO XXIII.

De participatione cum excommunicatis.

Vtrum excommunicato liceat communicare in pœna corporalibus? Non, excommunicato maiori, nisi in quibusdam casibus. 1
Vtrum participans excommunicato sit excommunicatus? Sic: quandoque maiori, quandoque tantum minori. 2
Vtrum participare cum excommunicato in casibus non cōcessis semper sit peccatum mortale? Non semper, probabilius loquendo: sed tantum in tribus casibus, 3

QVAESTIO XXIIII.

De absolutione ab excommunicatione.

Vtrum quilibet Sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absoluere? Non: nisi à minori. 1
Vtrum aliquis possit absolui inuitus ab excōmunicatione? Sic. 2
Vtrum quis possit absolui ab vna excommunicatione nisi absoluatur ab omnibus? Sic. 3

QVAESTIO XXV.

De indulgentia secundum se.

Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria? Sic: de immuncta, & de non immuncta; tum in foro Dei tum in foro Ecclesiæ. 1
Vtrum indulgentiæ tantum valeant, quantum pronunciātur? Sic, simpliciter: ratione authoritatis in dante, charitate in recipiente, pietate in causa. 2
Vtrum pro temporali subsidio fieri debeat indulgentia? Sic: vt temporale ordinatur ad spirituale. 3

QVAESTIO XXVI.

De his qui possunt indulgentias facere.

Vtrum Sacerdos parochialis possit indulgentias facere? Non, vt sacerdos parochialis. 1
Vtrum Diaconus possit indulgentias facere? Sic; si habeat iurisdictionem requisitam ad hoc. 2
Vtrum Episcopus possit indulgentias facere? Sic: Romanus plenè, alij secundum quòd est eis taxatum. 3
Vtrum ille qui est in peccato, possit indulgentias facere? Sic. 4

QVAESTIO XXVII.

De his quibus valent indulgentiæ.

Vtrum indulgentiæ valeant existentibus in peccato mortali? Non: nisi communicatio bonorum fiat per alium modum. 1
Vtrum indulgentia valeant Religiosis? Sic. 2
Vtrum ei, qui non facit id, pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari? Non. 3
Vtrum indulgentia valeat ei, qui facit eam? Sic: vtendo ea, quam pro alijs facit. 4

QVAESTIO XXVIII.

De solemni ritu pœnitentiæ.

Vtrum aliqua pœnitentia debeat publicari vel solemnizari? Sic. 1
Vtrum solennis pœnitentia iterari possit? Non. 2
Vtrum pœnitentia solennis sit imponenda mulieribus & et Sic, & viris, non tamen clericis, & tantum ab Episcopo. 3

QVAESTIO XXIX.

De sacramento extremæ Vnctionis.

Vtrum extrema vnctio sit sacramentum? Sic. 1
Vtrum extrema vnctio sit vnum sacramentum? Sic: vnitate perfectionis. 2
Vtrum hoc sacramanteum fuerit à Christo institutum? Sic: per seipsum. 3
Vtrum oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti? Sic. 4
Vtrum oporteat oleum esse consecratum? Sic. 5
Vtrum oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopum? Sic. 6
Vtrum hoc sacramentum habeat aliquam formam? Sic: determinatam. 7
Vtrum forma huius sacramenti, debeat proferri per orationem indicatiuam & non deprecatiuam? Per deprecatiuam. 8
Vtrum oratio prædicta sit competens forma huius sacramenti? Sic. 9

QVAESTIO XXX.

De effectu huius sacramenti.

Vtrum extrema vnctio valeat ad remissionem omnium peccatorum? Sic: ex consequenti; principaliter tamen ad reliquias eorum. 1
Vtrum sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti? Sic: quando expedit. 2
Vtrum hoc sacramentum imprimat characterem? Non. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO XXXI.

De ministro huius sacramenti.

Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre? Non. 1
Vtrum Diaconi possint hoc sacramentum conferre? Non. 2
Vtrum solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre? Non: sed & simplex sacerdos. 3

QVAESTIO XXXII.

Quibus hoc sacramentum conferri debet, & in qua parte.

Vtrum hoc sacramentum sanis conferri possit? Non. 1
Vtrum hoc sacramentum debeat dari in qualibet infirmitate? Non: nisi ex infirmitate sint in statu exeuntium. 2
Vtrum hoc sacramentum dari debeat furiosis? Non: nisi in statu lucidi intervalli. 3
Vtrum hoc sacramentum dari debeat pueris? Non. 4
Vtrum in hoc sacramento totū corpus debeat ungi? Nō. 5
Vtrum convenienter determinentur illa partes ungendæ? Sic: organa quinque sensuum, pedes, renes. 6
Vtrum mutilati debeant ungi illis membris? Sic: quātò propinquius fieri potest ad partes illas. 7

QVAESTIO XXXIII.

De iteratione huius sacramenti.

Vtrum hoc sacramentum debeat iterari? Potest. 1
Vtrum in eadem infirmitate debeat iterari? Non: nisi sit de diuturnis. 2

QVAESTIO XXXIIII.

De sacramento ordinis quò ad eius essentiam, & eius partes.

Vtrū ordo in ecclesia esse debeat? Sic, & ibi positus à Deo. 1
Vtrum convenienter ordo definiatur? Sic: à magistro: secundum quòd est ecclesiæ sacramentum. 2
Vtrum ordo sit sacramentum? Sic; indubitanter. 3
Vtrum forma huius sacramenti convenienter exprimatur? Sic. 4
Vtrum hoc sacramentum habeat materiam? Sic: magis ad determinandam, quàm ad causandam, potestatem. 5

QVAESTIO XXXV.

De effectu huius sacramenti.

Vtrum in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens? Sic. 1
Vtrum in sacramento ordinis character imprimatur quantum ad omnes ordines? Sic. 2
Vtrum character ordinis præsupponat characterem baptismalem? Sic: de necessitate etiam sacramenti. 3
Vtrum character ordinis præsupponat characterem confirmationis? Sic: de congruitate. 4
Vtrum character vnius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius ordinis? Sic: de necessitate præcepti, tantum. 5

QVAESTIO XXXVI.

De qualitate susceipiendum.

Vtrum in suscipientibus ordinem requiratur bonitas vitæ? Sic: de necessitate præcepti, tantum. 1
Vtrum requiratur scientia totius sacræ scripturæ? Non: nisi secundum quòd requiritur ad officium eius. 2
Vtrum pro merito vitæ aliquis gradus ordinis cōsequatur? Non. 3
Vtrum promouens ad ordines indignos peccet? Sic: & mortaliter. 4
Vtrum quis in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto uti? Non: sine mortali. 5

QVAESTIO XXXVII.

De distinctione ordinum.

Verum debeant plures ordines distingui? Sic: propter tria. 1
Vtrum sint septem ordines? Sic: & vnus est dignior alio secundum relationem ad Eucharistiam. 2
Vtrum ordines debeant distingui per sacros & non sacros? Sic: vt ly sacer cadit super materiam tractatam. 3
Vtrum actus ordinum conuenienter assignētur? Sic: tum principales, tum minus principales. 4
Vtrum sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione? Sic: calicis scilicet cum vino, & patena superposita cum pane, sub forma determinata verborum. 5

QVAESTIO XXXVIII.

De conferentibus hoc sacramentum.

Vtrum tantum episcopus ordinis sacramentum conferat? Sic: ex officio suo. 1
Vtrum hæretici, & ab ecclesia præcisi possint ordines conferre? Sic; quantum ad characterem: sed peccant, & gratiam non dant. 2

QVAESTIO XXXIX.

De impedimentis huius sacramenti.

Vtrum sexus femineus ordinis susceptionē impediat? Sic: etiam quod exhiberentur ei omnia, quæ in ordinibus fiunt. 1
Vtrum pueri carentes vsu rationis ordines possint suscipere? Sic: quò ad minores licite in casu, quo ad maiores, non sine peccato. 2
Vtrum seruitus impediat aliquem à susceptione ordinis? Sic: characterem tamen susceptit, si ordinatur. 3
Vtrum propter homicidium aliquis debeat ab ordinibus prohiberi? Sic: tamē characterem recipit, si ordinatur. 4
Vtrum illegitimè nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri? Sic: de necessitate præceptionem sacramenti. 5
Vtrum propter defectum membrorum debeat aliquis impediri? Sic: si sit notabilis, vel periculum in executione facere potens. 6

QVAESTIO XL.

De his quæ annexa sunt sacramento ordinis.

Vtrum ordinati debeant tonsuram deferre? Sic: per modū coronæ, & rasuram. 1
Vtrum corona sit ordo? Non: sed præambulum ad ordinē. 2
Vtrum per receptionem coronæ remittatur temporalibus bonis? Non: nec etiam patrimonio. 3
Vtrum supra Sacerdotalem ordinem debeat esse potestas Episcopalis? Sic: quò ad actum secundarium solum sacerdotis. 4
Vtrum Episcopatus sit ordo? Non: nisi, ut officium quoddā respectu quarumcunq; rerum sacrarum. 5
Vtrum super Episcopos possit esse aliquis superior in Ecclesia? Potest: & oportet. 6
Vtrum vestes ministrorū conuenienter sint institutæ? Sic. 7

QVAESTIO XLI.

De sacramento matrimonij quod est in officium naturæ.

Vtrum matrimonium sit de iure naturali? Sic: secundum quòd ius naturale est, ad quod natura inclinat. 1
Vtrum matrimonium cadat sub præcepto? Non: nisi respectu multitudinis: etiam secundum philosophos. 2
Vtrum actus matrimonij sit licitus? Sic. 3
Vtrum actus matrimonij sit meritorius? Sic: in habente gratiam. 4

QVAESTIO XLII.

De matrimonio inquantum est sacramentum.

Vtrum matrimonium sit sacramentum? Sic. 1
Vtrum matrimonium debuerit institui ante peccatū? Sic: & post, & posſ; ratione diuersorum. 2
Vtrum matrimonium conferat gratiam? Sic: si sit contractum in fide Christi. 3
Vtrum carnalis commixtio sit de integritate matrimonij? Non: nisi de secunda. 4

QVAESTIO XLIII.

De matrimonio quantum ad sponsalia.

Vtrum sponsalia sint futurarū nuptiarum promissio? Sic. 1
Vtrum tempus sufficiens sit legitimè assignatum sponsalibus contrahendis? Sic. 2
Vtrum sponsalia dirimi possint altero ad religionem intrante? Sic: & in alijs 7. casibus, sed diuersimodè. 3

QVAESTIO XLIIII.

De matrimonij definitione.

Vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis? Sic. 1
Vtrum matrimonium congruè nominetur? Sic: & cōiugiū, & nuptiæ. 2
Vtrum matrimonium conuenienter definiatur? Sic: triplicitèr. 3

QVAESTIO XLV.

De consensu matrimonij.

Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonij? Sic. 1
Vtrum oporteat consensum per verba de præsenti exprimi? Sic: nec per aequipollentia. 2
Vtrum consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium? Non: sed sponsalia. 3
Vtrum consensus expressio per verba, si desit interior consensus faciat matrimonium? Non. 4
Vtrum consensus in occulto per verba de præsenti faciat matrimonium? Non: quando sunt illegitimata personæ (ut est hodie.) 5

QVAESTIO XLVI.

De consensu cui aduenit iuramentum uel copula carnalis.

Vtrum iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium? Non. 1
Vtrum carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia faciat matrimonium? Non: secundum rei veritatem: neque etiam secundum præsumptionem iuris (loquendo hodie.) 2

QVAESTIO XLVII.

De consensu coacto.

Vtrum aliquis consensus possit esse coactus? Non: nisi coactione conditionata. 1
Vtrum aliqua coactio cadat in constantem virum? Sic: ad vitandum maius malum solùm. 2
Vtrum consensus coactus vollat matrimonium? Sic: si sit coactus coactione cadente in constantem virum. 3
Vtrum consensus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium? Non. 4
Vtrum per consensum conditionatum fiat matrimonium? Sic: nisi conditio sit contraria matrimonio ant de futuro contingens. 5
Vtrum aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium contrahendum? Non: nisi pro quanto alia causa connexa suaderet. 6

QVAESTIO XLVIII.

De obiecto consensus.

Vtrum consensus qui facit matrimonium sit consensus in carnalem copulam? Non: nisi implicitè. 1
Vtrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam? Sic: si causa sit per accidens respectu matrimonij, non per se. 2

QVAESTIO XLIX.

De bonis matrimonij.

Vtrum haberi debeant aliqua bona ad excusandum matrimonium? Sic: 1
Vtrum bona matrimonij sufficienter assignentur? Sic. 2
Vtrum sacramentum sit principalius inter bona matrimonij? Sic: si exponatur ly principalius, à digniùs, non semper. si exponatur à essentialius. 3
Vtrum actus matrimonij excusetur per bona prædicta? Sic: ex parte actus. 4
Vtrum actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonij? Non: saltem à peccato veniali. 5
Vtrum cognoscens vxorem non intendens aliquod bonum matrimonij, sed solam delectationē, mortaliter peccet? Sic: si intēdatur delectatio extra limites matrimony. 6

QVAESTIO L.

De impedimentis matrimonij in generali.

Vtrum in matrimonio conuenienter impedimenta assignentur? Sic: cùm alia assignentur, ut impedientia tantum, alia ut dirimentia etiam. 1

QVAESTIO LI.

De impedimento erroris.

Vtrum error communiter ponatur impedimentum matrimonij? Sic; & de iure naturali. 1
Vtrum omnis error matrimonium impediat? Non: nisi sit personæ, & seruitutis. 2

QVAESTIO LII.

De impedimento conditionis seruitutis.

Vtrum conditio seruitutis impediat matrimonium? Sic: si ignoretur. 1
Vtrum seruus possit contrahere matrimonium sine consensu domini? Sic: etiam domino volente & contradicente. 2
Vtrum seruitus matrimonio possit superuenire et sic subsequa dissolutione vinculi matrimonij. 3
Vtrum filij debeant sequi conditionem patris? Non: nisi in pertinentibus ad dignitatem, ex forma iuris. 4

QVAESTIO LIII.

De impedimento voti & ordinis.

Vtrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat? Non: licet impediatur contrahendum. 1
Vtrum votum solemne dirimat matrimonium iam contractum? Sic: ex natura sua. 2
Vtrum ordo impediat matrimonium? Sic: ex constitutione Ecclesiæ: licet etiam ex suâ natura impedire debeat. 3
Vtrum ordo facer matrimonio possit superuenire? Sic. 4

QVAESTIO LIIII.

De impedimento consanguinitatis.

Vtrum definitio consanguinitatis sit competens? Sic. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum conuenienter cõsanguinitas designetur per gradus, vel linear? Sic: aliter tamen secundum canones, aliter secundum leges. 2
Vtrum consanguinitas de iure naturali impediat matrimonium? sic; quantum ad aliquas: de iure diuino, quantũ ad aliquas; de positiuo, quantum ad alias. 3
Vtrum consanguinitatis gradus matrimoniũ impedientes potuerunt taxari ab ecclesia? Sic: & diuersimode, prudenter secundum diuersa tempora. 4

QVAESTIO LV.

De impedimento affinitatis.

Vtrũ ex matrimonio consanguinei affinitas causetur? Sic. 1
Vtrum affinitas maneat, post mortem viri vel vxoris? Sic: manentibus illis personis, durer quas cõtracta fuerat. 2
Vtrum illicitus concubitus affinitatem causet? Sic: vt habet de commixtione seminum apta nata ad generationem. 3
Vtrum ex sponsalibus affinitas causetur? Non: sed quid simile. 4
Vtrum affinitas sit causa affinitatis? Non: sed parentela alterius generis. 5
Vtrum affinitas matrimonium impediat? Sic: & dirimit. 6
Vtrum affinitas habeat per se gradus? Non: sed mediate, i. mediante consanguinitate. 7
Vtrum gradus affinitatis extendatur sicut gradus consanguinitatis? Sic: & necessariò. 8
Vtrum coniugium contractum inter affines vel consanguineos semper sit dirimendum? Sic: & pertinet ad ecclesiam. 9
Vtrum ad separationem matrimonij contracti inter affines & consanguineos sit procedendum per viam accusationis? Sic: quando falsò affirmatur legitimum. 10
Vtrum ad separationem matrimonij contracti inter affines & consanguineos procedi debeat per testes? Sic: saltem quibusdam specialibus hic inuentis. 11

QVAESTIO LVI.

De impedimento cognationis spiritualis.

Vtrum spiritualis cognatio impediat matrimonium? Sic: ex Ecclesiæ statuto. 1
Vtrum per solum baptismũ spiritualis propinquitas cõtrahatur? Non: sed etiam per confirmationem (tã quã impediens, & dirimens.) & per catechismum (tanquam impediens solum.) 2
Vtrum cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi, & lauãtem de sacro fonte? Sic: & idem de confirmatione. 3
Vtrum cognatio spiritualis transeat à viro in vxorem? Sic: quando vir actu proprio sit compater, & cognouit vxorem. 4
Vtrum cognatio spiritualis unius transeat ad filios carnales patris spiritualis? Sic: & fraternitas spiritualis impedit (sed non hodie.) 5

QVAESTIO LVII.

De cognatione legali quæ est per adoptionem.

Vtrum adoptio cõtrahatur per depingi? Sic. 1
Vtrum adoptione cõtrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium? Sic: ex Statuto ecclesiæ. 2
Vtrum cognatio legalis contrahatur solùm inter adoptantem patrem & filium adoptatum? Non. 3

QVAESTIO LVIII.

De impedimento frigiditatis, maleficij, furiæ, & amentiæ.

Vtrum frigiditas matrimonium impediat? Sic: perpetuus. 1
Vtrum maleficium possit impedire matrimonium? Sic: perpetuum. 2
Vtrum furia impediat matrimonium? Sic: præcedens, in furia contractam. 3
Vtrum incestus quo cognouit quis sororem vxoris suæ matrimonium dirimat? Sic; præcedens: aliàs tollat ius petendi debitum solum. 4
Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium? Sic: tollens sufficientem deliberationem de matrimonio & potentiam reddendi mutuò debitum. 5

QVAESTIO LIX.

De disparitate cultus, quæ matrimoniũ impediat.

Vtrum fidelis possit contrahere cum infideli? Non: si sint disparis cultus, & præcedenti contractum. 1
Vtrum inter infideles possit esse matrimonium? Sic: non tamen ratum. 2
Vtrum coniunx conuersus ad fidem possit commanere cum vxore nolente conuerti? Potest, cum ipa conuersione: sed non tenetur. 3
Vtrum fidelis conuersus possit vxorem infidelem dimittere nolentem cohabitare sine contumelia creatoris? Sic; non tamen tenetur. 4
Vtrum fidelis discedens ab vxore infideli possit aliam ducere? Non: nisi infidelis nolit cohabitare sine contumelia creatoris. 5
Vtrum alia vitia soluant matrimonium? Sic, f. fornicatio corporalis soluit, quoad actum tantum: & matrimoniũ ratum superueniens matrimonio non rato, stante altero in infidelitate, soluit quoad vinculum etiam. 6

QVAESTIO LX.

De vxoricidio.

Vtrum liceat vxorem interficere inuentum in actu adulterij? Non: secundum legem conscientiæ, auctoritate propria. 1
Vtrum vxoricidium impediat matrimonium? Sic: ex statuto ecclesiæ, quandoque etiam dirimit. 2

QVAESTIO LXI.

De impedimento matrimonij quod est uotum solenne.

Vtrum alter coniugum altero inuito post carnalem copulã possit religionem intrare? Non. 1
Vtrum alter coniugum possit altero inuito ante carnalem copulam religionem intrare? Sic. 2
Vtrum mulier possit nubere alteri viro ante carnalem copulam viro suo religionem intranti? Sic: & professo. 3

QVAESTIO LXII.

De impedimento quod superuenit matrimonio consummato, quod est fornicatio.

Vtrum propter fornicationem liceat viro vxorem dimittere? Sic: nisi in septem casibus. 1

Vtrum

Vtrum vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere? Sic: nisi vxor de peccato pœniteat. 2
Vtrum vir proprio iudicio possit vxorem fornicantem dimittere? Sic: quò ad thorum tantùm. 3
Vtrum vir & vxor in causa diuortij debeant ad paria iudicari? Sic: non tamen pariter. 4
Vtrum post diuortium vir alteri nubere possit? Non: neque vxor. 5
Vtrum post diuortium vir & vxor possint reconciliari? Sic: si vxor pœnitens fuerit emendata. 6

QVAESTIO LXIII.

De secundis nuptijs.

Vtrum secunda nuptia sint licitæ? Sic: & deinceps. 1
Vtrum secundum matrimonium sit sacramentum? Sic: & deinceps. 2

QVAESTIO LXIIII.

De annexis matrimonio & debiti redditione.

Vtrum alter coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti? Sic: in spectantibus ad generationem salua sanitate personæ. 1
Vtrum vir teneatur reddere debitum vxori non petenti? Non: nisi interpretatiuè saltem petat. 2
Vtrum vir & mulier sint in actu matrimoniali æquales? Non nisi secundum æqualitatem proportionis. 3
Vtrum vir & vxor possint emittere votum contra debitum matrimonij sine mutuo consensu? Non: nisi quantum est de suo. 4
Vtrum in diebus sacris impediatur petitio debiti? Sic. 5
Vtrum petens debitum tempore sacro mortaliter peccet? Non. 6
Vtrum vnus coniunx teneatur alteri debitum reddere in tempore festiuo? Sic: & quacunque hora: salua honestate in talibus debitè requisita. 7

QVAESTIO LXV.

De bigamia.

Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ? Sic: quodammodo. 1
Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures vxores? Non: nisi ex dispensatione diuina. 2
Vtrum habere concubinam sit contra legem naturæ? Sic. 3
Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale? Sic: indubitanter, etiam si lex scripta non esset. 4
Vtrum aliquando licitum fuerit cõcubinam habere? Non: matrimonio non iunctam: nec etiam ex dispensatione. 5

QVAESTIO LXVI.

De bigamia & irregularitate ex ea contracta.

Vtrum bigamia irregularitatis sit annexa? Sic. 1
Vtrum irregularitas sit annexa bigamiæ quæ concingit ex hoc quòd homo habet duas vxores, conam de iure & alteram de facto? Sic: quasi diuinitus. 2
Vtrum contrahatur irregularitas ex hoc quod aliquis duxit vxorem non virginem? Sic. 3
Vtrum bigamia soluatur per baptismum? Non. 4
Vtrum cum bigamo liceat dispensare? Papa potest totaliter: sed episcopus aliis quantum ad minores tantum; etiam ad plus, in casu (secundum quosdam.) 5

QVAESTIO LXVII.

De libello repudij.

Vtrum inseparabilitas vxoris sit de lege naturæ? Sic. 1
Vtrum potuerit esse licitum per dispensationem vxorem dimittere? Non: quo ad vinculum: nisi per dispensationẽ solum Dei. 2
Vtrum sub lege Moysi licitum fuerit vxorem dimittere? Non: nisi quò ad remissionem pœnæ (secundum communiorem opinionem.) 3
Vtrum licebat vxori repudiatæ alij virum habere? Non: secundum communiorem opinionem. 4
Vtrum licebat viro repudiatam à se accipere? Non. 5
Vtrum causa repudij sit odium vxoris? Sic: & alia multa. 6
Vtrum causæ repudij debebant in libello scribi? Sic: in generali tantùm. 7

QVAESTIO LXVIII.

De filijs illegitimè natis.

Vtrum filij qui nascuntur extra verum matrimonium sint legitimi? Non. 1
Vtrum filij illegitimi debeant aliquod damnum reportare? Non: nisi negatiuum. 2
Vtrum filius illegitimus possit legitimari? Sic: aliquo sex modorum. 3

QVAESTIO LXIX.

De his quæ spectant ad resurrectionem & primò de loco animarum post mortem.

Vtrum assignentur receptacula animabus post mortem? Sic: secundum congruentiam dignitatis earum. 1
Vtrum statim post mortem animæ ducantur ad cælum, vel ad infernum? Sic: nisi à cælo retardentur per purgatorium. 2
Vtrum animæ existentes in paradiso, vel in inferno, egredi valeant? Non simpliciter: si talibus locis deputatæ fuerint finaliter, seu per sententiam diffinitiuam. 3
Vtrum limbus inferni sit idem, quod sinus Abrahæ? Sic: per accidens, ante Christi aduentum, tantum. 4
Vtrum limbus idem sit quod infernus damnatorum? Non: nisi forte aliquo modo secundum situm. 5
Vtrum limbus puerorum sit idem, quod limbus patrum? Non: nisi forte aliquo modo secundum situm. 6
Vtrum debeant tot receptacula distingui? Sic: vt ante Christum fuerint quinque, post sint quatuor. 7

QVAESTIO LXX.

De qualitate animæ exeuntis à corpore, & pœna ei inflicta ab igne corporeo.

Vtrum in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ? Non: nisi vt in radice. 1
Vtrum in anima separata remaneant actus sensitiuarum potentiarum? Non: nisi vt in radice. 2
Vtrum anima separata pati possit ab igne corporeo? Sic: & oportet hoc dicere. 3

QVAESTIO LXXI.

De suffragijs mortuorum.

Vtrum suffragia per viuum facta alijs prodesse possint? Sic: ad remissionem pœnæ & ad quædam alia. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum mortui possint iuuari ex operibus viuorum? Sic: ad diminutionem pœnæ, non mutationem in gratiam. 2
Vtrum suffragia facta per peccatores mortuis prosint? Sic: si fiant in persona alterius charitatem habentis. 3
Vtrum suffragia quæ à vinis pro mortuo fiunt, facientibus prosint? Sic: ex meritoria, non ex satisfactoria. 4
Vtrum suffragia prosint existentibus in inferno? Non. 5
Vtrum suffragia prosint existentibus in purgatorio? Sic: absque dubio. 6
Vtrum suffragia valeant pueris in limbo existentibus? NS. 7
Vtrũ suffragia prosint sanctis existentibus in patria? NS. 8
Vtrum orationes Ecclesiæ, sacrificium altaris, & eleemosynæ prosint defunctis? Sic præcipuè non tamen soli illæ. 9
Vtrum indulgentiæ Ecclesiæ prosint mortuis? Sic: si hoc sit in forma indulgentiæ. 10
Vtrum cultus exequiarum defuncto prosint? Sic: vel per se, vel per accidens. 11
Vtrũ suffragia quæ fiunt p̃ uno defuncto magis illi p̃sint, p̃ quo fiunt, & alijs? Sic: quò ad satisfactionẽ pro pœna. 12
An suffragia facta pro multis tantundem valeant singulis, ac si specialiter pro unoquoque fierent? Non: si consideretur, vt satisfactiones. 13
Vtrum tantum valeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantum illis pro quibus fiunt specialia & communia simul? Non: si specialiter pro uno facta non prosint indifferenter omnibus. 14

QVAESTIO LXXII.

De oratione respectu sanctorum qui sunt in patria.

Vtrum sancti orationes nostras cognoscant? Sic: etiam mentales, perentes ad eos. 1
Vtrum debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis? Sic: & hoc requirit ordo legis diuinæ. 2
Vtrum orationes sanctorum ad Deum pro nobis effusa semper exaudiantur? Sic: quantum est ex parte eorum. 3

QVAESTIO LXXIII.

De signis quæ iudicium præcedent.

Vtrum aliqua signa præcedent aduentum Domini ad iudicium? Sic. 1
Vtrum Sol & Luna obscurabuntur circa iudicium? Sic: tempore propinquo antè. 2
Vtrũ virtutes cælorũ Domino venienti cõmouebuntur? Sic: nõ manuter, sed specialiter accepta, & triplici cõmotione. 3

QVAESTIO LXXIIII.

De igne vltimæ conflagrationis.

Vtrũ mũdi purgatio sit futura? Sic: à duab. corruptionib. 1
Vtrum mundi purgatio sit futura per ignem? Sic: ex nouiori. 2
Vtrum ignis, quo mundus purgabitur, sit eiusdem speciei cũ igne elementari? Sic: & simpliciter hoc fatendũ est. 3
Vtrum ignis ille purgabit etiam cælos superiores? Non. 4
Vtrum ignis ille alia elementa consumet? Nõ quantum ad substantiam. 5
Vtrum omnia elementa per illum ignem purgabuntur? Nõ: sed usque ad mediam aeris regionem. 6
Vtrum ignis vltimæ conflagrationis iudicium debeat sequi? Non: nisi quo ad inuoluere reprobos. 7
Vtrum ille ignis habiturus sit talem effectũ in hominibus qualis designatur? Sic: & ut agens naturale, & ut instrumentum diuinæ iustitiæ. 8
Vtrum ille ignis inuoluat reprobos? Sic: intrudens ipsos in infernum cum omnibus omnium seditatibus. 9

QVAESTIO LXXV.

De resurrectione.

Vtrum corporum resurrectio sit futura? Sic, necessariò. 1
Vtrum resurrectio erit omnibus generaliter? Sic: necessariò. 2
Vtrum resurrectio sit naturalis? Non, nisi secundum quid: simpliciter enim est miraculosa. 3

QVAESTIO LXXVI.

De causa resurrectionis.

Vtrum Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis? Sic: efficiens, & exemplaris. 1
Vtrum vox nuba sit causa nostræ resurrectionis? Sic: per modum executionis indicialis. 2
Vtrum ad resurrectionem angeli operentur? Non, nisi quantum ad collectionem cinerum, & præparationem eorundem ad reparationem corporum. 3

QVAESTIO LXXVII.

De tempore & modo resurrectionis.

Vtrum tempus nostræ resurrectionis differri debeat vsque ad finem mundi? Sic: secundum ordinem statutum rebus à diuina prouidentia. 1
Vtrum tempus resurrectionis nostræ sit occultum? Sic. 2
Vtrum resurrectio futura sit momento temporis? In crepusculo. 3
Vtrum resurrectio futura sit subitò vel successiuè? Subitè: in instanti propriè quantum ad finem à Deo sueccissiuè in tempore nobis imperceptibili: quantum ad finem ab Angelis. 4

QVAESTIO LXXVIII.

De termino resurrectionis.

Vtrum mors erit terminus à quo resurrectiones in omnibus? Sic secundum extremos & secundum opinionem. 1
Vtrum resurrectio omnium erit à cineribus? Sic: de iure communi. 2
Vtrũ pulueres illi, ex quibus humanũ corpus reparabitur, aliquã habeãt inclinationẽ naturalẽ ad animã quæ eis coniungetur? Non: nisi ex ordine diuina prouidentia. 3

QVAESTIO LXXIX.

De conditionibus resurgentium, & primò de eorum identitate.

Vtrũ in resurrectione anima idẽ̃ corpus numero resumat? Sic: & dicere contrarium est ignorare propriã vocem. 1
Vtrum sit idem numero homo qui resurget? Sic: & contrarium est hæresis. 2
Vtrũ pulueres humani corporis ad eã partẽ corporis quæ in eos dissoluta assistet resurrectioni, redire oporteat? Sic: quantum ad veritatem naturæ humanæ requiritur. 3

QVAESTIO LXXX.

De integritate corporum resurgentium.

Vtrum omnia membra humani corporis resurgant? Sic. 1
Vtrum capilli & ungues resurgẽt in humano corpore? Sic. 2
Vtrum humores in corpore resurgent? Sic: scilicet sanguis, flegma, colera, melancolia. 3
Vtrum totum quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ resurget in ipso? Sic. 4
Vtrum quicquid fuit materialiter in membris hominis totum resurget? Sic: seruata tamen debitæ quantitate humanæ figuræ, situ, ordine partium. 5

QVAESTIO LXXXI.

De qualitate resurgentium.

Vtrum omnes resurgent in eadem ætate? Sic: in iuuenili, vt dicit perfectionem, non numerum annorum. 1
Vtrum omnes resurgent eiusdem staturæ? Non: sed in qua fuissent in termino augmenti natura non errante. 2
Vtrum omnes resurgent in sexu virili? Non: absente tamen omni confusione, omni, honestate innocentissima semper concomitante, quò ad bonos. 3
Vtrum omnes resurgẽt in vita animali? Nullus. 4

De

QVAESTIO LXXXII.

De conditionibus beatorum resurgentium.

Vtrum corpora sanctorum post resurrectionem sint impassibilia? Sic: passione propriè dicta. 1
Vtrum impassibilitas in omnibus erit æqualis? Non: secundum causam impassibilitatis, scilicet secundum se. 2
Vtrum impassibilitas sensum in actu à corporibus gloriosis excludat? Non: si tamen excludatur ibi immutatio naturalis. 3
Vtrum in beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu? Sic. 4

QVAESTIO LXXXIII.

De subtilitate corporum beatorum.

Vtrum subtilitas sit proprietas corporis glorioſi? Sic: propter completissimam corporis perfectionem. 1
Vtrum ratione huius subtilitatis competat corpori glorioso esse in eodem loco cum alio non glorioso? Non. 2
Vtrum per miraculum fieri possit quòd duo corpora sint in eodem loco? Sic: & solum per miraculum. 3
Vtrum vnum corpus gloriosum possit esse cum alio glorioso in eodem loco? Sic: miraculose tantum: nunquam tamen fiet hoc. 4
Vtrum ex sua subtilitate veniencatur à corpore glorioso necessitas existendi in aquali loco? Non: nec per miraculum unquam removebitur. 5
Vtrum corpus gloriosum ratione suæ subtilitatis sit impalpabile? Non: licet per miraculum non palpetur à corpore non glorioso, quandocunque voluerit. 6

QVAESTIO LXXXIIII.

De agilitate corporum beatorum.

Vtrum corpora gloriosa sint futura agilia? Oportet: quòd sint. 1
Vtrum sancti agilitate sua nunquam ventura ita quòd moueantur? Sic: de terra ad cœlum, & in cœlo pro libito suo. 2
Vtrum sancti moueantur in instanti? Non: sed in tempore nobis imperceptibili & omni alio citius. 3

QVAESTIO LXXXV.

De claritate corporum beatorum.

Vtrum corporibus gloriosis claritas conueniat? Sic: per redundantiam gloriæ animæ in corpus. 1
Vtrum claritas corporis glorioſi possit videri à non glorioso oculo? Sic: naturaliter. 2
Vtrum corpus gloriosum necessariò videatur à corpore non glorioso? Non: sed secundum quòd vult anima glorificata. 3

QVAESTIO LXXXVI.

De conditionibus corporum damnatorum resurgentium.

Vtrum corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgent? Non: nisi cum deformitatibus causatis ex principijs naturalibus (vt passibilitas, ponderositas &c.) 1
Vtrum corpora damnatorum erunt corruptibilia? Non. 2
Vtrum corpora damnatorum sint futura impassibilia? Nõ: passione animæ. 3

QVAESTIO LXXXVII.

De cognitione quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum, & demeritorum.

Vtrum post resurrectionem quilibet cognoscat peccata quæ fecit? Sic. 1
Vtrum quilibet possit legere omnia quæ sunt in conscientia alterius? Sic. 2
Vtrum omnia merita vel demerita propria vel aliena vno intuitu ab aliquo videantur? Sic: vno intuitu, idest tempore brevissimo. 3

QVAESTIO LXXXVIII.

De iudicio generali, tempore, & loco in quo fiet.

Vtrum generale iudicium sit futurum? Sic. 1
Vtrum iudicium fiet per locutionem vocalem? Non: si probabilius loquamur, & quoad totum: sed per mentale. 2
Vtrum tempus futuri iudicij sit æquetum? Sic. 3
Vtrum iudicium fiet in valle Iosaphat? Sic: de circuitu ejus. 4

QVAESTIO LXXXIX.

De iudicantibus & iudicatis in iudicio generali.

Vtrum aliqui homines iudicabunt cum Christo? Sic: etiam vt assessores. 1
Vtrum iudiciaria potestas correspondeat voluntariæ pauperatis? Sic, specialiter propter tria. 2
Vtrum angeli debeant iudicare? Non: vt assessores: sed vt tantum approbantes. 3
Vtrum dæmones exequentur sententiam iudicis in damnatos? Sic probabilius. 4
Vtrum omnes homines in iudicio compareant? Sic. 5
Vtrum boni in iudicio iudicentur? Sic, omnes quantum ad receptionem præmiorum: sed non omnes quantum ad discussionem meritorum. 6
Vtrum mali iudicabuntur? Sic: ecs, quo ad retributionem pœnarũ: sed solum fideles, quò ad discussionẽ meritorũ. 7
Vtrum angeli in futuro iudicentur? Non: nisi aliquo modo indirecte, quantum ad retributionem præmiorum vel pœnarum. 8

QVAESTIO XC.

De forma iudicis venientis ad iudicium.

Vtrũ Christus in forma humanitatis sit iudicaturus? Sic. 1
Vtrum Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosæ sic. 2
Vtrum diuinitas à malis sine gaudio videri possit? Non: in seipsa. 3

QVAESTIO XCI.

De qualitate mundi, & resurgentium post iudicium.

Vtrum mundus innouabitur? Sic: per additionem perfectionis cuiusdam gloriæ, nõ per aliquod varians speciẽ. 1
Vtrum motus corporum cœlestium cessabit? Sic: diuina voluntate hoc faciente, non ex aliqua causa naturali. 2
Vtrum in corporibus cœlestibus claritas augeatur in illa innouatione? Sic: & præcipuè. 3
Vtrum elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis? Sic: unumquodq; secundum suum modum. 4
Vtrum plantæ, & animalia remaneant in illa innouatione? Non: nec aliqua mixta, nisi homo. 5

QVAESTIO XCII.

De visione diuinæ essentiæ per comparationem ad beatos.

Vtrum intellectus humanus possit pertingere ad videndum Deum per essentiam? Sic: & hoc de fide, & visione immediata. 1
Vtrum sancti post resurrectionẽ Deum oculis corporalibus videbunt? Non: nisi tanquam visibile per accidens. 2
Vtrum sancti Deum videntes, omnia videant quæ Deus videt? Non: nisi sumatur ly omnia, pro cognitis tantum à Deo notitia visionis: & per ly sancti, intelligatur tantũ anima Christi. 3

QVAESTIO XCIII.

De sanctorum beatitudine, & eorum mansionibus.

An beatitudo sanctorum sit minor futura post iudicium quàm ante? Sic: & extensiuè, & intensiuè. 1
Vtrum beatitudinis gradui mansiones dici debeant? Sic. 2

Vtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum diuersæ mansiones distinguantur penes diuersos gradus charitatis? Sic: & charitatis vis, tanquam principij remoti, & charitatis patriæ tanquam principij propinqui 3

QVAESTIO XCIIII.
De modo quo sancti se habebunt erga damnatos.

Vtrum beati qui erunt in patria, videbunt pœnas damnatorum? Sic: perfectè, speculatiuè tamen. 1
Vtrum beati compatientur miseriis damnatorum? Nunquam. 2
Vtrum beati lætentur de pœnis impiorum? Sic: per accidẽs tamen. 3

QVAESTIO XCV.
De dotibus beatorum.

Vtrum ponẽda sint aliqua dotes in hominibus beatis? Sic. 1
Vtrum dos sit idem quod beatitudo? Non: neq; etiam realiter. 2
Vtrum competat Christo habere dotes? Non; secundum rationem dotium: sed excellentissimo modo. 3
Vtrum angeli habeant dotes? Sic (loquendo tantum de dotibus animæ) non tamen ita propriè, sicut hominibus. 4
Vtrum conuenienter ponantur tres animæ dotes? Sic: visio, dilectio, fruitio. 5

QVAESTIO XCVI.
De aureolis.

Vtrum aureola sit aliud à præmio essentiali, quod aurea dicitur? Sic: tanquam aliquid ei superadditum. 1
Vtrum aureola differat à fructu? Sic: & aurea etiam. 2
Vtrum fructus debeatur soli virtuti continentiæ? Sic; præcipuè. 3
Vtrum conuenienter assignentur tres fructus tribus continentijs partibus? Sic: coniugali trecesimus, viduali sexagesimus, virginali centesimus. 4
Vtrum aureola debeatur ratione virginitatis? Sic: propria virginibus aliquibus, impropria alijs. 5
Vtrum martyribus aureola debeatur? Sic. 6
Vtrum doctoribus aureola debeatur? Sic: idest quibuscunq; licitè alium prædicationis, & doctrinæ salutiferæ exercentibus. 7
Vtrum Christo aureola debeatur? Non: sed omni aureola quid excellentius, & omnium illarum origo. 8
Vtrum angelis aureola debeatur? Non. 9
Vtrum aureola etiam corpori debeatur? Sic; per redundantiam. 10
Vtrum conuenienter assignentur tres aureolæ, virginum martyrum, & prædicatorum? Sic; secundum priuilegiatas victorias. 11
Vtrum aureola virginum sit potissima inter alias? Non, nisi secundum quid: cùm simpliciter aureola martyrum sit potior alijs duabus. 12
Vtrum vnus alio aureolam excellentius habeat? Sic. 13

QVAESTIO XCVII.
De pœna damnatorum.

Vtrũ damnati in inferno sola pœna ignis affligantur? Non; sed etiam pœna cuiuscunque fœculentiæ ex purgatione omnium mundanorum remanentis. 1
Vtrum vermis damnatorum sit corporalis? Non: sed spiritualis. 2
Vtrum fletus qui erit in damnatis, sit corporalis? Non, nisi vt est quædam commotio & turbatio capitis & oculorum. 3
Vtrum damnati sint in tenebris corporalibus? Sic: simpliciter loquendo. 4
Vtrum ignis inferni sit corporalis? Sic: necessariò. 5
Vtrum ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro? Sic: quantum ad naturam ignis pertinet. 6
Vtrum ignis inferni sit sub terra? Sic: conuenientius his, quæ in scriptura dicuntur, loquendo. 7

QVAESTIO XCVIII.
De voluntate & intellectu damnatorum.

Vtrum omnis voluntas damnatorum sit mala? Sic: voluntas deliberativa; non naturalis, vt sic; licet nunquam aliquid bonè velint. 1
Vtrum damnati pœniteant de malo quod fecerint? Non: nisi per accidens. 2
Vtrum damnati rectæ rationi vellent non esse? Non: nisi per accidens, idest inquantum non esse est ablatiuum alicuius miseriæ. 3
Vtrum dãnati vellent alios esse in inferno damnatos? Sic. 4
Vtrum damnati odio habeant Deum? Sic; ratione effectus iustitiæ. 5
Vtrum damnati demereantur? Non: nisi demerito præmij accidentalis, ante diem iudicij. 6
Vtrum damnati possint uti notitia quam in hoc mundo habuerunt? Sic: vt est materia tristitiæ solùm. 7
Vtrum damnati aliquando cogitabiunt de Deo? Sic; vt in quibusdam effectibus consideratur, non ut in seipso. 8
Vtrum damnati gloriam beatorum videant? Non: nisi ante diem iudicij, & ut ex hac visione cruciantur. 9

QVAESTIO XCIX.
De misericordia Dei respectu damnatorum.

Vtrum ex diuina iustitia inferatur pœna æterna peccatori? Sic: etiam secundum leges humanas iudicando. 1
Vtrum per diuinam misericordiam omnis pœna terminetur, tam hominum, quàm dæmonum? Non: & contrarium est hæresis. 2
Vtrum diuina misericordia patiatur homines in æternum puniri? Sic iniustissimè: & contrarium est omnino irrationabile. 3
Vtrum pœna Christianorum damnatorum per diuinam misericordiam terminetur? Non: & est de fide. 4
Vtrum omnes illi qui operantur misericordiæ operæ pœnitentiæ æternaliter? Sic; si decedant in peccato mortali: & est de fide. 5

FINIS INDICIS QVÆSTIONVM ET ARTICVLORVM,
de quibus agitur in Diui Thomæ Additionibus ad Tertiam eius Partem.

INDEX HAERESVM, ET ERRORVM, CVM SVIS authoribus à Sancto Doctore hic passim ratione naturali per articulos expressa damnatorum: cuius censuræ (vt & canonicè obstruatur os loquentium iniqua) Pontifices Romani, Concilia sacra, scripturæ diuinitus reuelata (non sine vicissitudinarij alterutrius inuaminis arte) inseruntur. Numeri articulos in ordine ostendunt: & vbi sunt plures, plures articulos. Quòd si punctaliter fortè non correspondeant erroribus damnatis: vide circumcirca articulorum quempiam. Impressioni enim, veluti primæ, condonanda est incuria discordiæ huius, & emendanda.

A

ABSOLVERE potest in sacramento pœnitentiæ infimus sacerdos æquè vt Episcopus, & Papa. Hæresis Lutheri damnata. 76
Absoluere potest, ab non est sacerdos, æquè quilibet Christianus, etiam si mulier, aut puer sit. Hær. Luther. damn. 74
Absolutum qui se credit, absolutus est: etiam si contritio desit. Hær. Luther. damn. 16
Absolutio censenda est efficax, non quia fit, à quocunque tandem fiat, ceteri, uel non ceteri; sed quia creditur. Hæres. Luth. dam. 67
Absoluendus est pœnitens sacramentaliter etiam à reseruatis ab inferiori, hac lege, ut postea coram superiore compareat, non vt cum absoluat, sed vt cognoscat vultum pecoris sui. Error Adriani. damn. 79
Absoluere, & ligare non potest sacerdos peccator, cùm ipse sit peccato ligatus. Hær. Pauperum de Lugduno damn. 76
Absoluere potest, & pœnitentiam iniungere quilibet bonus, & sciens laicus. Hær. Valdensium damn. 75
Adorandum esse dæmonem. Hæresis dæmoniacorum damn. 140
Angelos, principes, ac mundum in die festi iudicij se iudicaturum, dixit Meno quidam Frisius, sua doctrina. Error Mennonistarum damn. 187
In Angeli et animæ præsidentes rebus inferioribus separatione tota pœna animæ nostræ consistit, sicut & in eius cognitione consistit tota nostra beatitudo. Error Algazelis damnatus 423
Animam hominis simul cum corpore in ipsius morte corrumpi. Hær. Arabicorum damn. 191
Animas nostras cum corporibus quidem interire, sed postmodum in resurrectione, cum corporibus resuscitare. Error eorund. damn. ibid.
Animas nostras cum corpotibus, ita interire, ut amplius non reddeant. Err. Sadduceorum. damn. ibid.
Animas humanas nunquã de corpore in corpus. Hær. Albanen. & Albigen. damn. 343
Animam hominis secundum eius meritum perdiuersa transire corpora, eam animalium, & serpentum, si malè vixisset; & è contra probe in alicuius Principis, vel alterius illustris personæ corpus transmeare. Err. Albigen. damn. 290
Animam omnem morientem ad Deum redire, illique reduniri. Error Libertinorum. damn. ibid.
Animas eorum, quos infideles nunc capimus, æquè saluabuntur atque fidelium. Hær. Georgij. damn. 188
Animæ defunctorum post multorum annorum curricula circulatiues in diuersa corpora reuertuntur. Err. Philosophorũ damn. 392
Animæ iustorum decedentium ante domini nostri Iesu Christi passionem, secundum Dei communem ordinationem, in quibus nihil erat purgabile, mox post eandem passionem eundem domini nostri Iesu Christi ante resumptionem suorum corporum, & iudicium generale, non viderunt, nec vident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam essentiam, nec etiam illa perfruuntur, nec post eiusdem domini nostri Iesu Christi ascensionem fuerunt, nec sunt, nec erunt in cœlo, cœlorum regno, & paradiso cœlesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatæ. Hær. quorundam innominatorum damn. 191
Animæ iustorum decedentium ante domini nostri passionem, secundum Dei communem ordinationem in quibus aliquid purgabile remanebit, purgatione peracta ex toto, mox post eandem passionem Domini nostri Iesu Christi ante resumptionem suorum corporum, & iudicium generale, non viderunt, nec videbunt, nec videbunt diuinam essentiam clarè, & apertè, nec illa etiam perfruuntur, nec post eiusdem Domini nostri Iesu Christi ascensionem fuerunt, nec sunt, nec erunt, in cœlo, cœlorum regno, & paradiso cœlesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatæ. Hær. eorund. damn. 191
Animæ iustorum decedentium post sanctum baptisma ab eis susceptum, secundum Dei communem ordinationem, in quibus nihil est purgabile, cum decedunt, ante suorum corporum resumptionem, & iudicium generale, non uident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec sunt, nec erunt in cœlo, cœlorum regno, & paradiso cœlesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatæ. Hær. eorund. damn. ibidem
Animæ iustorum decedentium post sanctum baptismum ab eis susceptum, secundum Dei communem ordinationem, in quibus nihil est purgabile, cùm decedunt, peracta etiam purgatione ex toto, ante suorum corporum resumptionem, & iudicium generale, non uident, nec videbunt clarè, & apertè diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec perfruentur, nec sunt, nec erunt in cœlo, cœlorum regno, & paradiso cœlesti, cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatæ. Hæres. eorund. damn. ibidem
Animæ parvulorum sacro baptismate renatorum decedentium ante vsum liberi arbitrij, secundum communem Dei ordinationem, ante suorum corporum resumptionem, & iudicium generale, nec uidentes, nec videbunt clarè, & apertè diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec perfruentur, nec sunt, nec erunt in cœlo, cœlorum regno, & paradiso cœlesti, cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatæ. Hær. eorund. damn. ibid.
Animæ decedentium in mortali peccato (secundum communem Dei ordinationem) mox post mortem suam ad inferna non descendunt, nec pœnis infernalibus cruciantur. Hær. eorund. damn. ibid.
Apostoli fatui fuerunt, cùm nolentes abiurare Christum coram hominibus, permiserint se occidi. Hær. Georg. Druid. damn. 33
Apostolorum successores se esse, & Apostolicam authoritatem ligandi, atque soluendi se habere dicunt Pauperes de Lugduno. Err. eorum damn. 74

B

BAptismum omninò respuendum. Hær. Albigensium. damn. 132
Post baptismum peccatum perpetrantes ad mortem, ac Dijs sacrificantes à communione diuinorum mysteriorum reijciendos; & solus Deus, & non sacerdotes, potestatẽ hanc talibus concedendi remissionem delicti, habet. Err. Accesij. damn. 43. & 69
Beatos non uidere in cœlo Dei essentiam. Hær. Armenorum damn. 396
Beatos uidere claritatem quandam Dei essentiæ, in qua uisione beatitudo est. Hær. eorund. damn. ibid.
Beatitudo consistit in visione non Dei essentiæ, sed claritatis illius essentiæ. Hær. eorund. damn. ibid.
Beatos non uidere Deum vllo pacto in se, sed in suis creaturis. Hær. Almarici damn. ibid.
Beatitudinem consistere in carnis delitijs; nã post resurrectionem regnum Christi futurum esse terrenum, & in eo beatos homines in carne conspicuos, & libidini subiectam nãq; afluros. Hær. Cerinthi. dam. 347. 353. 358

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cùm venerit Christus de cœlo, mille anni erunt iterum nobis ad viuendum, generandum, & manducandum, sicut nunc fit quotidie in hoc seculo: Hær. Chiliastarum damnã. 353.318
Beatitudinem, & miseriam non fore perpetuam.
Beantudinis & miseriæ quædam erunt alternationes;
Beatæ animæ in corpora mortalia iterũ funt reuerfuræ, in quibus patientur, & hinc cursus ad beatitudinem euocabuntur:
Beatitudinis & miseriæ fict circulus quidam. Hæreses Origenis damn. 64.430
Beatos omnes pares esse in gloria. Hæres. Iouiniani. damna. 398.400
In beatitudine cœlesti nullam esse præmiorum differentiam. Hær. eiusd. damn. ibid.
Beati, & contemplatiui mens perdit suum esse in proprio genere, & redit in illud esse ideale, quod habuit in mente diuina. Err. Almarici. damn. 198
Beatitudinem hominis in cognitione ultimæ intelligentiæ consistere. Err. Algazelis. damn. 396

C

CConfessio auricularis exigitur ab omni Christiano. Caluinus hanc pro errore mendaciter imponens Ecclesiæ damnatur. 58
Cultus ab homine excogitatus Deo placere potest. Caluinus hãc falsaciter pro errore imponens Ecclesiæ damnatur. 310
Cultus imaginum, reliquiarum, ligni crucis, canonizatio sanctorum, vita monastica, consignatio, uel gestatio sacrarum rerum super eos, uel alias creaturas Dei, non sunt uanæ. Caluinus hanc pro errore mendaciter imponens Ecclesiæ damnatur. 310
Cultus templi externus nihil iuuat. Err. Hæreticorum damnatus. 370
Certum unumquemque esse debere, quòd gratis propter Christum peccata sibi remissa sint, quòdque Deo acceptus, & vitæ sit hæres æternæ, quicquid sit de nostris operibus. Hær. Sacangelorum. damn. 53
Characterem in nullo imprimi sacramento. Hær. Lutheri damn. 141
Characterem sacramentalem esse meram nouorum Theologistarum fictionem. Hær. eiusd. damn. ibid.
In charitate constituto nullum peccatum imputabitur. Err. Almarici. dam. 51
Ex charitate carnaliter comissentes, quæcunque stupra, adulteria &c. committant, non peccare. Hær. eiusd. damn. ibid.
Mulieres non peccabant comiscendo hi carnaliter, dummodo, ex charitate id agerent. Hær. eiusd. damn. ibid.
Chrisma sacrum conspuendum & conculcandum esse. Hær. Bonar. & Caluini. damn. 128
Christus in passione ita carnem dimisit, & in cœlum sic ascendit, ut non sit iam in carne diuinitas: neque enim post passionem surrexit in carne, neque cum carne ascendit. Hær. Passionistarum, damn. 388
Christum Dei filium, non ut hominem liberaret, fuisse incarnatum. Hær. Petri Albaldi. damn. 132
Io Christi manducate, uel eius corporali præsentia, non spetandã esse salutem. Err. Basil. damn. ibid.
Christum non esse saluatorem. Hær. Theodori Bezantini damnata. ibid.
Christum resuscitatum ianuis clausis ad Apostolos ingredientẽ per rimam fuisse inducendum. Err. Zuinglianorum damn. 360
Christo ad Apostolos ingrediẽti integras ianuas aperuisse Caluinus, ne presturam ullam eius tenellum corpus pateretur. Err. Caluini damn. 360. Quasi 9. secundum ipsum, duo corpora p miraculũ non possint esse commodè in eodem loco.
Christus, cùm ingressus est ad Apostolos ianuis clausis, per scueftram intrauit. Err. Petri Antoliterani. damn. 360
Humana natura assumpta à verbo in unione personali est uera citer Deus naturalis & proprius. Err. Augustini Archiepiscopo Nazareni damn. 389
Christi anima uidet Deum tam clarè, & intensè, quantũ clarè, & intensè Deus uidet seipsum. Err. eiusd. damn. 398
Clauium potestatem habent omnes homines boni. Hær. quorundam damn. 74. & 75
Clerum duare est contra regulam Christi. Err. Io. Vuiclef dã. 165
Clericos, & religiosos ecclesiæ esse ser bat, & pharisæos Apostolorum persecutores. Err. Pauperum de Lugduno, damn. 110
Clericos, omnes, & eis obedientes à tempore B. Syluestri Papæ esse damnatos. Err. eorund. damn. 165
Crimina nes præter sola displicentia deleri. Err. Petri de Osomẽ. damn. 1
Cogitationes prauæ sola ebrietione sine ordine ad claues, absq; confessione in re, uel in voto deleri. Hær. eiusd. damn. ibid.
Coitum promiscuum fœminarũ licere, ut quilibet qualibet sine peccato uti possit. Hæresis Simoni magi. damn. 104
Coitum promiscuum miscendo eum quamlibet muliere licere congregatis in ecclesia, extinctis luminibus post solis occasũ. Hær. Dulcini. damn. 169
Coitum quemcunque commixtum, urente carnis libidine: tam inter uiros, quàm inter fœminas esse licitum. Hær. Pauperum de Lugd. damn. 167
Libidini satisfacere in quolibet actu turpi melius est, quam iratus in corde tentari. Hær. eorund. damn. ibid. & 171
Coitum carnalem urente carnis libidine, quemcunque nõ esse peccatum, sed osculum, quia ad hoc non inclinat natura, sed ad coitum est inclinatio naturalis. Hær. Begard. & Beguin. damn. 217. & 273
Coitum soluti cum soluta, quod simplex dicitur fornicatio, nõ esse peccatum. Hær. quorundam. damn. 273
Coitum, qui simplex est fornicatio, qui credit, non esse peccatũ, non est hæreticus. Err. Martini de magistris damn. 273
Coire tenetur mulier cum quolibet uiro eam petente, & è contra. Hær. Anabaptistarum. damn. 235
Coire cũ feminis licet cuique instar canum, omni pudore subiato, publicitus Hær. Cynicorum. damn. 169
Concupiscit Spiritus meus carnem tuam, igni itaq; faciamus mirabilia, aiebant Nicolaitæ, & nuper Monasterien. Err. Nicolaitarum. damn. 167
In communi debere uiros, ac fœminas, iuuenes, ac virgines in vno loco, & concluai uiuere, & in eodem cubiculo dormire, vbi extinctis luminaribus ad omnes promiscuè decenter; Crescite, & multiplicamini. Hær. Condormientium. dam. 173
Communes debere esse uxores. Hær. Christophori. damn. 228
Connubia permixta, seu promiscua, urente carnis libidine, esse permitted a Hær. cuiusdam Picardi damn. 228. 267. & 284.
Quilibet uir, & mulier nudi simul absq; peccato possunt iacere licite in eodem lecto, tangere se mutuo in omni sui parte, & osculari seinuicem, & coniungere uentrem cum uentre, si sit carnis stimulus: sit tamen ut cesset tentatio. Hær. Pseudoapostolorum. damn. 207
Quodcunque actus carnales, stuprum, adulterium, &c. commissos ex charitate non esse peccatum. Hær. Almarici. damn. 51. 274. & 284
Adulteria, stupra, &c. Deus, ut bonus non punit. Err. eiusd. damn. 174
Confessio peccatorum in specie, ex universalis ecclesiæ statuto, non est de iure habita. Hær. Petri de Osomẽ. dam. 20
Sacramentũ pœnitentiæ quantum ad collationem gratiæ, natura est, non institutionis noui, aut ueteris testamenti. Hær. eiusd. damn. 39
Absque confessione peccata mortalia, quò ad culpam, & pœnam aliorum fecoli sola cordis contritione, cogitationes uerò prauæ sola displicentia delentur sine ordine ad claues. Hær. eiusd. damn. 1
Confessio inutilis est, & superflua, si contritio adsit. Err. Io. Vuiclef damn. 49
Confiteri sacerdoti peccata sua non esse necessarium, sed soli Deo confiteri sufficit. Hær. Iacobitarum. damn. 19. 29
Confessionem hanc clancularem non esse necessariam, quæ in autem sit sacerdotis, sed sufficit, si soli deo confiteatur. Hær. Lutheri. dam. ibid.
Confessionem sacramentalem omnino esse tollendam. Hær. Valdensium. damn. ibid.
Confiteri hominem, nec posse, nec debere post commissum pec catum. Hær. Albanensium. damn. ibid.
Confitenda non esse omnia peccata mortalia, nec necessarium est omnium peccatorum examen. Hær. Lutheri. damn. 36
Confiteri dum uolumus purè omnia peccata, nihil aliud facimus, quàm quòd misericordiæ Dei nihil uolumus relinquere ignoscendum. Hær. eiusd. damn. ibid.
Confiteri peccata, & enumerare, est Papistica carnificina, & impietas. Hær. Sabbatiorum. damn. 20. & 36
In confessione non conferri gratiam, qua homo iustificatur. Hær. Lutheri. damn. 18. & 39
Confessionem non posse dici sacramentum. Hær. eiusd. dã. 20
Confessionem auctore, & pœnitentem absoluere posse omnes homines cuiuscunque fuerint conditionis. Hær. eiusd. damn. 28. 29. & 31.
Confitendum non est fratribus Mendicantibus, & qui ipsis, uel alijs habentibus priuilegium generale audiendi cõfessiones, est confessus, iterum confiteri tenetur curato tanquam proprio sacerdoti. Err. Io. de Poliaco. damn. 31

Stante statuto, omnis utriusque, Papa non potest facere, quin Parochiani non teneantur quotoquoque anno omnia peccata sua confiteri proprio sacerdoti, i. curato, immò nec Deus ipse, quia hoc implicat contradictionem. Error. eiusd. damn. ibid.
Papa non potest dare potestatem generalem, nec Deus ipse audiendi confessiones, sed confessus habenti talem facultatem, tenetur iterum confiteri curato, ut proprio sacerdoti. Hær. eiusd. damn. ibid.
Non confitendum esse sacramentaliter tempore Quadragesimæ, uel Paschatis, quo præcepit Papa, sed si non præcepisset, vellem confiteri sat Brentius) quando, & quomodo uoluntas libera me tenuerit. Err. Brentij. dam. 32
Confessionem nullam fuisse antiquitus secretam: malè actę uitæ, sed apertam (vt opinor,) quibus nec legimus exactam à quoquam Propositio suspecta. Et asm. dam. 38
Confessio clancularia, quæ nunc recepta est, & in autem fit, uidetur ex constitutionibus primatis esse nata, quæ soler apud Episcopos fieri, siquis scrupulus urgeret animum. Err. eiusd. damn. ibid. & 37
Confessionẽ olim fuisse publicam: & de notis commissis publicam olim esse satisfactionem. Err. eiusd. damn. 25
Confessionem admissorum secretam, apparet Hieronymi tempore, non tam fuisse instituta. Err. eiusd. dam. 25. 37. & 38.
Nullo modo præsumas confiteri peccata uenialia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est ut omnia mortalia cognoscamus de in primitiua ecclesia solum manifesta mortalia cõfitebantur. Hęc Lutheri dam. 22
Si homo debitã fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua, & inutilis. Err. Io. Vuiclef. dam. 29
Confessionem peccatorum factam sacerdotibus. Ro. Ecclesiæ nihil utere ad salutem. Hær. Manichæorum. dam. 20. 39. & 41
Coniugia esse contemnenda sub prætextu superstitiosæ continentiæ. Hær. Abelon. damn. 166
Coniugia inter fratres esse spiritualia, aiunt Liberi, unde & uxores habent communes, nec patiuntur eas suis maritis nõ suę sectæ reddere debitum. Err. Liberorum. dam. 199
Coniugium esse legem, & conditionem Diaboli. Hær. Manichæorum. dam. 174
Coniugia esse respuenda. Hær. Eraclitarum. dam. 175
Conficere corpus Christi posse omnem hominem iuxta suę factionis, etiam si laicus fuerit, sed si mortale committat, hanc potestatem amittat, etiam si sacerdos sit. Hær. Valdensium. dam. 28
Confirmationem locorum referuati Papæ, & Episcopis, ob cupiditatem lucri temporalis, & honoris. Error. Ioan. Vuiclef. damn. 116
Constantinus Imperator errauit ditando Ecclesiam. Err. eiusd. damn. 165
Ipse Constantinus, cæterique diuini temporales feduxit sunt a Diabolo, ut ecclesiam bonis temporalibus ditarent. Err. eiusd. damnatio ibid.
Continere nemo potest, & nec minus quisquam, quàm saltuam non exurere. Err. Lutheri dam. 142
Continentia clericorum legem instituendi nulla est rationabilis causa. Err. Io. Vuesthal. dam. 214. & 267
Continentiã eam esse tutam, non iniunj damnat Vigilantius. Hær. Vigilantij. dam. 166. & 167
Contritio, quæ paratos per diuinissimam collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis cogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionẽ æternę beatitudinis, & acquisitionem æternæ damnationis, facit hominem hypocritam, immò magis peccatorem. Hær. Lutheri dam. 1. 2. & 5.
Contritione sola, sine proposito confitendi, deleri peccata. Err. Petri Hoxom. damn. 9
Propter iuam cõtritionem nullo modo confidas absolui, sed propter uerbum Christi quodcunq; soluens, &c. hic, in quam confide, si sacerdos obtineris absolutionem, & crede fortiter te absolutum, & absolutus ueré eris: quicquid sit de contritione. Hær. Lutheri. dam. 16
Nullus debet sacerdoti respondere, se esse contritum, nec sacerdos requirere. Err. eiusd. dam. ibid. & 67
Si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non esset, sed loco absolueret, firmiter credat se absolutum, veriisime est absolutus. Hær. eiusd. dam. ibid.
Verissimum est prouerbium, & omnium doctrina de contritionibus hucusque data præstantius, de cætero non facere, summa pœnitentia, optima pœnitentia, nouæ vitæ. Err. eiusd. damn. 1.
Corporis humani infentes partes non à Deo, sed à Diabolo esse factas. Hær. Paternian. dam. 173.

D

DEfunctis orationes non prosunt. Hær. Lutheri damn. 308
Defunctis non profuit missæ sacrificium. Hær. eiusdem damn. ibid.
In Deo esse quidpiam sõpositum. Hær. Arnaldistarũ dã. 390
Deum esse corporeum. Hær. Tertulliani. damn. 390
Deum, ut hominem, habere membra. Hær. Vadianorum. dam. 392
Deum non tantum permittere malum, sed etiam id operari efficaciter. Hær. Caluini. damn. 198
Deus non modo permittit fieri peccata, quæ homines faciunt, sed etiam fiunt Deo uolente, & impellente. Hær. Caluini. damn. 198
Dei opus ita esse adulterium Dauidis, & uitium Manassæ, & prodit. onem Iudæ, æquè ac conuersionem Pauli. Hær. Melanchonis. damn. 198
Deum esse crudelem, blasphemauit Nouatianus. Hær. Nouatiani, damn. 412
Deum de Deo, Lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero. Caluinus hũc symbolũ uerissimum pro ridiculosa bareologia perfidè habens damnatur. 439
Diabolum, siue dæmones aliquando fore saluandos. Err. Origenis. damn. 64. 403. & 430
Diabolo Dei misericordia post iudicium prestò erit. Hær. Libertinorum. dam. ibid.

E

ECclesiæ possunt domini temporales bona temporalia auferre ad arbitrium suum, possessionatis habitualiter delinquentibus. Err. Io. Vuiclef. dam. 80
Ecclesiã non posse excommunicare. Err. Albanensium. dam. 82
Ecclesiam non debere malos persequi. Err. eorund. dam. ibid.
Ecclesiæ Romanæ obedientes sunt damnati. Hær. Petri Io dã. 74
Ecclesiæ Romanę auctoritas est omnino euacuata, & ad nudũ cessauit propter malitiam Prælatorum. Hær. Geraldi Segarelli de Parma, & Sectatorum. dam. 76
Ecclesia, quam tenet Papa, & Card nales, & Clerici, & Religiosi, non est ecclesia Dei, sed probata ecclesia sine fructu. Hær. eorund. damn. 74
Ecclesia Romana illa meretrix, quę à fide Christi apostatauit, de qua scribit Io in Apocalipsi. Hær. eorund. dam. ibid.
Omnis iurisdictionis authoritas est omnimo in ministris Ecclesiæ Romanæ euacuata, & in ipsis solummodo manet, sicut spiritus sanctus sanctitas. Hær. quorundam. dam. ibid.
Ecclesiæ sacerdotes, aliique ministri sic sunt iurisdictionis, & ordinis authoritate defecti, ut nec sententiam ferre, nec sacramenta conficere, nec subditum populum instituere valeant, uel docere, sed sunt priuati omni ecclesiastica potestate, in fidem de eorum Begardorum perfidia, apud quos solum (ait ons) Spiritus uita sanctitas, sic & ecclesiastica authoritas perstiterat. Hær. Begard. damn. 74. 75. & 76
Eleemosynæ animæ sunt uitæ timur quæ eas exercuerit quo minus libet crimine, & nephas euitat, æternum tamen supplicium non sic habituræ. Hær. quorundam dam. 61. 441
Eleemosynam dantes eis non facientibus supplicium perpetuũ esse destinatum. Hær. eorund. dam. 441. 442. 443
Eleemosinã pauperibus erogari maioris meriti sit, quàm eleemosinam pro mortuis facrificio offerre. Error. quorundam, damn. 61
Elementa omnia esse animata. Err. Manetis dam. 394
Episcopum non esse simpliciter sacerdotẽ superiorem. Hær. Aerij Valdensium, Io. Vuiclef, dam. 94
Episcopi nullam esse institutionem. Hær. Antidiaphoristarum damn. 85. & 101
Episcopos omnes, & præbiteros dignitate, & authoritate æquales esse: Potentia diuitiarum, uel humilitate paupertatis, inferiorem, uel sublimiorem Episcopum fieri. Hær. Io. Vuesthal. damn. 115
Quòd unus Episcopus sit super alios, & Papa super omnes non à Christo, sed hominum electione constitutum est. Hær. eiusd. damn. 102
Episcopalem gradum, ac sacerdotalem ordinem, eqeerosque sacri ordinis ministros, nihil esse. Hær. Tandem. dam. 166
Episcopum quemlibet esse summum, & sublimissimũ iurisdictionis potestate. Hær. quorundam, dam. 102
Episcopus non potest audire confessiones Parochianorum. Err. Io. de Poliaco. dam. 166
Episcopus non potest dare generalem potestatem audiendi confessiones. Err. eiusd. damn. ibid.
Episcopos esse ueribus, & Pharisæos Apostolorum persecutores. Err. Pauperum de Lugduno dam. ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magnus error est eorum, qui accedunt ad Eucharistiæ sacramentum, huic innixi, quòd sint confessi, & non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, & præmiserint orationes suas & præparatoria: omnes iudicium sibi manducant & bibunt, sed confidant, & credant, se gratiam ibi consecuturos, hæc sola fides facit eos puros & dignos. Hæres. Lutheri damna. 16. & 149

Excommunicationem à Papa, aut à quocunque Prælato inflictam non esse timendam. Hær. Ioan. Wiclef damnatum. 81. 91. & 92

Excommunicationem à Papa, uel à Prælato alio inflictam esse censuram Antichristi. Hær. eiusd. dam. 81

Excommunicationem non solùm, non esse timendam, sed cum gaudio suscipiendam, & procurandam. Hær. Lutheri damn. 81. 91. & 92

Excommunicare aliquem nullus Prælatus debet, nisi prius sciat eum esse excommunicatum à Deo. Err. Io. Wiclef. & Io. Huss. damn. 81

Excommunicans sic quem prius, scilicet nesciat à Deo excommunicatum est hæreticus ex hoc, nel excommunicatus. Err. eiusd. damn. ibid.

Qui propter excommunicationem hominum concionari detinunt, uel audire Dei uerbum, sunt ipsa excommunicati, & in die iudicij proditores, & Antichristi habebantur. Err. eiusd. damn. 84

Excommunicationes sunt tantum externæ pœnæ, nec priuant hominem communibus spiritualibus ecclesiæ orationibus. Err. Lutheri. damn. 81. & 92

Docendi sunt christiani plus diligere excommunicationem, quàm timere. Err. eiusd. damn. 81

Sacerdos Christi iuxta secundum legem eius, & habens notitiam scripturæ & affectum ad ædificandum populum debet prædicare, non obstante prætenia excommunicatione. Err. Io. Huss. dam. 84

Quilibet prædicans officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi non obstante excommunicatione. Err. eiusd. damn. ibid.

Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, & suspensionis, uel interdicti ad sui exaltationem eterna populum sibi laicalem suppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit, iam præparat Antichristo. Error. eiusdem damna. 83

F

IN fide manentibus nullum peccatum quantumlibet graue imputatur. Hær. Aetij. damn. 442

Fide, non operibus nos saluari docebat Simon Magus. Hær. Simonis Magi. damn. ibid.

Qui Deo se sola fide commiserit, omnia agit, liberque est à malis uniuersis. Propositio suspecta, ut hæreticorum, damn. ibid.

Misericordiæ Dei dono, fidelis non perit cum infideli. Propositio suspecta, ut ab hæreticis professitur, damn. ibid.

Filium Dei ignorare diem ultimo. Hær. Agnoitarum damn. 378

Fomes peccati, etiam si nullum admixtuelle peccatum, moratur exeuntem à corpore animam ab ingressu cœli. Error. Luth. damn. 41.

G

GRatos fe esse Deo per Christum homines debere credere, quantùlibet impure & sceleratè uiuant. Hær. Bucer. dā. 56

H

HOminem nullum ab Adam usque ad Christum placuisse Deo, sed omnes fuisse damnatos, ac uixisse secundum carnem. Hær. Ioachim Ab. & Petri Io. damn. 296

Humana natura à Deo uerbo assumpta æqualis est Deo in omnibus bonis suis. adeò, ut tanta sit humanitas Christi, quanta est eius diuinitas, & tantundem possit, & ualeat. Hær. Arnoldi, damn. 389

I

IEiunium nullius esse meriti apud Deū. Err. Iouiniani. dā. 61

Cum ad statum quendam perfectionis homo peruenerit, tunc sensualitas est ita perfectè spiritui & rationi subiecta, q̄ homo potest liberè corpori concedere quicquid placet. Err. Begard. & Beguin. damn. 51

Indulgentijs Papæ, & Episcoporum credere, fatuum est Hær. Io. Wiclef damn. 98

Indulgentias concedendi Papæ nullam prorsus authoritatem habet Err. Valdensium damn. 101. & 309

Indulgentias nullius esse momenti, sed pias fidelium fraudes. Hær. Lutheri damn 97. & 98

Non est indulgentijs confidendum. Hær. Iacobi Præpositi damn. 97

Nulli merita sanctorum applicari possunt Err. eiusd. dam. ibid.

Nullus est ecclesiæ thesaurus præter Christi merita, quæ dum taxat per ipsum Christum unicuique secundum suam fidem applicantur. Err. eiusd. damn. 98

Thesaurum meritorum sanctorum non posse per Papam distribui, nec etiam pensationem penarum pro peccati debitarum posse fieri per pœnas, quas sustulit Christus. Hær. Ioan. Wuestphal. damn. 101

Thesauri ecclesiæ, unde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi, & sanctorum. Err. Lutheri damn. 97

Indulgentiæ sunt pię fraudes fidelium, & remissiones bonorū operum, & sunt de numero eorum, quæ licent, non quæ expediunt. Err. eiusd. damn. 98

Indulgentiæ sunt, qui ueraciter eas cōsequuntur, non ualent ad remissionem pœnę pro peccatis actualibus debitæ apud diuinam iustitiam. Err. eiusd. damn. 97

Seducuntur credentes indulgentias esse salutares, & ad fructum spiritus utiles Err. eiusd. damn. 98

Sas generibus hominum indulgentiæ nec sunt necessariæ, nec utiles; uidelicet, mortuis, siue morituris infirmis; legitimè impeditis; his, qui non commiserunt crimina; his, qui crimina commiserunt, sed non publicata: his, qui meliora operantur. Err. eiusd. damn. 101

Infernum nullum esse, sed existentem in mortali habere infernum. Hær. Almarici, dam. n. 423

Inferni alias non esse alias pœnas quàm eas, quas in hoc mundo experimur. Hær Albanensium. damn. 139. & 423

Inferni pœnam non esse perpetuam. Hær. Origenis, & Armenorum. damn. 440

Infernum esse mundum istum, & nullum alium superesse. Hær. Seleuciano rum damn. 294. & 429

Infernum prorsus uel nullum esse, uel nihil esse. Hær. Hermani Rusuich. damn. 296

Institutiones maiorum renunciate, siue ab eis recedere nūmodò esse integrum, sed & honestum, pio, & salutare. Hær. Calumni. dam. 414

Iudicij dies erit infra annum. Err. temeratius cuiusdam, damn. 317. & 378

In die iudicij manes homines ante tribunal Christi non comparebunt cum suis corporibus reddituri de factis propijs rationem, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Hær. sine author. dā. 384. & 385

L

LAicalem impositionem manuum sacramentum esse. Hær. Manus impositionum, dam. 125

Laicos omnes esse sacerdotes, & posse consecrare, si nō sint in peccato mortali. Hær. Iacobi præpositi, damn. 124

Laicus quilibet bonus, & fidens absoluere potest, & pœnitentiā imponere Hær. Pauperum de Lugd. damn. 28. 29. 31. & 147

Laicos iam uiros, quàm mulieres, qui sint de secta ipsorum posse confessare, & confessiones sacramentales audire. Hær. Valdensium damn. ibid.

Leges morum condendi neque in Pontifice maximo, neque in tota ecclesia ulla est potestas. Hær. Valdensium, & Io. Wiclef, & Lutheri, damn. 93

Leges ecclesiasticas ligare in foro conscientiæ; negare. Err. dā. 93

Liberum arbitrium post peccatum est res de solo titulo, & dū facit, quod in se est, peccat mortaliter. Hær. Lutheri dam. 43

Literæ appellandæ sunt uirus, ac pestis. Err. Licinij Imperatoris damn. 146. & 416

Literas esse abijciendas, & spiritum uiuificantem sequendum, Err. Quintini damn. ibid.

M

MArtyrium pati pro Christi confessione dementia est, cum citra crimen possit Christus negari. Hær. impij Basilidis. damn. 415

Martyrium pati pro Christo ipsas uirgines, stultū est, eo q̄ uoluptatis gaudia non gustauerint. Hær. Barbaræ Imperatricis damnatio. ibid.

Martyrum sepolchra non esse uenerāda, & sanctorum uigilias esse damnandas. Hær. Vigilantij damn. ibid.

Martyres stolidos fuisse Apostolos, nolendo abiurare Christū coram hominibus, & ob id se occidi permitēte. Hær. Georgij Dauid, damn. ibid.

Matri-

Matrimonium non est in signum, neque confert gratiam. Hær. Lutheri dam. 176

Matrimonium non est sacramentum. Hær. eiusd. dam. 174

Matrimonium nullum esse. Hær. Albanensium dam. 170

Matrimonium esse mentum quoddam humanum. Hær. Sectatorum, damn. ibid.

Matrimonium quasi per se malū esse damnandum. Hær. Adamianorum, damn. ibid.

Matrimonium nil aliud esse nisi occultum mererticium. Hær. Tatianorum damn. 171. 176. & 287

Matrimonium, siue coniugium esse respuendum. Hær. Tractatum, damn. 175

Matrimonium propter adulterium (ut facile iudæi) debere dissolui. Hær. Melanchonis dam. 149. & 280

Matrimonia posse dissolui, ubi uxor mariti sui tedium cœperit. Hær. Libertinorum dam. 201

Matrimonij conditio commodior est Iudæis, quàm nobis. Propositio suspecta Erasmi, damn. 105

Haud scio, an hoc sacramentum septimum, i. matrimonium, ueteribus fuerit cognitū. Propositio suspecta eiusd. dam. 261

Nullus est locus, unde inducat Græcos, & Latinos coniugium inter septē sacramenta cōnumerare. Propositio suspecta eiusd. damn. ibid.

Haud scio, an etiam D. Hieronymi Ecclesia numerauit Matrimonium inter septem sacramenta. Propositio suspecta eiusd. damn. ibid.

Theologi faciunt Matrimonium unum ex septem sacramēdis. Propositio suspecta eiusd. damn. ibid.

Matrimonium carnale est peccatum mortale. Err. Catharorum dam. 171. 176. & 208

Matrimonium est sacramentum in Ecclesia Dei. Caluinus hanc mendacium pro errore imponens ecclesiæ damnatur. 174

Matrimonium esse fornicationem iurata, nisi continenter cōiugati uiuant. Hær. Pauperū de Lugdun. dam. 172. 263

Quilibet alias immundus magis esse licitus, quàm copulam carnalem. Hær. eorund. dam. 172

Licitum est uxorem dimittere etiam non fornicationis ratione & libellum repudij ei dare. Hær. Pharisæorum dam. 280. & 149

Licitum est uxorem alterius, etiam marito uiuente, sibi in uxorem accipere. Hær. Herodianorum damn. ibid.

Matrimonium nihil differre à fœrtatione, sed idem esse. Hær. Tatiani damn. 171. 176. & 287

Matrimonium euangelicum, ut asserunt euangelistæ, esse Christi sponsas nefario pollui adulterio. Hær. eorund. dam. 177

Matrimonium spirituale, id asserunt Libertini, in quo promiscui fiant concubitus, modò alter altero sit contentus, & hoc obseruandum tradunt; Matrimonium carnale, Ecclesiæ sacramentum dissoluentes. Hær. eorund. damn. 176. & 174

Meretrij posse hominem uitam æternam absque gratiæ Dei auxilio. Hær. Pelagij. damn. 17

Non propter substantiam, & æquitatem cordis tribuit quicq̄ Deus homin. bus. Hær. damn. 43

Meretrix publica pauper melior est continente dummodo sibi retineat aliquid in sui subsidiū; quia pauperiate sola omnia consummantur peccata. Hær. Guilhermi. dam. 272

Mille annos, homines futuros in uoluptate carnis post resurrectionem Hær. Cerinthi damn. 347. 311. & 358

Mille annorum post mortuorum resurrectionē Christi regnū corporaliter in hac terra fore producendum, sanctosque corporaliter cum Christo epulaturos. Hær. Chiliastarū dam. ibi.

Misericordiæ opus magis placere Deo, quàm sacrificium altaris. Err. Arnoldi dam. 308

Missam canturi pro defuncti impiū est. Hær. Lutheri dam. ibi.

Monachus nemo saluari potest in religione priuata. Err. Io. Wuiclef damn. 258

Monachus Demoner nouor esse. Err. Io. de Rocsefana dam. ibid.

Motus non incœpit, sed fuit ab æterno, in æternum duraturus. Err. Aristotelis damn. 392

Mulieres ad sacerdotium iuste promoueri posse. Hær. Pepuziano rum, quam post mille annos suscitauit Lutherus. Dam. 137

Mulierem sacris ordinibus posse initiari. Hær. Cathaphrigarum damn. ibid.

Mundum nunquàm finiendum, sed semper in eodem statu mansurum. Err. Moysi Rabbi, dam. 391. & 424

Mundum esse post resurrectionem uniuersalem mortuorum in eodem statu, in quo nunc est, permanfurum; neque ita esse mutandum, ut sit cœli nouum, & terra noua. Her. sine author dam. 320. 122. & 391

Mundi finis futurus est anno ab incarnatione domini millesimo, trecentesimo, octogesimoquinto. Propositio temeraria Arnoldi damn. 317. 336. & 378.

N

NVPTIAS esse illicitas. Hær. Tatiani, & Marcionis, damn. 199

Nuptiarū fœdera inter se iungentes peccare. Hær. eorund. damn. 202

Nuptias execrabiles, & spureas esse. Hær. eorund. dam. ibi.

Nuptijs coniugatos esse separandos. Hæres. Priscilianistarum damn. 200

Nuptias primas quidem admittendas, sed secundas damnādas. Err. Cathaphrigum, & Nouati, dam. 186

Nuptias secundas loco fornicationis habent. Cataphrigæ. Err. eorund. dam. ibi.

Nuptias non ineſſe sacramentum illis, i. maris, & fœminæ indissolubilem coniunctionem non esse sacramentum, neque per eam aliquam conferri gratiam. Err. Armenorum, quod post modum docuit Lutherus. damn. 174. 176. & 201

Nuptiarum fœdus, & uinculum posse pro coniugum arbitrio dissolui. Hær. Montanistarum & Armenorum & quorundam aliorum damn. 249. & 283

Ad nuptias contrahendas, cōi obligantur, & est præceptum uniuersale. Err. Caluini damn. 171.

Ad matrimonium siue nuptias contrahendas sufficere consensum solùm internum. Err. Io. Wuiclef damn. 185

Licitum esse Christiano dimittere uxorem ob fornicationē externalem ipsius uxoris, & posse ducere, alia uxorem Err. Erasmi damn. 149.

O

OPERA omnia cuiuslibet, etiam rectè facta quomodocunque, sunt peccata. Hær. Lutheri. dam. 58

Opera bona nulla debet facere homo, cum ad ultimum statum perfectionis ueneris. Hær. Begard. & Beguin. dam. 13

Imperfecti hominis esse in operibus uirtutū, se se exercere Hæreticorum. damn. ibi.

Opera bona pernitiosa esse ad salutem. Hær. Amsdorphianorū. dam. 58. & 303.

Nequaquàm sentiendum est, quòd propter diligentem, & meditam bonorum operum detur uita æterna; sed est beneficium gratuitum, & datur per misericordiam propter Christū. Err. Io. Spangebergi dam. 415

Opera aliena nihil prodesse, etiam sanctorum. Hær. Methodij, & Pelagij. dam. 13. & 303.

Opera eorum propria, etiam bona, ut à spiritu sancto piorum corda inhabitante, esse peccata. Hær. Lutheri damn. 303

Oratio sola sufficit ad omnia peccata delenda, ac bona reconciliāda, absque alijs pietatis exercitijs, & sine baptismo. Hær. Adelphij, & Enthusiastarum. dam. 45

Orationes inutiles sunt; quia omnia fiunt necessitate absoluta. Hær. Huissitarum dam. 318

Orationē precarias esse inutilem, nullius; uirtutis. Hær. Pelagij damn. 61. & 300

Orationes, quas faciat Ecclesia pro infidelibus, & alijs peccatoribus ut conuertantur, siue pro fidelibus ut perseuerēt, frustra fieri; quoniam ad hoc sufficit nostri arbitrij libera potestas. Hær. eiusd. dam. 300

Orare pro nobis mutuò dum uiuimus, possumus, postquàm uita mortui fuerimus; nullius pro alio exaudienda est oratio. Hær. Vigilantij, quam ab orco reuocarunt, Lutherus, Zuinglius, et Caluinus. dam. 301

Orationes factæ pro defunctis, non eis prosunt. Hær. Lutheri. dam. ibidem.

Orandum non esse pro mortuis. Hær. Publicanorum dam. ibid.

Orandum non esse pro aliquas particulari persona. Err. Io. Wuiclef. dam. 300

Oratio, quæ pro uno solo fit, non plus prodest ei, quàm alijs. Err. eiusd. dam. 311

Orationes speciales applicatæ uni personæ per Prælatos, uel Religiosos nō plus prosunt eidem, quàm generaliter cæteris pariter. Err. eiusd. dam. 312

Ordo sacer non est Ecclesiæ sacramentū. Hæresis Lutheri dā. 137

Ordo non confert gratiam. Hær. eiusd. dam. 140.

Ordo non est alter altero dignior dignitate, & potestate, sed omnes Christiani in eodem sunt ordine gradu. Hær. eiusd. dam. 136. & 151

Ordines tres tantum in Ecclesia esse, Diaconum, Præsbyterum & Episcopum. Hær. Valdensium dam. 151. & 153

Ordinis sacramentū qd sit, ecclesiā ignorare. Hær. eorūd. dā. 137

Ordinis sacramentū nil aliud esse quàm ritum quendam eligendi concionatorem in ecclesia. Hær. eorund. dam. ibi.

Ordinis sacramentum figmentum esse ex hominibus natum nihil de re Ecclesiastica, & de sacramento intelligentibus. Hær. eorund. dam. ibi.

Ordinem Lectoratus tantum ex minoribus esse, officium uerò Exorcistam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exoresſam,& Acolytum non debere inter ordines cõputari Err.quorundam damn.151
Ordinibus ſacris mulierem poſſe initiari. Hær. Cathaphrigarum damn.157
Ordinationem clericorum reſeruari Papæ,& Epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis, & honoris. Err. Ioan. Wuiclef. damn.115
Omnes ordines religioſorum Sacerdoti, Diaconorum, ſubdiaconorum,& Prælatorum ſunt ad fidei Eccleſię detrimentum. Hær. Pſeudoapoſtolorum damn.133

P

POſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiẽdus in Papam, ſed viuendum eſt more Græcorũ ſub legibus propriis. Err. Io. Vuiclef. damn.q.4.& 168
Syluester Papa,& Conſtantinus Imperator errauerunt Eccleſiã dotando. Err.eiuſd.damn.162
Papa cum omnibus ſuis poſſeſſionerhabentibus ſunt hæretici, eò quòd poſſeſſiones habent,& omnes conſentientes eis, ſcilicet domini ſeculares, & laici cæteri. Err. eiuſd. damn. ibidem.
Nullus ſine reuelatione aſſereret rationabiliter de ſe uel de alio, quòd eſſet caput eccleſiæ particularis ſanctæ uel Romanus Pontifex caput Romanæ eccleſiæ. Err. Ioan. Huſſ. damn.168
Non oportet credere quòd iſte, quicunq; eſt, Romanus Pontifex ſit caput cuiuſlibet eccleſiæ particularis ſanctæ, niſi Deus eum prædeſtinauerit. Hær.eiuſd.damn.ibi.
Papa, uel Prælatus malus, & peræſtimus eſt quiuocè paſtor,& vere fur,& latro. Hær.eiuſd.damn.ibi.
Non eſt ſtimulus appetẽtiæ, quòd oporteat eſſe vnũ caput in ſpiritualibus regens eccleſiam, quod ſemper cum illa militante eccleſia conuerſetur. Hær.eiuſd.damn.ibi.
Pontificum nomen inane prorſus eſſe, quia re ipſa nihil aliud eſt, quàm Regnum Diaboli,& potentia robuſti venatoris Nemroth. Hær. Lutheri damna.94.
Papam ſuper alios Pontifices meræ tyrannidefuiſſe exaltatum. Hær.eiuſd.damn.ibid.
Pontifex Romanus ſuper his, quæ vniuerſalis Eccleſia ſtatuit,di ſpenſare non poteſt. Err. Petri de Oſma damn.24
Papa poſt Chriſti aſcenſionem non manet ipſius vicarius generalis. Hær. Matſil j damn.94
Papa aliquem abſoluere non poteſt, niſi ea prędictus ſit ſanctitate, qua polluit B. Petrus. Hær. Pſeudoapoſtolorum damn. ibidem.
Poteſtas quam Chriſtus Romano Pontifici, & cuicunque ſucceſſori Petri conceſſerat, tam inanis reddita eſt, & omnino, periit ob Pontificum Ro. malitiam. Hær. eorund. damn. ibidem.
Pontificem Ro. reliquis Epiſcopis parem eſſe. Hær. Ioan. Huſſ. damn.78
Quòd Papa ſit ſuper omnes,& unus Epiſcopus ſuper alium, nõ à Chriſto ſed hominum electione conſtitutum eſt. Hær. Io. Vueſſphalẽ.damn.94
Papam debere ipſi potius morem gerere, quàm ipſe Papæ. Hær. Anaſtaſij imper.damn.ibid.
Papam uerum nõ fuiſſe D.Petrum,& Ro.ſedis Antiſtitem, nec eius ſucceſſores. Hær.Rhutenſ.damn.ibid.
Aetate D.Hieronymi non ſolere quemquam arceri à cõmunione (quod nouo verbo uocant) excommunicare, niſi qui ad eam pertinuiſſet Eccleſiam. Propoſitio ſuſpecta Eraſmi. dam. ibidem,
Ro. Pontificis Monarchia poſt Hieronymi ſeculum exorta eſt Err. eiuſd.damn.ibid.
Auguſtinum non agnouiſſe Ro. ſedis authoritatem quam illi nunc tribuimus. Error eiuſdem damn.101
Paſtorem vnum totius eccleſiæ non eſſe à Chriſto in B.Petro inſtitutum. Hær.quorundam damn.168
Petrus Galileus ſolo iure humano factus eſt primus & ſupremus inter reliquos Apoſtolos, & idem cẽſendum eſt de quolibet Petri ſucceſſore. Hær.Iacobi Præpoſiti damn.94.
Patriarcha Conſtantinop.non eſt inferior Ro.Pontifice, uel nõ eſt ei ſubiectus. Hær.quorundam dam.101.&168
Ro.Pontifex Petri ſucceſſor non eſt Chriſti Vicarius ſuper omnes totius mundi eccleſias ab ipſo Chriſto in B.Petro inſtitutus. Hær.Lutheri dam.94.
Papa non habet iuriſdictionem coactiuam ſuper fideles, niſi in quantum Imperator concedit. Hær. Marſilij cuiuſdam damn.ibid.
Romano Pontifici parere non tenentur Prælati, & clerici in ſynodo congregati. Err. Baſilienſium damn.168
Papa non habet aliquam plenitudinem poteſtatis abſque determinatione.i.cõceſſione Imperatoris. Err. Marſilij cuiuſdam damn.78.& 102
Papa licet ſit principalior Parochialium,non eſt tamen immediatè aliorum curatus, ſiue non habet immediatè curam aliorum. Err. Io.de Polliaco damn.32
Papa non poteſt audire confeſſiones Parochianorum, quin teneantur eadem peccata, quæ Papæ confeſſi ſunt, confiteri Parochialibus ſacerdotibus. Err.eiuſd.damn.ibid.
Papa non poteſt dare generalem poteſtatem audiendi confeſſiones aliquibus. Err.eiuſd.damn.ibid.
Pontificem Romanum Chriſti Vicarium non habere vniuerſalis Eccleſiæ primatum. Hær.quorundam damn.168
Nullus Papa Ro.Eccleſiæ poteſt aliquem abſoluere à peccatis, niſi eſſet ita ſanctus ſicut fuit B.Petrus Apoſtolus in vitẽdo in omnimoda pauperiate,& ſine proprio,& in humiliitate: non faciendo guerras, necaliquem perſequendo,ſed permittendo viuere quemliber in ſua libertate. Hær. Pſeudoapoſtolorũ damn.78
Ad Imperatorem pertinet corrigere Papam, ac inſtituere. Err. Marſilij cuiuſdam damn.102
Papa, Archiepiſcopus, Epiſcopus, ac ſimplex ſacerdos ſunt omnes æqualis authoritatis,ac iuriſdictionis ex inſtitutiõe Chriſti,ſed quòd unus plus habeat alio, eſt ex conceſſione imperatoris,& ſicut conceſſit,ita reuocare poteſt. Hær.ei uſd. dãn. 33.94.102.& 168
Papa, uel tota Eccleſia ſimul iuncta nullum hominem, quantumcunque ſceleratum poteſt punire punitione coactiua, niſi Imperator daret eis authoritatem Err.eiuſd. damn. 102
Paradiſum non eſſe. Hær. Almerici damn.296
Paria eſſe peccata in hac vita, & merita in alia. Hær. Ioviniani damn.400
Patres eſſe omnes peccatores in peccatis, & patres fore in pœnis. Hær.eiuſd.damn.ibid.
Patres omnes erunt in pœna, uel in gloria. Err. Catharorum damn.ibid.
Parochiani non poſſunt reduci in Deum per pœnitentiam, niſi mediantibus parochialibus ſacerdotibus. Err. Io. de Polliaco damn.79
Nec Papa, nec Epiſcopus poſſunt audire confeſſiones parochianorum, quin teneantur eadem peccata confiteri parochialibus ſacerdotibus. Err.eiuſd.damn.ibid.
Nec Papa, nec Epiſcopus poſſunt dare generalem poteſtatẽ audiendi confeſſiones aliquibus, quin confeſſi talibus teneantur confiteri eadem peccata parochialib. ſacerdotibus. Err. eiuſd. dam. ibid.& 32.
Paruulos ſine baptiſmo decedẽtes fore nihilominus beatos, extra tamen regnum Dei, non enim baptizantur ob peccatum originale delendum, ſed ut recipiantur in gratiam filiorum Dei. Hær. quorundam damn.295
Si placeret maioribus eccleſiæ, Paruuli cùm deuenirent ad ætatem adultam eſſent interrogandi, an uellent ſeruare legem Chriſti, quam ſuſcipiunt per alios uouerunt in Bapt. quia ſi nollent ſuo arbitrio ſunt relinquendi. Propoſitio ſuſpecta Eraſmi, damn.279
Paupertatem uoluntariam fruſtraneã eſſe. Hær. Io. Spangeberg. damn.381
Pauper meretrix, etiam publica, melior eſt quolibet caſto quantumlibet continente, dumtamen aliquid ſibi retineat in ſui ſubſidium, & iuuamen. Hær. Guilhermi damn.430
Paupertatem habitualem eſſe licitam, non actualẽ. Err. Guilhelmi de S. amore damn.381
Promptitudo animi tantum licita eſt ad relinquendum omnia pro Chriſto, cùm urget neceſſitas: qua neceſſitate excluſa illicita eſt. Err. eiuſd. damn. ibid.
Paupertatem uoluntariam non ſolùm inutilem, ſed etiam noxiam fore. Hær. Deſiderij Longobardi damn. ibid.
Peccatum eſſe omne opus quantumlibet recte factum. Hær. Lutheri damn.301.
Peccare iuſtum ſemper in omni opere bono. Hær. eiuſd. damn. ibid.
Peccata omnia eſſe paria. Err. Iouiniani Monachi damn.400
Peccatum eſt dolor de vno peccato, ſine dolore omnium Err. Iacobi Præpoſiti damn.54
Peccata mortalia cum non potiri authoritate alla tam eccleſiaſtica, quàm laicali. Err. Valdenſium damn.103
Peccatoribus, ac ſceleratis poteſtatem, & dona ſua Deum nõ præſtare. Err. eorund. damn. ibid.
Peccati mortalis cauſa amiſti omnem poteſtatem, tàm laicalẽ, quàm eccleſiaſticam. Err. eorund. damn. ibid.
Qui manet in peccato mortali nõ manet in baptiſmo, in ſacerdotio, epiſcopatu, uel Papatu. Hær. Iacobi Præpoſiti dãn. ibid.

Peccantes ad mortẽ poſt baptiſmum,& Dijs ſacrificantes à communione diuinorum myſteriorum eſſe reijciendos,& ſolius Dei,& non ſacerdotum eſſe poteſtatem huiuſmodi peccatoribus delicti remiſſionem concedere. Hær. Nouat. dam. 43
Peccatoribus neuquam communicauit eſt Deus eternam damnationem, ſed ijs ſolum, qui ſunt alijs malo exemplo, & offenſioni. Hær. Arnoldi. damn. 441. 442. 443
Peccati fomes etiam ſi nullum adſit actuale peccatum moratur exeuntem a corpore animã absque ingreſſu cœli. Error. Lutheri damn. 41
Peccator, ſiue impius ubique perfidè agit. Err. dam. 302
Omne peccatum eſt uniforme, & æquale, undeſit nocens eſt ille, qui paleas furatus fuerit, ſicut qui aurum, uel argentum, & non plus, neque minus. Err. Philoſophorum dam. 400
Iudæi aiunt, remiſſum eſſe peccatum ſtatim à reſipiſcentia, & dolore, nullam agentibus pœnitentiam, neque confitentibus, ſic & Lutherani. Error Iudæorum, & Lutheran. damna. 43
In peccatum prolapſi non ad pœnitentiam, ſed ad Diaboli prædam admittendi. Hær. Nouat. damn. 160
Pœnitentiæ ſacramentum quantum ad collationem gratiæ, eſſe naturæ, non inſtitutionis noui, aut ueteris teſtamenti. Err. Petri d. Oſma. dam. 58
Pœna, quæ culpæ debetur, dimiſſa ipſa culpa, remanet & ipſa dimiſſa. Err. Lutheri damn. 40
Non eſt pœnitẽdum de peccatis. Err. Catharorũ dã. 59. 61. & 108
Poteſtatem ſuam,& dona non præſtat Deus peccatoribus. Hær. Valdenſium. dam. 103
Præcibus & lachrimis Deus non placatur. Err. Algazelis. dã. 302
Prædicatio verbi Dei libera eſt cuilibet chriſtiano, adeò ut quãuis à ſuperioribus ſit prohibitus, poteſt quilibet prędicare uerbũ Dei. Hær. Valdenſium damn. 84.& 41
Prædicare, ſiue audire uerbum Dei dimittentes ob hominum excommunicationes, ſunt excommunicati, & in die Iudicij traditores Chriſti habebuntur. Hær. eorund. damn. ibid.
Prædicare uerbum Dei licet Diacono, uel Presbitero ſine authoritate ſedis Apoſtolicæ, uel Epiſcopi Catholici. Hær. eorund. damn. ibid.
Purgatorium nullum eſſe locum, in quo animæ ſecundum culparum exigentiam ab hac luce migrantes à ſordibus purgentur, antequam in æterna recipiantur tabernacula. Hær. quorundam. damn. 296
Animas in purgatorio exiſtentes non ſunt ſecurę de ſua ſalute, ſaltem omnibus non probatum eſt ullis aut rationibus, aut ſcripturis ipſas eſſe extra ſtatum merendi, aut augendæ charitatis. Hær. Lutheri. damn. 306
In purgatorio animæ ſine inter miſſione peccare quandiu quæ cunq; requiem, & horrent pœnas. Hær. eiuſd. dam. 305
Animæ ex purgatorio liberatæ, ſuffragijs uiuentiũ, minus beãtur, quàm ſi per ſe ſatisfeciſſent. Err. eiuſd. damn. ibid.

R

REmiſſionem peccatorum poſt baptiſmum commiſſorum etiam pœnitentibus negant Nouatiani. Err. Nouatianorum: damn. 63
Reſurrectio carnis non eſt futura. Hær Sadduceorum dam. 329
Reſurrectionem corporum, ſiue mortuorum non eſſe. Hær. Albanenſium. damn. ibid.
Reſuſcitatum corpus poſt reſurrectionis gloriam futurum aere & uento ſubtile, ita ut nec palpari, nec uideri poſſit. Err. Eutychij dam. 342. 354. 358. 361
Reſurrectionem in filiorum procreatione eſſe, quæ quotidie fit in humano genere, non illam immortalitatis futuram, atq; glorioſam. Hær. Seluecianorum dam. 351
Reſuſcitata corpora poſt reſurrectionem futuram iterum mortalia, quæ multis tranſactis ſeculis poſtmodum ſunt in nihilum redigenda. Hær. Origenis. damn. 354.& 371
Corpus corruptum nõ conmgit idem numero reſurgere. Hær. Trinitatiorum. damn. 345
Reſurrectionem carnis iam factam eſſe, nec aliam corporũ expectandam. Hær. Alexandri Astarij dam. 350
Reſurrecturos omnes homines in ſexu uirili, nullamq; eſſe poſt reſurrectionem fœminam ſexum. Err. Armenorum dã 352
In reſurrectione corpora hominum rotunda, & orbiculari ſpecie exeitabuntur. Err. Origenis damn. 351
Poſt reſurrectionem homines futuros in uoluptate mundi Hær. Certinthi, & Chiliaſtarum dam. 354.& 354
Reſurrectio mortuorum eſt impoſſibilis, quia mortuum non poteſt redire viuum, nec etiam per multa media, & ſi redeat, non redit idem numero. Err. Ariſtotelis damn. 351.

S

SAcerdotes omnes chriſtianos eſſe & æqualẽ habere poteſtatem nulla ſtatus, aut ſexus differentia facta. Hær. Lutheri damn. 28. 29. 31. 74. & 123
Sacerdotes omnes pares eſſe, inter quoſuis ſacerdotes nullũ diſcrimen eſſe, etiam Epiſcopos. Hær. Aerij, quam ſuſcitarunt Valdenſes, damn. 73
Sacerdotem potiorem efficit non dignitas, ſed uitæ meritum. Err. Huſſitarum dam. 78. 123. & 147
Sacerdotes non debere eſſe cœlibes. Err. Lutheri damn. 152
Sacerdos eſt tantum, qui Euangelij prædicat, exteri uerò quicunq; uocẽ, ut homo piſcus. Hær. eiuſd. dam. 74
Sacerdotes rite, & legitimè ſecundum formam Eccleſiæ ordinatos, quibuſlibet tamen criminibus præſtos, non poſſe conficere, uel conferre eccleſiaſtica ſacramenta. Hær. Valdenſiũ damn. 76
Sacerdotum malorum, aut impurorum ſacramenta nulla eſſe. Hær. Donatiſtarum damn. ibid.
Sacerdotibus illis tantum conceſſa eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi, qui mita, & doctrina pollent, ſicut Apoſtoli. Err. Valdenſium damn. ibid.
Sacerdotes quomodolibet criminosè uiuãt, ſacerdotij polluſe poteſtatem, & ſicut filij infideles ſentiunt infideliter de ſeptem ſacramentis eccleſiæ, de clauibus, de cenſuris. Err. Ioan. Huſs. damn. ibid.
Sacerdotes, & alij Eccleſiæ miniſtri, qui non ſunt ſuæ ſectæ (aiunt Begardi) carent poteſtate tam ordinis, quàm iuriſdictionis. Hær. Begard. damn. 74
Sacerdotes mitra Satanæ eſſe. Err. Sectariorum damn. 76
Ad ſacerdotium mulieres poſſe promoueri. Hær. Pepuzianorũ, & Lutheri damn. 157
Sacramentum nullum conferre gratiam, nec poſſe, quantumlibet ad eius ſuſceptionẽ animam ſuam quis præparet. Hær. Armenorum damn. 68
